+ Regnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo saluatore ! Mense Aprilio, sub die IIII kl. Maias, indictione VII, Ego Aethilberhtus rex filio meo Eadbaldo admonitionem catholicae fidei optabilem. Nobis est aptum semper inquirere qualiter per loca sanctorum, pro animae remedio uel stabilitate salutis nostrae, aliquid de portione terrae nostrae in subsidiis seruorum dei, deuotissima uoluntate, debeamus offerre. Ideoque tibi sancte Andrea, tuaeque ecclesiae quae est constituta in ciuitate Hrofibreui, ubi praeesse uidetur Iustus episcopus, trado aliquantulum telluris mei. Hic est terminus mei doni : fram sūthgeate west, andlanges wealles, oth northlanan tō strāte ; and swā eāst fram strāte oth doddinghyrnan, ongean brādgeat. Siquis uero augere uoluerit hanc ipsam donacionem, augeat illi dominus dies bonos. Et si praesumpserit minuere aut contradicere, in conspectu dei sit damnatus et sanctorum eius, hic et in aeterna saecula, nisi emendauerit ante eius transitum quod inique gessit contra christianitatem nostram. Hoc, cum consilio Laurencii episcopi et omnium principum meorum, signo sanctae crucis confirmaui, eosque iussi ut mecum idem facerent. Amen.

II

AETHILBERHT DE KENT, 605

+ In nomine domini nostri Iesu Christi ! Omnem hominem, qui secundum deum uiuit et remunerari a deo sperat et optat, oportet ut piis precibus consensum hilariter ex animo praebeat : quoniam certum est, tanto facilius ea quae ipse a deo poposcerit consequi posse, quanto et ipse libentius deo aliquid concesserit : quocirca ego Aethilberhtus rex Canciae, cum consensu uenerabilis archiepiscopi Augustini ac principum meorum, dabo et concedo in honore sancti Petri aliquam partem terrae iuris mei, quae iacet in oriente ciuitatis Doroberniae ; ita duntaxat ut monasterium ibi construatur, et res quam supra memoraui in potestate abbatis sit qui ibi fuerit ordinatus. Igitur adiuro et praecipio in nomine domini dei omnipotentis, qui est omnium rerum iudex iustus, ut praefata terra subscripta donacione sempiternaliter sit confirmata ; ita ut nec mihi, nec alicui successorum meorum regum, aut principum, siue cuiuslibet conditionis dignitatibus et ecclesiasticis gradibus, de ea aliquid fraudare liceat. Siquis uero de hac donacione nostra aliquid minuere aut irritum facere temptauerit, sit in praesenti separatus a sancta communione corporis et sanguinis Christi, et in die iudicii, ob meritum malitiae, suae, a consortio sanctorum omnium segregatus. Circumcincta est haec terra his terminibus : in oriente ecclesia sancti Martini, in meridie uia of Burhgate, in occidente et in aquilone Drutingstrāt. Acta in ciuitate Doroberni, anno ab incarnatione Christi DCV. indictione VIII.

+ Ego Aethilberhtus, rex Canciae, sana mente integroque consilio, donacionem meam signo sanctae crucis propria manu roboraui confirmauique.

III

AETHILBERHT DE KENT, 9 jan. 605

+ In nomine domini nostri Iesu Christi ! Notum sit omnibus, tam praesentibus quam posteris, quod ego Aethilberhtus, dei gratia rex

Anglorum, per euangelicum genitorem meum Augustinum de ydolatra factus christicola, tradidi deo per ipsum antistitem aliquam partem terrae iuris mei sub orientali muro ciuitatis Dorouerniae, ubi scilicet per eundem in Christo institutorem monasterium in honore principum apostolorum Petri et Pauli condidi, et cum ipsa terra et cum omnibus quae ad ipsum monasterium pertinent perpetua libertate donaui; adeo ut nec mihi, nec alicui successorum meorum regum, nec ulli unquam potestati, siue ecclesiasticae siue seculari, quidquam inde liceat usurpare, sed in ipsius abbatis sint omnia libera ditione. Siquis uero de hac donacione nostra aliquid minuere aut irritum facere temptauerit, auctoritate dei et beati papae Gregorii, nostrique apostoli Augustini, simul et nostra imprecatione, sit hic segregatus ab omni electorum societate. Circumcingitur haec terra his terminibus : in oriente ecclesia sancti Martini, et inde ad orientem be Siwendune, et sic ad aquilonem be Wycingesmarce, iterumque ad orientem et ad austrum be Burhwaremarce, et sic ad austrum et orientem be Cyningesmarce, item ad aquilonem et orientem be Cyningesmarce, sicque ad occidentem to Ritherescæpe, et ita ad aquilonem tō Drutingstrǣte. Actum est hoc in ciuitate Dorouerni anno ab incarnatione Christi DCV. indictione VIII.

+ Ego Aethilberhtus rex Anglorum, hanc donacionem meam signo sanctae crucis propria manu confirmaui. + Ego Augustinus gratia dei archiepiscopus, libenter subscripsi. + Ego Aedbaldus regis filius, faui. + Ego Hamigisilus dux laudaui. + Ego Hocca comes consensi. + Ego Angemundus referendarius approbaui. + Ego Graphio comes benedixi. + Ego Tangisilus regis optimas confirmaui. + Ego Pinca consensi. + Ego Geddi corroboraui.

IV

AETHILBERHT DE KENT, 9 jan. 605

+ In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis ! Rex Anglorum Aethilberhtus, misericordia omnipotentis dei catholicus, omnibus suae gentis fidelibus et aduentum gloriae magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi beata spe expectantibus, salutem uitaeque aeternae beatitudinem. Largiente summi regis clementia, ego Aethil-

berhtus solio paterno confirmatus, paceque diuinitus concesso eo jam per decem quinquennia sceptigera potestate potitus, et per uenerabiles sacrae fidei doctores, spiritus sancti gratia, irradiatus, ab errore falsorum deorum ad unius ueri dei cultum toto corde conuersus ; ne ingratus beneficiorum appaream illi a cuius sancta sede nobis in regione umbrae mortis sedentibus lux ueritatis emicuit, inter alias quas fabricaui ecclesias monitu et hortatu beatissimi papae Gregorii et sancti patris nostri Augustini, ipsi beatissimo apostolorum principi Petro, et doctori gentium Paulo, ecclesiam a fundamentis construxi, illamque terris uariisque possessionum donariis decorare studui, inibique monachos deum timentes aggregari feci, et cum consilio eiusdem reuerentissimi archipraesulis Augustini, ex suo sancto sanctorum collegio uenerabilem uirum secum ab apostolica sede directum, Petrum monachum elegi, eisque ut ecclesiasticus ordo exposcit abbatem praeposui. Hanc igitur ecclesiam ad prouectum debiti culminis promouere desiderans, suarumque possessionum terminis dilatare gestiens, sana mente integroque consilio, cum Eadbaldi filii mei aliorumque nobilium obtimatum meorum consensu, ob redemptionem animae meae et spem retribucionis aeternae, optuli ei etiam uillam nomine Sturigao, alio nomine dictam Cistelet, cum omnibus redditibus ei iure competentibus, cum mancipiis, siluis, cultis uel incultis, pratis, pascuis, paludibus, fluminibus, et contiguis ei maritimis terminis, eam ex una parte cingentibus, omnia mobilia uel immobilia in usus fratrum sub regulari tramite et monastica religione inibi deo seruiencium : missurium etiam argenteum, scapton aureum, iterum sellam cum fraeno, auro et gemmis ornatam, speculum argenteum, armilcaisia oloserica, camisiam ornatam, quod mihi xenium de domno papa Gregorio sedis apostolicae directum fuerat, quae omnia supradictae ecclesiae gratanter optuli. Quam etiam ecclesiam ipse seruus dei Augustinus sanctorum apostolorum ac martyrum reliquiis uariisque ecclesiasticis ornamentis ab apostolica sede sibi transmissis copiose ditauit, seseque in ea et cunctos successores suos ex auctoritate apostolica seperili praecepit, scriptura dicente « non esse ciuitatem mortuorum sed uiuorum ». Ibi etiam mihi et successoribus meis sepulturam prouidi, sperans me quandoque ab ipso apostolici ordinis principe, cui dominus potestatem ligandi atque soluendi dedit et claues regni coelorum tradidit a peccatorum nexibus solui, et aeternae beatitudinis ianuam introduci.

Quod monasterium aut ecclesiam nullus episcoporum, nullus successorum meorum regum in aliquo laedere aut inquietare praesumat, nullam omnino subiectionem in ea sibi usurpare audeat, sed abbas ipse qui ibi fuerit ordinatus, intus et foris cum consilio fratrum, secundum timorem dei, libere eam regat et ordinet, ita ut in die domini dulcem illam piissimi redemptoris nostri uocem mereatur audire, dicentis « Euge serue bone et fidelis, qui super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : intra in gaudium domini tui ».

Hanc donacionem meam in nomine patris, et filii, et spiritus sancti, largitate diuina ut mihi tribuatur peccatorum remissio, per omnia cum consilio reuerentissimi patris Augustini condidi atque ad transcribendum Angemundum presbyterum ordinaui. De his ergo omnibus quae hic scripta sunt, si quis aliquid inde minuere praesumpserit, sciat se aequissimo iudici deo et beatis apostolis Petro et Paulo racionem esse redditurum. Confirmata est haec donacio praesentibus testibus reuerentissimo patre Augustino Dorouernensis ecclesiae archiepiscopo primo, Mellito quoque et Iusto, Londoniae et Rofensis ecclesiae praesulibus, et religioso famulo Christi Laurencio presbytero, Eadbaldo filio meo, Hamigisilo duce, Angemundo referendario, Hocca et Graphione comitibus, Tangisilo et Pinca et Geddi et Aldhuno regis optimatibus, aliisque plurimis diuersarum dignitatum personis. Actum sane quadragesimo quinto anno regni nostri, sub die v. idus Januarii.

V

AUGUSTINUS

+ Augustinus episcopus Doroberniae sedis, famulus, quem, superna inspirante clementia, beatissimus papa Gregorius Anglicae genti deo acquirendae legatarium misit ac ministrum, omnibus successoribus suis episcopis, cunctisque Angliae regibus, cum suis posteris atque omnibus dei fidelibus, et in fide et gratia pacem et salutem. Patet omnibus quod deo amabilis rex Aethilberhtus, primus Anglorum regum Christi regno sacratus, nostra instantia et sua prodiga beniuolentia, inter caeteras ecclesias quas fecit et episcopia, monasterium extra metropolim suam Doroberniam in honorem

principum apostolorum Petri et Pauli regaliter condidit, et regalibus opibus, amplisque possessionibus ditauit, dilitauit, magnificauit, perpetuaque libertate et omni iure regio, cum omnibus rebus et iudiciis intus et foris illi pertinentibus, miniuit; suoque regio priuilegio et superni iudicii imprecatione atque apostolica sancti papae Gregorii interminatione excommunicatoria contra omnem iniuriam confirmauit. Ego quoque, eiusdem libertatis adiutor et patrocinator, omnes successores meos archiepiscopos, omnesque ecclesiasticas uel saeculares potestates per dominum Iesum Christum et apostolorum eius reuerentiam obtestor, atque apostolica patris nostri papae Gregorii interminatione interdico, ne quisquam unquam ullam potestatem aut dominatum aut imperium in hoc dominicum uel apostolicum monasterium, uel terras uel ecclesias ad illud pertinentes, usurpare praesumat, nec ulla prorsus subiugationis aut seruitutis aut tributi conditione, uel in magno uel in minimo, dei ministros inquietet aut opprimat. Abbatem a suis fratribus electum in eodem monasterio, non ad suum famulatum sed ad dominicum ministerium, ordinet, nec sibi hunc obaudire sed deo suadeat : nec uero sibi subiectum sed fratrem, sed consortem, sed collegam et comministrum in opus dominicum eum reputet. Non ibi missas, quasi ad suae ditionis altare, nec ordinationes uel benedictiones usurpatiue sine abbatis uel fratrum petitione exerceat. Nullum sibi ius consuetudinarium, uel in uilissima re exigat, quatenus pacis concordia unum sint in domino utrinque. Nec quisquam, quod absit, dominandi dissidio, in iudicium incidat diaboli qui superbiae tyrannide corruit de coelo. Reges gentium, inquit dominus, dominantur eorum; uos autem non sic. Cumque ab alienis, non a filiis, accipiantur tributa, sic ipse dominus concludit; Ergo liberi sunt filii. Qua ergo irreuerentia patres ecclesiarum in filios regni dei sibi uendicant dominationem, maxime autem in hanc ecclesiam in filios regni dei sibi uendicant dominationem, maxime autem in hanc ecclesiam sanctorum thesaurariam, in cuius, materno utero tot pontificum Doroberniae, regum ac principum, corpora speramus alma reponenda sepulturae requie, ex auctoritate scilicet apostolica et hinc ad aeternam gloriam resuscitanda. Tales supremi iudicis amicos si quis offendere non metuens huius priuilegii statuta uiolauerit, uel uiolatorem imitando uim suam tenuerit, sciat se apostolico beati Petri gladio per suum uicarium Gregorium puniendum, nisi emendauerit. Haec ergo omnia, uti hic sunt scripta, apos-

tolica ipsius institutoris nostri Gregorii comprobatione et auctoritate seruanda sancimus, suoque ore confirmamus, praesente glorioso rege Aethilberhto, cum filio suo Aedbaldo, et collaudante cum ipso et omnibus optimatibus regiis, atque ultro uolentibus reuerentissimis fratribus nostris, a sancta Romana ecclesia huc mecum uel ad me in euangelium domini destinatis, scilicet Laurencio, quem nobis deo fauente successorem constituimus, et Mellito Lundoniae episcopo, et Iusto Rofensi episcopo, et Petro uenerabili eiusdem monasterii principum apostolorum abbate primo, cum caeteris in domino adiutoribus meis, obnixe postulantibus, simulque in eos qui haec fideliter seruauerint benedictionem ; aut in impoenitentes, quod nolumus, transgressores, dampnationem exercentibus.

VI

EADBALD DE KENT, 618

+ In nomine patris et filii et spiritus sancti ! Ego Aedbaldus rex, gloriosi regis Aethilberhti filius, quem prothodoctor et apostolus Anglorum Augustinus cum suo regno ab aeternis inferorum cruciatibus eripuit, et dealbatum fonte baptismatis sanctorum collegio copulauit, per uenerabilem Laurencium, beati Augustini discipulum, quem ipse pater nouellae adhuc Anglorum ecclesiae sibi successorem in archiepiscopatum ordinauerat, tandem sermonibus assiduis et signis ac plagis in seipso pro me passis ac ostensis, a uolutabro scelerum lotus, et ad agnitionem creatoris omnium creaturarum promotus, dominum meum recognosco et adoro. Prouide ego Aedbaldus in solio paterno confirmatus, patris uestigia imitans, et ecclesias dei quas uiriliter instantia patris Augustini fundauit, et terris multisque honoribus ditauit, augens et confirmans, monasterio apostolorum Petri et Pauli in suburbio Dorouerniae cuitatis fundato, et praerogatiuo ecclesiasticae libertatis priuilegio munito, terris ac uariis honoribus ditato, ad honorem dei et sanctorum apostolorum sanctique Augustini, pro remedio animae mei patris meaeque parentumque meorum, gratanter concedo et amicaliter do quamdam partem terrae regni mei xxx. aratrorum nomine Nortburne, in usum monachorum ibidem deo famulancium, ubi ipse

pater Augustinus et pater meus requiescunt, ubi etiam archiepiscopos et reges sibi succedentes requiescere decreuerunt, ubi et corpus meum sepeliri praecipio. Hanc autem praefatam terram im omnibus ad se pertinentibus pascuis, paludibus, pratis, siluis ac finibus maritimis ita liberam et quietam dono ac dico, sicut pater meus aut ego unquam liberius habuimus. Huius donacionis confirmationem tropheo agiae crucis + et carta mea regia consignaui, assidentibus et caullaudantibus archiepiscopo, baptista scilicet meo, Laurencio, et subscribente cum regina mea Aemma filiisque meis Egfrido ac Ercumberhto, cum duobus episcopis Mellito Londoniae et Iusto Rofensis ecclesiae, caeterisque multis comitibus et obtimatibus meis confauentibus et subscribentibus in huius donacionis fautores et auctores uitam aeternam optantibus, in inuidentes seu minuentes dei omnipotentis et sanctorum apostolorum et patris nostri Augustini terribilem interminacionem.

+ Ego Laurencius, gratia dei archiepiscopus, signo sanctae crucis, sicut regem uidi facere, hoc donum confirmo. + Ego Aemma Francorum regis filia, regis Æadbaldi copula, uexillo adorandae crucis armaui. + Ego Mellitus Lundoniae episcopus, signo sanctae crucis quae uidi astipulor. + Ego Iustus Rofensis episcopus, laudo et subscribo. + Ego Egberhtus signo crucis libenter corroboro. + Ego Ercumberhtus, attestante uenerandae + [signo], gratanter concedo, contestor et subscribo. + Ego Suebhardus consensi. + Ego Guthardus subscribo.

Actum est autem anno ab incarnacione saluatoris nostri Iesu Christi sexcentesimo octauodecimo, indictione sexta.

VII

COENUUEALHA DE WESSEX, 670.

+ Regnante ac gubernante nos domino nostro Iesu Christo ! Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre quid possumus; ideo terrenis coelestia et caducis aeterna mercanda sunt; quapropter ego Ceduualla terram quae dicitur Ferramere, unum cassatum, Beorhtuualdo abbati libenter largior, necnon duas paruas insulas, hoc est cum captura piscium in utraque parte stagni, cum

paludibus, siluis pascuis apium, et omnibus ad se pertinentibus, dabo ei, ut habeat diebus uitae suae, et post obitum suum cuicumque uoluerit derelinquat. Corroborauimus nunc, crucisque signo confirmato hoc donatiuum stabili iure gratum et ratum decerno durare quamdiu uixero, poli terras atque aequora circa aethera siderum iusso moderamine uoluet. Si quis autem nisus fuerit huius meae donacionis testamentum confringere aut adimere conatur, ipse acrius multatus sit infernalis ergastuli poena demersus, quam eo daemon uel diis dampnatorum parauit.

+ Ego Cōenuulla basilleos Westsaxonum propriae manus subscripcione sanctae crucis designaui effigiem, ut nemo qui se regeneratum in Christo nouerit huius largicionis donum mutare praesumat. + Signum manus Theodori archiepiscopi. + Signum manus Leuteri episcopi. + Signum manus Hedde abbatis. + Signum manus Aldhelmi abbatis.

Scripta est haec cartula priuilegii anno incarnacionis Christi DCLXX.

VIII

OSUUINI DE KENT, 27 Jan. 675.

+ In nomine domini Iesu Christi saluatoris ! Ego Osuuinus rex Cantuariorum, aliquod munusculum pro deo destino dare, ut sit refrigerium animae meae in perpetuum et uigilet mea memoria cum sanctis in sublime ; anno secundo regni mei, indictione autem tertia, sub die VI. kalend. Ferbruarii, pro remedio animae meae et absolutione peccatorum meorum, ecclesiastico iure concedo quandam terram quae dicitur Sturrie, id est decem manentes ex ea, cum siluis et campis ac paludibus, cum fluminibus ac fontibus cum pratis ac pomeriis, et cum omnibus utensilibus, in ipsa quantitate sicut principes a regibus antiquitus pardonatum possederunt, almae Aebbae abbatissae atque carnali propinquitate proximae, in deoque matri, monasteriali iuri dono perpetuo ; quatinus habeat possideatque proprio arbitrio, et cuicumque uolerit uiuens uel moriens habeat integram facultatem condonare, tantum in domino. Istud autem territorium a me modo commemoratum ac pro deo pardonatum, in prae-

sencia principum meorum qui ad praesens haberi possunt, hoc est Cantuariorum quos iure ac propria nostra potestate adipiscimur, pro testimonio confirmationis ad subscribendum ac ad consenciendum mihi huic donationi conduxi in hunc locum qui dicitur Dorouernis, confirmamus stabiliter in aeuum ; ut quisquis hanc donacionem meam mente maliuola disrumpere temptauerit, sciat se coram deo et sanctis angelis eius aeterno anathemate reum : quisquis uero bene addendo custodierit sit benedictus in saecula.

+ Theodorus gratia dei archiepiscopus, rogatus a rege, subscripsi. + Ego Osuuynus rex propria manu subscripsi et consensi. + Ego Suebardus consensi et subscripsi. + Ego Adrianus abbas indignus subscripsi + Signum manus Ecca. + Signum Osfridi.

IX

HLOTHHARI DE KENT, 1 Avril 675

+ In nomine domini dei et saluatoris Iesu Christi ! Ego Lotharius rex Cantuariorum, anno regni nostri primo, indictione tertia, sub die kalendarum Aprilis, cum consilio uenerabilis archiepiscopi Theodori atque consensu primorum meorum, terram trium aratrorum in marisco qui appellatur Stodmerch iuxta Fordeuuicum, cum pratis, campis, siluis, fontanis, paludibus fluminibus et omnibus ad eamdem pertinentibus rebus, in ipsa quantitate sicut antiquitus praedecessores mei reges praedicti libere tenuerunt, abbati et monasterio beati Petri, apostolorum principis, quod situm est iuxta ciuitatem Dorouernis in suburbio, in sempiterno possidenda concedimus et confirmamus; ita ut nec nobis nec aliquibus successorum nostrorum, regum siue principum aut etiam ecclesiasticarum dignitatum gradibus, nefario temeritatis ausu aliquando infringere uel diminuere aliquid de donatione nostra liceat ; sed pro remedio animae meae, et absolutione peccatorum meorum ita ut praedixi, famulis dei absque aliqua laesione omnia praedicta in aeuum stabilia permaneant Quisquis autem haeredum successorumque meorum regum Canciae, uel si quilibet saecularium dignitatum aut ecclesiasticarum, de supradicta donatione, quam pro aeterna remuneratione animae meae omnipotenti deo ad utilitatem famulancium ei in ius

monasteriale constat esse largitum, aliquid disrumpere aut immutare uel irritum facere temptauerit, sciat se sine dubio omnipotenti deo fraudem facere, et proinde coram eo et sanctis angelis eius aeterno anathemate reum. Quicunque haec quae largita praediximus sub pia protectione custodierit, uel dei intuitu misericorditer auxerit, sit benedictus in saecula, audiatque in die nouissimo tremendi examinis ab ipso iudice omnium Christo domino, aeternae benedictionis uocem. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi : manente igitur hac cartula in sua semper firmitate, cum religiosis testibus, signo dominicae crucis, in hoc loco qui dicitur Dorouernis, stabiliter in aeuum confirmamus.

+ Ego Lotharius rex Canciae suprascripta signo sanctae crucis per propriam manum roboraui. + Ego Theodorus gratia dei archiepiscopus, rogatus a rege, subscripsi. + Ego Adrianus abbas indignus subscripsi. + Signum manus Ecca. + Signum Osfridi.

X

OSUUINI DE KENT

+ In nomine domini nostri Iesu Christi ! Ego Osuuinus rex Cantuariorum gratias refero miseranti deo omnipotenti qui confirmauit me in regno patrum meorum et dedit mihi domum cognacionis meae. Quamobrem placuit mihi, ne ingratus beneficiis domini uiderer, et terram quae sita est in insula Thanet XVIII. manentes continentem, quam aliquando Yrminredus possidebat et aliqua pars ipsius archiepiscopi erat, ipso tamen consenciente et aliam a nobis accipiente, monasteriali seruituti subieci. Nuncque in praesentia, adiuuante domino, perpetraui sub manus christicolarum, gubernatrici Aebbae perpetuali donatione redegi, ut teneat possideat ac ipsa semper successoresque eius incommutabili decreto defendant ; atque ad confirmacionem istius cartulae cespitem terrae supradictae sacro altari superposui, ut omnis quicumque ausus fuerit aliquid ex ea temerare aut minuere uel etiam transmutare, sine uoluntate possidencium, sciat se alienum a participatione regni coelestis effici, et a coetu fide-

lium segregatum nisi regulariter emendauerit. + Signum sanctae crucis propria manu expressi.

+ Signum manus Osuuini regis. + Ego Suebhardus consensi et subscripsi. + Signum manus Acce.

XI

LIUTHARI, 26 Ao. 675

+ Solet enim plerumque contingere ut autumpnali corrodio facessante caumate, brumalia semencium uentorum flabra reciprocis alternatim cursibus succedant, quibus procellosa pelagi caerula innormesque oceani gurgites hinc atque illinc quatiuntur, quatinus nauigero tramite nullus absque discrimine nauigans, furibundo flamine carbasa rumpente, transfretat. Ita nimirum prostrata mundi pompulenta gloria, iamque appropinquante eiusdem termino, fluctuantes saeculi turbines incumbere euidenti experimento uidentur; ut reuera et ullo absque ancipiti scrupulo, illa domini praesagia nostris tandem temporibus comprobantur impleri ; quibus ita coelesti oraculo effatus est dictus : Uidete ficulneam et omnes arbores, et caetera. Porro inter has turbulentas saeculi tempestates scripturarum flectenda sunt gubernacula tociusque nauigii armatura atque instrumenta paranda ; quatinus garulo syrenarum carmine spreto, ratis recto cursu ad portum patriae prospere perducatur. Quamobrem ego Leutherius gratia dei episcopus, pontificatus Saxoniae gubernacula regens, rogatus ab abbatibus qui sub iure parochiae nostrae coenobiali monachorum agmini pastorali sollicitudine praesse noscuntur, uti terram illam cui uocabulum est Mealdumesburg Aldhelmo presbitero ad degendam regulariter uitam conferre largirique dignarer : in quo uidelicet loco a primo aeuo infanciae atque ad ipso tyrocinio rudimentorum liberarum liberalibus litterarum studiis eruditus et in gremio sanctae matris ecclesiae nutritus uitam duxit, et ob hoc potissimum hanc peticionem superna caritas suggerere uidetur : Quapropter praedictorum abbatum precibus annuens, ipsum locum de quo supra mencionem fecimus tam sibi, quam suis successoribus normam sanctae regulae sollerti deuotione sequentibus, superna peticione coactus, ultroneus impendo; qua-

tinus in futuram posteritatem, remota omni disceptacionum conflictu ingruencium, quiete continua et pace perpetua deo famulari sine inpedimento ualeant. Sed ne forte contencionis occasio deinceps emergat, hac rationis conditione interposita roborans confirmo, ut nullus succedencium demum episcoporum seu regum hanc nostrae donacionis cartulam tyrannica fretus potestate uiolenter inuadat; asserens pertinaciter quod de iure potestatis episcopatus ablatum sequestratumque fuisse uideretur. Et iccirco sciendum est et contra aemulos promulgandum, multomagis me commodum augmentumque pontificalis ecclesiae addidisse, quam per uim abstraxisse. Postremo ut firmior praefatae donacionis largicio iugiter mansura sit, praedictos abbates propriis manibus subscribere iussimus. Quod si quis haec scripta et decreta nostrae diffinicionis irrita facere nitetur, sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum. Actum publice iuxta flumen Bladon VII°. kalendarum Septembris. Anno incarnationis Christi DC. LXXV°.

+ Ego Leutherius ac si indignus episcopus, rogatus a fratribus, hanc donacionis cartam subscripsi. + Ego Cunuberhtus abbas subscripsi. + Ego Haeddi abbas subscripsi. + Ego Wymberhtus presbiter subscripsi. + Ego Hiddi presbiter subscripsi. + Ego Hedda subscripsi.

XII

OSRIC DES HWICCAS, Nov. 6, 676

+ Regnante ac gubernante regimonia regni Osrici regis, anno recapitulationis Dionysii, id est ab incarnatione domini nostri Iesu Christi, sexcentesimo septuagesimo sexto, indictione quarta, mense Nouembris, VIII°. idus Nouembris. Cum nobis euangelica et apostolica dogmata post baptismi sacramentum, deo suffragante, fuissent delata, et omnia simulacrorum figmenta ridiculosa funditus diruta, tum primitus ad augmentum catholicae et orthodoxae fidei pontificalem dumtaxat cathedram erigentes, iuxta synodalia decreta construere censuimus. At uero nunc cum gratia superna longe lateque profusius enitesceret, coenobialia etiam loca sparsim uirorum, sparsimque uirginum deo famulancium, erigenda statuimus, ut ubi truculentus et nefandus prius draco errorum deceptio-

nibus seruiebat, nunc uersa uice ecclesiasticus ordo in clero conuersantium domino patrocinante gaudens tripudiet : Quamobrem ego supradictus Osricus rex, pro remedio animae meae et indulgentia piaculorum meorum, hoc priuilegium impendere ad laudem nominis domini nostri decreueram : id est Bertanae abbatissae, quae pro christiania deuotione et pro spe aeternae beatitudinis dei famulam se profitetur, centum manentes, qui adiacent ciuitati quae uocatur Hāt Bathu, tribuens ad construendum monasterium sanctarum uirginum. Igitur subnixis precibus imploro, ut nullus, post obitum meum de ea cespitis conditione tollere uel auferre quippiam, contra canonicae auctoritatis interdictum, pertinaciter praesumat. Si quis uero, quod absit, succedentium episcoporum seu regum contra hanc nostrae diffinitionis cartulam, propria temeritate, praesumere temptauerit, sit sequestratus a communione corporis domini nostri Iesu Christi, et a consortio omnium sanctorum in aeuum priuatus.

Signum manus Osrici regis, qui hanc cartam donationis fieri rogaui. + Ego Aethelredus rex consensi et subscripsi. + Ego Theodorus, gratia dei archiepiscopus, testis subscripsi. + Ego Leutherius, acsi indignus, episcopus, subscripsi. + Ego Uuilfridus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Hedda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Frignualdus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Saxuulfus episcopus consensi et subscripsi. + Signum Baldredi. + Signum Osuualdi. + Signum Gadfridi. + Signum Aethelmodi. +

XIII

HLOTHHARI DE KENT, Mai, 679

+ In ñ de nostri saluatoris ihu xpi. ego hlotharius rex cantuariorum pro remedium animae meae dono terram. in tenid. que appellatur. uuestan ae tibi bercuald. tuoque monasterio cum omnibb: ad se pertinentibus campis pascuis meriscis siluis modicis fonnis piscaris omnibus ut dictum est ad eandem terram pertinentia. sicuti nunc usq: possessa est. iuxta notissimos terminos a me demonstratus et proacuratoribus meis. eodem modo tibi tuoque monasterio conferimus. teneas possideas tu. posterique tui in perpetuum defendant a nullo contradicitur. cum consensu archiepiscopi theodori et

edrico. filium fratris mel nec non et omnium principum. sicuti tibi donata est ita tene et posteri tui: · quisquis contra hanc donationē uenire temptauerit sit ab omni xpianitata separatus et a corpore et sanguini dñi nostri ihu xpi suspensus. manentem hanc donationis chartulam in sua nihilominus firmitate et pro confirmatione eius manu propria signum sce crucis expraessi et testes ut subscriberent rogaui. actum in ciuitate recuulf in mense maio inde septima: · In ipsa antememorato die adiuxi aliam terram in sturia iuxta notissimos terminos a me demonstratus et proacuratoribus meis cum campis et siluis et pratis sicuti ante memorabimus supradictam terram. ita ista sit a me donata eodem modo cum omnibus ad se pertinentia in potestate abb' sit. in perpetuum. a me donata. a nullo contradicitur quod absit. neque a me neque a parentibubus meis neque ab aliis. si aliquis aliter fecerit a deo se damnatum sciat. et in die iudicii rationem reddet deo in anima sua: ·

+ signum manus hlothari regis donatoris.
+ signum manus gumbercti.
+ signum manus gebredi.
+ signum manus osfridi.
+ signum manus irminredi.
+ signum manus aedilmaeri.
+ signum manus hagani.
+ signum manus aeldredi.
+ signum manus aldhodi.
+ signum manus gudhardi.
+ signum manus bernhardi.
+ signum manus uelhisci : ·

XIV

HEADDI, 6 juillet 680

Regnante ac gubernante nos domino nostro Iesu Christo! mense Iulio, pridie nonas. Indictione quinta, Anno incarnationis eiusdem DCLXXX. Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre possumus; ideo terrenis coelestia et caducis aeterna comparanda sunt Qua propter ego Eddi episcopus terram quae dicitur Lantocal, tres cassatos, Hemgislo abbati libenter largior : necnon terram in

alio loco, duas manentes, hoc est in insula quae giro cingitur hinc atque illinc pallude, cuius uocabulum est Ferramere. Denique solerter peto, ut nullus post obitum nostrum hoc donatiuum in irritum facere presumat. Siquis uero id temptauerit, sciat se Christo rationem redditurum.

+ Ego Eddi episcopus subscripsi.

XV

EADRIC DE KENT, juin 686

In nomine saluatoris, cuius pietate regimen assequuti sumus, quo etiam gubernante regnamus, et omnia quae habere cognoscimur ipso largiente habita possidemus! Pro qua re ego Eadricus, rex Cantuariorum, a praesenti die et tempore, terram iuris mei, quamuis praetium competens acceperim, hoc est argenti libras decem, in monasterio beati Petri apostolorum principis quod situm est iuxta ciuitatem Dorouernis, una cum consensu meorum patriciorum, in perpetuum donaui et dono : quae supradicta terra coniuncta est terrae quam sanctae memoriae Lotharius, quondam rex, beato Petro, pro remedio animae suae, donasse cognoscitur; quae terra determinatur, ex una parte habet uadum quod appellatur Fordstreta publica indirectum, et a parte alia flumen quod nominatur Stur; omnes terras sationales, cum pratis, campis, siluis, fontanis uel mariscum quod appellatur Stodmersche, cum omnibus ad supradictam terram aratrorum trium pertinentia, beato Petro, ciusque familiae in qua nunc praeesse Adrianus abbas dinoscitur, tradidi possidendam, et quicquid exinde facere uoluerint, utpote domini, liberam habeant potestatem. Sicut donatum est manere decerno ; nunquam me haeredesque meos uel successores contra hanc donationis meae cartulam, ullo tempore, esse uenturos : quod si aliquis praesumpserit, sit separatus a participatione corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, manente hac cartula nihilominus in sua firmitate. De quibus omnibus supradictis ac a me definitis, ut ne aliquis in posterum sit aduersitas, propria manu signum sanctae crucis expressi, et sanctissimum atque reuerentissimum Theodorum archiepiscopum nostrum ut subscriberet rogaui,

et alios testes similiter. Actum in mense Iunio, Indictione XIIIIª.

Ego Aedricus rex in hanc donationis meae cartulam signum sanctae crucis expressi. + Ego Theodorus, archiepiscopus gratia Dei, subscripsi. +

XVI

AETHILRED DE MERCIA, 691 ou 692

+ Apostolus Paulus de extremo iudicio manifestissime loquens ita dixit omnes enim stabimus ante tribunal xpi ut recipiat unusquisque prout gessit siue bonù siue malû. etiam ipse dñs in euang suo manifestat dicens Ibunt impii in suppliciù aeternum iusti autem in uitã aeternam hoc sane tremendu et terribile dei omnipotentis iudiciù omnibus est nobis perhorrescendù. Quapropter ego aethelred xpo donante rex Mercensiù pro absolutione criminù meorù et pro amore dei uiuentis terram qui uetusto uocabulo nuncupatur heanburg et in alio loco aet austin hoc est circiter in illis duob' locis xxx. cassatorum oftforo meo uenerabili episc. in propriam possessionem tradidi ad illã eccliã beati Petri principis apost. quae sita est in uueogorna ciuitate cù antiquis confiniis et captura pisciù et cum omnib' utilitatib' campo uel in silua uel in flumine ad se rite pertinentib' illi..... profruantur in aeuù ; similiter etiam ab secularibus omnibus seruitutib'..... leuis sint in propetuum liberati nisi tantu..... et expeditione contra hostes ñ st..... seruantibus minuentibus uero uel con..... sempiterna. amen.

+ Ego aethilred rex propriã donatione corroborans, titulo scae crucis subscripsi.

+ Ego headda epis consen. et subs.

+ Ego oftfor episc donatione quam a rege [accepi] propria manu connotaui.

+ Ego torhtuuald, consen et sub.

+ Ego eaduual consen et sub.

+ Ego cille consen et sub.

+ Ego osfrith consen. et sub.

+ Ego ecgfrith consen. et sub.

+ Ego tuddul consen et sub.

+ Ego guthlac consen et sub.

+ Ego sigiuuald consen et sub.
+ [Ego folchere] conseñ. et sub.
+ [Ego berhttred] conseñ. et sub.

XVII

OETHILRED, mars 692 ou 693

+ In nomine dñi. ñ. Ihu. xpi. saluatoris Quotiens scis ac uenerabilib: locis uestris Aliquid offerre uidemur Uestra uobis reddimus non nostra Largim .. Quapropter ego Hodilredus parens sebbi prouincia Eastsexanorum. Cum ipsius consensu propria uoluntate Sana mente integroq: consilio Tibi hedilburge abbatissae Ad augmentum monasterii tui quae dicitur Beddanhaam. perpetualiter trado et de meo iure in tuo transscribo terram Quae appellatur ricingahaam budinhaam deccanhaam angenlabeshaam Et campo in silua quae dicitur uuidmundesfelt Quae simul sunt coniuncta. XL. manentium usq: ad terminos quae ad eum pertinent Cum omnib: ad se pertinentib: Cum campis siluis pratis et marisco Ut tam tu quam posteri tui teneatis possideatis Et quaecumq: uolueris de eadem facere terra liberam habeatis potestatem Actum mense martio et testes conpetenti numero ut subscriberent rogaui Si quis contra hanc donationis kartulam uenire temptauerit aut corrumpere Ante omnipotentem dm et ihm xpm filium eius et spm scm Id est inseparabilem trinitatem Sciat se condemnatum et separatum ab omni societate xpiana [Manentem] hanc kartulam donationis in sua nihilominus firmitate. et ut firma et inconcussum si donum termini sunt autem isti huius taerre cum quib: accingit ab oriente writolaburna ab aquilone centinces triow and hanchemstede ab australe flumen tamisa Siquis autem hanc donationem augere uoluerit augeat ds bona sua in regione uiuorum cum scis suis sine fine amen.

+ Ego sebbi rex eastsax pro confirmatione subscripsi. Ego oedilraedus donator subscripsi. + Ego ercnuualdus episcopus consensi et subscripsi. Ego uuilfridus epis consens et subsp. + Ego haedde epis consñ et sb. Ego guda pr et abbas consentiens subs. + Ego egcbaldus pr et ab conseñ et subsp.

+ Ego hagona pr et abb cons et subsp.
+ Ego hooc pr et abb cons et subsp.
Sig+num manus sebbi regis.
Sig+num manus sihiheardi regis.
Sig+num manus suebredi regis.

XVIII

OSHERE DES HWICCAS, ? 693

+ In nomine dñi nri ihu xpi Omnia enim ut ait âp quae uidentur temporalia sunt quae autê non non uidentur aeterna sunt. pro qua re ego oshere rex huicciorû pro remedio animae meae cum aedilheardo filio meo, dabo terram quae dr penitanham quindecim tributariorû cum dyllauuidu cassatas consentiente comite meo Cutberhto ad construendum monasterium Cutsuïdae abbãe cum campis syluisque cum piscariis pratisque et cum omnibus..... aris quae ad eam sunt pertinentia hanc cum omnibus his iure possidendam in propetuum prodonabo.

+ Ego oshere supradictus rex consentiens et subscripsi signû salutare.
+ Ego aedilhard consentiens et subscripsi.
+ Ego ediluuard consentiens et subscripsi.
+ Ego aedilberht consentiens et subscripsi.
+ Ego edilric consentiens subscripsi.
+ Ego osuuido consentiens et subscripsi.
+ Ego Oftoforis episcopus consentiens propria manu sig conscripsi.
+ Ego edilredus consentiens.
+ Ego berehtuualdus archiepiscopus consentiens subscripsi.
+ Ego uuilfridus epîs consentiens subscripsi.
+ Ego headda epîs consentiens subscripsi.
+ Ego tyrtel epîs consentiens subscripsi.
+ Ego..... de episc consentiens subscripsi.
+ Ego beduuin epîs consentiens subscripsi.
+ Ego gebmund epîs consentiens subscripsi.
+ Ego Alricus epîs consensi et subscripsi.

+ Ego Cuiniricus consensi et subscripsi.

+ Ego Pehthaetius consensi et subscripsi.

Si quis hanc donationem minuetur sciat se redditurû rationê in die iudicii, et partem eius esse cû peccatoribus et cum Iuda traditore, cruciciatus sine fine in inferno cum diabulo.

XIX

UUIHTRAED, Juillet 697

+ In nomine dñi dī nostri ihu xpi Ego uihtredus rex cantuariorum prouidens mihi in futuro decreui dare aliquid omnia mihi donanti et consilio accepto bonum uisum est conferre bassilicae beatae mariae genitricis dî quae sita est in loco qui dicitur limingae terram. III. aratrorum quae dicitur Uuieghelmes. tun. cum omnibus ad eandem terram pertinentibus iuxta notissimos terminos id est bereueg et meguines paed et stretleg. quam donationem meã uolo firmam esse in perpetuum ut nec ego seu heredes mei aliquid minuere praesumant. Quod si aliter temptatum fuerit a qualibet persona sub anathematis interdictione sciat se praeuaricari ad cuius confirmationem pro ignorantia litterarum + signû scae crucis expressi et testes idoneos ut subscriberent rogaui id est berichtualdum archiepiscopû uirû uenerabilê.

+ Ego berichtualdus episc rogatus consensi et subscribsi. +

+ Signum manus uihtredi regis. + Signum manus aedilburgae reginae.

+ Signum manus enfridi. + Signum manus aedilfridi. + Signum manus hagana.

+ Signum manus botta. + Signum manus bernhaerdi. + Signum manus theabul.

+ Signum manus frodi. + Signum manus aehcha. + Signum manus aessica.

+ Signum manus adda. + Signum manus egisberichti.

actum in mense iulio indictione. x ma.

XX

UUIHTRAED DE KENT, Juillet 700, ou 715.

+ In nomine dñi dì nostri ihu xpi. Ego uuihte redus rex cantuariorum prouidens mihi in futuro decreui dare aliquid omnia mihi donanti et consilio accepto bonum uisum est conferre basilicae beatae mariae genetrecis dei quae sita est in loco qui dicitur limingae terram IIII aratrorum quae dicitur pleghelmestum. cum omnib : ad eandem terram pertinentib : iuxta notissimos terminos id est bereueg. et meguuines paede et stretleg. terrulae quoq : partem eiusdem dei genetrici beatae mariae similiter in perpetuum possidendam perdono. cuius uocabulum est ruminingseta. ad pastum uidelicet ouium trecentorum. ad australe quippe fluminis quae appellatur liminaea. terminos uero huius terrulae ideo non ponimus quoniam ab accolis undiq : certi sunt. Quam donationem meam uolo firmam esse [in] perpetuum ut nec ego seu heredes me aliquid imminuere praesumant. Quod si aliter temptatum fuerit a qualibet persona sub anathematis interdictione sciat se praeuaricari ad cuius confirmationem pro ignorantia litterarum + signum scae crucis expressi et testes idoneos ut subscriberent rogaui id est berhtuualdum archiepisc. uirum uenerabilê.

+ Ego berhtuualdus episc rogat[us] consensi et subscripsi.

+ Signum manus uuihtredi regis. + Signum manus aethilburgae reginae.

+ Signum manus enfridi. + Signum manus aedilfridi + Signum manus hagana.

+ Signum manus botta. + Signum manus bernhaerdi. + Signum manus theabul.

+ Signum manus frodi. + Signum manus aehcha. + Signum manus aesica.

+ Signum manus adda. + Signum manus egisberhti. Actum in mense iulio indictione XIII ma.

XXI

INI DE WESSEX, 701

+ In nomine domini Ihesu Christi saluatoris nostri ! ego Ini regnante domino rex Saxonum cogitans vitae eternae praemium, verens poenas inferni perpetuas, pro remedio animae meae et relaxatione criminum meorum aliquam terrae particulam donare decreui uenerabili Aldhelmo abbati, ad augmentum monasterii sui quod Meldunensburg uocatur; id est XLV. cassatos in locis ab accolis infra nominatis. Ide est V. manentes in loco qui dicitu, Gersdune ; et ubi riuulus qui uocatur Corsaburna oritur XX ; et in alio loco iusta eundem riuulum X; et iuxta laticem qui uocatur Reodburna X. Et hoc actum est anno ab incarnatione Christi DCCI. Indictione XIIII^a^.

XXII

SUAEBRAED D'ESSEX, 13 Juin 704

+ In nomine dñi nri ihu xpi saluatoris. Quamuis solus sermo sufficeret Ad testimonium attamen pro cautella futurorum temporum ne quis forte posterum fraudulentam ignorantiae piaculum perperam incurrat idcirco scedulis saltim uilib : pro ampliore firmitatis supplimento necessarium reor adnectere Quapropter ego sueabraed rex eastsaxonorũ et ego paeogthath cum licentia Ædelredi regis comis aliquantulum agri partem pro remedio Animarum nrarum uualdhario epsc in dominio donare decreuimus id ÷ .XXX. cassatorum in loco qui dicitur tuicanhom in prouincia quae nuncupatur middelseaxan Haec autem terra his locorum limitib : designatur Ab oriente et austro flumine tamisae terminata a septemtrione plaga torrente Cuius uocabulum ÷ fiscesburna Possessionem autem huius terrae taliter ut supradiximus Cum campis sationalib : pascualib : pratis palludib : piscuariis fluminib : Clusuris omnib : quae ad eam pertinentibus in dominio supra dicti Epsc possidendam propetuale iure tradidimus et libera habeat potestatem agendi quodcumq :

uoluerit porro ut firmior huius donationis largitio iugiter seruaretur etiam testes adiunximus quorum nomina subter tenentur inserta Si quis uero successorum nrorum hanc donationis nrae munificentia augere et ampliticare maluerit auget dñs partem eius in libro uitae Si quis e diuerso quod absit tyrannica potestate fretus infringere temptauerit sciat se ante tribunal xpi tremibundum rationem redditurum Maneatq : nilhominus in sua firmitate haec kartula scripta Anno ab incarnatione dñi nri DCC.IIII. idic. II. tertia decima die mensis iunii quod ÷ id iunii.

+ Ego coenredus rex merc hanc terram waldhario epsc pro remedio anime meae in dominio donare decreui in loco qui dicitur tuiccanham et libenti animo propria manu crucè infixi.

+ Ego ciolred merc hanc donationem quam ante donauit propinquus meus coenraedus rex et ego confirmaui in loco arcencale et sîg sce crucis expressi.

+ Ego headda eps consensi et subscripsi.

+ Ego cotta ab con et sûb.

+ Ego suebraedus rex eastsaxonù propria m.

+ Ego peohthat sîg mâ imposui.

+ Ego friodored sig m. + Eadred sig. + Ælric sig m. + Sceftwine sig.

+ Coenhard sig m. + Cymmi sig. + Lulla sig m. + Wulfhat sig.

+ Cudraed sig m. + Pagara sig. + Cynric sig m. + Tudima sig.

+ Uilloc sig m. + Eadberht sig.

XXIII

AETHILHEARD ET AETHILUUEARD DES HWICCAS, 704-709

+ In nomine dî sumi. Tempora temporibus subeunt, abiit eu uenit aetas sola scorum gloria durat in xpo. Ideoq : ego aedilheardus et aediluueardus dabimus tibi cudsuidae terram quae dicitur ingin v. manentiû quam tu a nobis proprio praetio redemisti id est DC solidis ut in tua potestate sit habendi et donandi cuicumq : uoleris. Si quis

in hanc donationē augere uoluerit ampliet deus partem eius in regione uiuentiu. Si quis e contrario minuere temptauerit, euellet eum deus dñs e regno suo et partem eius ponet cum peccatoribus. nomina uero testium subter scripta sunt.

+ Signum manus coenredi. + Signum manus ecuuini.
+ Signum manus aedilheardi.
+ Signum manus aediluueardi.
+ Signum manus cuthberti.

XXIV

AETHILUUEARD DES HWICCAS, 706

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Ego Aethiluueard subregulus, Osheri quondam regis Uicciorum filius, terram XII. cassatorum in loco quem dicunt Ambreslege, consentiente Coenredo rege Merciorum, cum omnibus ad se pertinentibus rebus necessariis, hoc est, in siluis in campis, in captura etiam piscium quae terrae illi adiacet, ubi sunt scilicet duo quod nostratim dicitur uueres, id est, alter ubi fontanus qui nominatur Ombresuuelle diriuatur in fluuium qui dicitur Saberna, alter qui est ad uadum qui nuncupatur Leuerford, ad amplificationem ecclesiasticae possessionis, pro redepmtione animae meae et pro spe salutis aeternae, uenerando Ecguuino episcopo ad a aecclesiam semper uirginis dei genetricis Mariae quae fundata extat in Cronuchomme, coram idoneis testibus libenter pro domino largitus sum, eo quod ipse etiam praetio approbato a me conquirebat ; ea dumtaxat conditione in praefata traditione a me composita in perpetuam libertatis possessionem ; statuens de caetero ut ab omni publico uectigali, a uictu, ab expeditione, ab opere regio sit libera, tantum ut aecclesiae praefatae beatae Mariae, hoc est fratribus ibidem seruientibus, cuncta quae in eo loco ad aptum et ad utilitatem pertinere possunt seruentur ; excepto eo, ut si quando in insula eidem ruri pertinente prouentus copiosor glandis acciderit, uni solummodo gregi porcorum saginae pastus regi concederetur : et praeter hoc nulli, neque principi neque praefecto neque tiranno alicui, pascua constituantur ; ut elemosina mea quam pro remedio animae meae libenter donaui, inuiolata et inconcussa permaneat. Si

quis autem donationem Christo a nobis traditam temptaurerit infringere, confringat deus regnum et potentiam eius hic et in futuro saeculo, sitque pars eius cum Iuda infideli traditore. Si quis autem beniuolo animo augere uoluerit, augeat deus partem illius cum fideli latrone qui muerit audire, Hodie mecum eris in paradiso. Haec carta scripta est anno dominicaeincarnationis DCCVI. Ind. IIII.

+ Ego Aetheluueaard subregulus hanc donationem meam confirmando signo sanctae crucis muniui. + Ego Coenredus dei dono rex Merciorum, rogante me et obsecrante Ecguuino uenerando episcopo, eandem libertatis donationem telluris hoc est in Ambreslege, quam Aetheluueard subregulus Uuicciorum me concedente donauit aecclesiae beatae Mariae, pro spe mercedis aeternae concedens donabo, et signo crucis Christi munio. + Ego Berhtuuald archiepiscopus hanc donationem confirmans subscripsi. + Ego Eadda episcopus consensi subscripsi. + Ego Tobias episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadgar episcopus subscripsi. + Ego Nothberht episcopus subscripsi. + Ego Cuthberht comes Uuicciorum consensi et subscripsi. + Ego Eadbert comes subscripsi. + Ego Eoppa comes subscripsi. + Ego Cuthberht comes subscripsi. + Ego Omulung abbas subscripsi. + Ego Uuecta abbas subscripsi. + Ego Truttuc subscripsi. + Ego Uuada subscripsi.

XXV

FORTHHARI, 712

Ego Forter, famulus famulorum dei, pro redemptione animae meae unum cassatum dedi Aldberhto abbati quae scita est iuxta fluuium Aesce, ad portum que dicitur Bledenhithe, ad insulam paruam et ad ecclesiam beati Martini confessoris, im propriam substanciam, habendum donandumque cuicumque uoluerit. Qui hanc cartam infringere temptauerit, sciat seipsum a communione sanctorum separatum et ab omnipotenti deo.

+ Ego Forter consensi et subscripsi. Acta est autem hec donatio anno DCCXII. indictione prima.

XXVI

AETHELBALD, 716-717

+ In nomine domini Ihesu ! Ego Aethilbald, ex diuina dispensatione Mercensium rex, rogatus a sancta familia Christi consistenti in loco cui nomen est Uigranceastre, aliquam agelli partem in qua sal confici solet, ad meridianam plagam fluminis quod dicunt Saluuerpe, in loco qui dicitur Lootuuic et Coolbeorg, ad construendos tres casulos et sex caminos, pro redemptione animae meae, in uoluntariam possidendi libertatem, concedens donabo : sex alios a supradicta Christi familia caminos, in duobus casulis, in quibus similiter sal conficitur, uicarios accipiens, ad aquilonalem uidelicet partem fluminis memorati cui uocabulum est Saluuerpe. Hanc autem mutuam uicissitudinem idcirco fecisse nos constat, quia utrisque nobis magis aptum esse uisum est.

+ Hanc autem libertatem ego Aethelbaldus, rex Merciorum, signo sanctae crucis confirmabo. + Ego Eguuinus episcopus. + Ego Uuilfridus dux. + Ego Aetheluuard dux. + Ego Stronglic dux. + Ego Sigberhtus minister. + Ego Eadberht minister. + Ego Oba minister. + Ego Eaduulf minister.

XXVII

AETHILBALD. 718

+ Ego Aethelbald, diuina dispensante gratia Mercensium rex, terram sex cassatorum, iuxta fluuium, cui nomen est Bladaen, prope uadum, cui uocabulum est Daeglesford, pro redemptione animae meae, seruo dei, quem uocant Begia, in possessionem iuris ecclesiastici libertatisque tradidi ; ita ut in ea monasterium construeretur et seruorum dei habitaculum fieret ; ea tamen conditione in omnibus rebus donabo illi noti et ignotis, regis siue principis, libera permaneat in sempiternum. Si quis autem hanc donationem meam uiolare temptauerit, sciat se in tremendo extremi iudicii dei examine rationem deo redditurum.

+ Ego Aethelbaldus rex propriam meam donationem consensi et subscripsi. + Ego Uuilfrithus episcopus consensi. + Ego Eadberht consensi. + Ego Aethelric consensi. + Ego Cyneric consensi. + Ego Aelfraed consensi. + Ego Sigebed consensi. + Ego Osraed consensi.

Acta est autem hec donatio, anno Incarnationis Christi DCCXVIII. Indictione. X.

XXVIII

INI DE WESSEX, 723

+ In nomine dei patris omnipotentis ! Anno incarnationis saluatoris humani generis DCLXIII. Indictione sexta XIII. kalendas Augusti. scripta est pagina priuilegii. Ego Ini rex Saxonum, pro remedio animae meae aliquam partem terrae donans impendo, id est decem cassatos, Hemgislo abbati, cum pontificis nostri consilio, consentiente Baldredo qui hanc terram donauit ei per petitionem Sigeberis : per me donatio haec imperpetuum sit confirmata ut nullus infringere audeat. Terra autem haec sita est in monte et circa montem qui dicitur Brente ; habens ab occidente Sabrinam, ab aquilone Axam, ab oriente Termic, ab austro Siger. Siquis uero cupididate inlectus uoluerit irritam facere hanc donationem, sciat se rationem domino redditurum. + Ego Haeddi episcopus consentiens propriis manibus subscripsi.

Haec enim sunt nomina testium subrogatorum posterioris temporis, pro maioris munimine firmamenti. + Ego Baldredus rex. + Ego Aethelbaldus rex. + Ego Hereuualdus speculator aecclesiae dei, cum multis aliis. Isti praefati, ne sequentium rapacitas praecedentium irrumperet instituta, hiis uerbis inhibitionem indidisse uidentur. Siquis autem uobis deinceps tempore hoc infringere, tot nobilitatis gradibus roboratum, praesumeret ius, sit a consortio bene merentium anathema, rapaciumque collegio adplicitus temeritatis suae commissa luat, sub diris dentibus salamandri, cerberique rictibus reatum exsoluat proprium sine fine semper moerens. Siquis uero beniuola intentione potius praeditus haec exacta decernit, possideat bona sempiterna cum bene merentibus.

XXIX

AETHILBALD DE MERCIA, 727

+ In nomine dei summi! Reuerentissimus rex Mercensium, ego Aethilbold, pro redemptione animae meae largitus sum terram quae dicitur Aactune, trium manentium, Bucan comiti meo; firmiter possidendum benignissime trado, contra eius pecuniam. Ita largitus sum terram hanc praefato comiti meo, ut perpetuum sit habitaculum seruorum dei, diuina suffragante gratia, sollicite in eo seruetur. Hanc autem donationem si quis tirannica potestate infringere uoluerit, sciat illum in examine deo rationem redditurum.

+ Ego Aethilbald rex Mercensium propria manu signum crucis impressi. + Ego Uuor episcopus consensi. + Ego Thorthere episcopus consensi. + Ego Tida consensi. + Ego Osfrid consensi. + Ego Aethilmod consensi. + Ego Puda consensi. + Ego Uuilbroth consensi. + Ego Eadberht consensi. + Ego Uuilfrat consensi. + Ego Oua consensi. + Ego Tunualud consensi. + Ego Peot consensi. + Ego Teol consensi. + Ego Theodor consensi.

Actum autem hoc meae concessionis donum anno dominicae incarnationis DCCXVII. indictionis X.

XXX

AETHILBERHT DE KENT, 732

+ In nomine dñi dî saluatoris nî Ihu xpi. Est terrula quaedam id ÷ quarta pars aratri unius iuxta liminaee sali coquendo accommoda quam ego aethilberhtus rex cantuariorum dudum praestiteram antecessori tuo..... et tu ó abba praesbyter dun. iam per tempora plura me annuente eadem usus es praestatione. Hanc ipsam ego nunc terrulam iuris mei non pro pecunia aliqua saeculari sed pro remedio tantum animae meae tibi et ecclesiae beatae mariae cui tua prae est sollicitudo. ita tribuo et dono ut a praesenti die et tempore uestrae sit potestatis eam semper habere ac possidere

qualiter uobis placuerit. Et ius regium in ea deinceps nullum repperiatur omnino. excepto dumtaxat tale quale generale est in uniuersis ecclesiasticis terris quae in hac cantia esse noscuntur et ut iugiter firmitatè..... haec ipsa mea donatio habeat. subter hic signum scae crucis ex praessi testesq: illius ut subscribant petam

[Actum est die uicesima februarii mensis. anno regni nostri septimo. Indic[tione q]uinta decima dorouerni.

[Et] insuper ego aethilberhtus rex addidi huic donationi quam pro remedio animae meae dedi in omni anno centum^{xx} plaustra onusta de lignis ad coquendum sal. Item dedi e[i] centum iugera eiusdem ruris. in loco qui dicitur sandtun. termini uero terrae illius hec sunt. ab oriente terra regis. ab austro fluuius qui dicitur limenaee. ab occidente et in septentrione hudan fleot.

+ signum scae crucis qd scripsit aethilberhtus rex atq: donator.

+ Ego tatuuinus episc ad petitionè aethilberhti regis subscripsi.

+ Ego albinus abbas iubente piissimo rege aethilberhto subscripsi.

+ signum manus balthhaeardi.

+ signum manus bynnan.

+ signum manus aeanberhti.

+ signum manus aethiliaeardi.

XXXI

AETHILBALD DE MERCIA, 734

+ In nomine dñi dei saluatoris nri, ihu. xpi. Si ea quae quisq: pro recipienda a dõ mercede hominib: uerbo suo largitur et donat stabilia iugiter potuissent durare suprouacaneù uideredur ut litteris narrarentur ac firmarentur. Sed dum ad probanda donata..... conuincendùq: uolentem infringere nihil prorsus robustius èè uideretur quam donationis manib auctorù ac testiù roborate non inmerito plurimi petunt. ut. quae eis eonlata dinoscuntur paginaliter confirmentur. quorum postulationib: tanto libentius tantoq: promptius consensus pbendus quanto et illis quae pcatores st utilior res secundù hoc uisibile scuelm nunc inpertitur. Et illis qui conces-

sores existunt pro inpertito opere. pietatis uberior fructus secundû inuisibile postmodum tribuetur, quamobrem ego. ethilbaldus rex merc presentib: litteris indico me dedisse pro anima mea alduulfo episc ecclesiaeq: beati andreae apost quam gubernat unius nauis siue illa proprie ipsius siue cuiuslibet alterius hominis sit incessum id ÷ uectigal mihi et antecessorib: meis iure regio in portu lundoniae usque hactenus conpetentem quemammodû mansuetudinem nram rogauit, quae donatio ut in perpetuum [firma et stabilis sit] ita ut nullus eam regû uel optimatum uel teloniariorû uel etiam iuniorû quilibet ipsorû in parte aut in toto [in irritum praesumat] aut possit adducere manu proprio signum sce crucis subter in hac pa gina faciam testesque] ut subscribant petam. quisquis id quod pro anima mea donaui, aut [donatu]m ÷ inlibatum permanere promiserit habeat communionem beatam cum prosente xpi ecclesia atquae futura. si quis k non permiserit, separetur a societate [non solum sanc]torum hominû sed etiam angelorû, manente hac donatione nra nihilominus in sua firmitate.

Actum mense Septembrio die. indîc. II. anno regni nri. XVII.

+ Ego aethilbald rex subscripsi.

+ Ego danihel episc scripsi.

+ Signum manus oba.

+ Signum manus sigibed.

+ Hoc etiam iterum confirmatû ÷ a beorhtuulfo rehi merciorû in uico regali uuerburgeuuic.

+ Ego berhtuulf rex merc hanc meam donationem et prodecessoris mei aethilbaldi regis cum signo sce crucis xpi confirmaui his testib: consentientib: et quorû nomna hic continent ad indulgentiã delictorum meorû atquae prodecessoris mei aethelbaldi regis Si quis k successorû meorû regû aut pncipû uel theloniariorû hanc donationê nram infringere uel minuere uoluerit sciat se separatû a congregatione omniû scoru in tremendo die iudicii nisi prius digne emendauerit.

+ Ego berhtuulf rex merc.

+ Ego ceolnoth arc epis.

+ Ego saethryth regina.

+ Ego ceolred epis.

+ Ego tatnoth epis.

+ Ego hunberht dux.

+ Ego mucel dux.

+ Ego hunstan dux.

XXXII

AETHILBALD, 723, 728 ou 734

+ Donante domino nostro Ihesu Christo! Ego Aethilbaldus rex Merciorum terram iuris mei VI. cassatorum, cui uocabulum est Bradanlaeh, pro redemptione animae meae Cyneburge trado; ut fiat eius possessio in perpetuum; et cuicumque uoluerit tradere, uel in uita illius uel post obitum eius, potestatem habeat tradendi. Si quis temptauerit hanc donationem fraudare, sciat se reddere rationem in die iudicii. Huic donationi optimates mei testes sunt quorum nomina infra expressa sunt.

+ Ego Aethilbaldus rex Merciorum confirmationem hanc confirmaui propria manu. + Ego Uuor episcopus. + Ego Offa confirmaui. + Ego Eadberht confirmaui + Ego Uualdhere confirmaui. + Ego Uuilfrid episcopus. + Ego Aldberht confirmaui. + Ego Ontuuini confirmaui.

Hanc cartam composui in IIII. feria VIII. kal. decemb. passio sancti Chrisogoni martyris.

XXXIII

AETHILBALD, 736

+ Ego Aethilbald dño donante rex non solum marcerium sed et omnium prouinciarum quae generale nomine sutangli dicuntur pro remedio animae meae et relaxatione piaculorum meorum aliquam terrae particulam id est .X. cassatorum uenerando comite meo cyniberhtte ad construendum coenubium in prouincia cui ab antiquis nomen inditum est husmerae iuxta fluuium uocabulo stur cum omnibus necessariis ad eam pertinentib. cum cāpis siluisq. cum piscariis pratisq. in possessionem ecclesiasticam benigne largiendo trado. ita ut quādiu uixerit potestatem habeat tenendi ac possidendi cuicumq. uoluerit uel eo uiuo uel certe post obitum suum relinquendi est autem sapradictus ager in circuitu ex utraq. parte supranominati fluminis habens ex aquilone plaga siluam

quam nominante cynibre ex occidentale uero aliam cui nomen est. moerheb. qaarum pars maxima ad praefatum pertinet agrum si quis autem hanc donationem uiolare temptauerit sciat se in tremendo examine tyrannidis ac praesumptionis suae deo rationem terribiliter redditurum

scripta est haec cartula anno ab incarnatione dñi ñi ihu xpi septincentissimo tricessimo. vi. indictione quarta

+ ego aetdilbat rex britanniae propriam donationem confirmans subscripsi

+ ego uuor episcopus consensi et subscripsi

+ ego uuilfridus episc. iubente aethilbaldo rege subscripsi

+ ego aethilric subregulus atq. comes gloriosissimi principis ethilbal[di] huic donatione consensi et subscripsi

+ ego ibe ac si indignus abbas consensi et subscripsi

+ ego heardberht frater atq. dux prefati regis consensi et subscripsi

+ ego ebbella consensum meum acomodans subscripsi

+ ego onoc comes subscripsi

+ ego oba consensi et subscripsi

+ ego sigibed consensi et subscripsi

+ ego bercol consensi et subscripsi

+ ego ealduuft consensi et subscripsi

+ ego cusa consensi et subscripsi

+ ego pede consensi et subscripsi

Est autem agrum in memorata silua moreb cui uocabulum est brochyl quem ego edilbalt rex suutanglorum fidele duce atque comite meo cyniberhtte in ius ecclesiasticam cum supradicto agro largiendo donaui.

XXXIV

NOTHHELM. 734-737

+ Gloriosissimus Mercensium rex Aethelred, cum comite suo, subregulo Hunicciorum Oshero, rogatus ab eo, terram .xx. cassatorum iuxta fluuium, cui uocabulum est Tillath, duabus sanctimonialibus, Dunnan uidelicet et eius filiae Bucgan, ad construendum in

ea monasterium, in ius ecclesiasticum sub libera potestate, pro uenia facinorum suorum condonauit, propriaeque manus subscriptione hanc eorum donationem firmauit. Praefata autem dei famula Dunne, constructum in praedicto agello monasterium, cum agris suis necnon et cartulam descriptionis agri, cui tunc sola ipsa praeerat, filiae, nimirum filiae suae, in possessionem, ad dominum migratura largita est. Sed quia haec in paruula adhuc aetate erat posita, cartulam conscripti agri, necnon et omnem monasterii procurationem, quoad usque illa ad maturiorem peruenisset aetatem, matri illius maritatae conseruandam iniunxit. Quae cum cartulam reddi poposcisset, illa reddere nolens, furtu hanc sublatam respondit. Quo tandem omni negotio ad sanctam sacerdotalis concilii synodum perlato, decreuit omne uenerabile concilium, cum reuerentissimo archiepiscopo Nothelmo, hanc cartulam donationis, uel regum uel supradictae dei famulae Dunnan, manifestissime describi, praefataeque abbatissae Hrotuuari reddi, eiusque possessionem monasterii firmissimam esse; damnato nimirum eo, atque anathematizato synodi sacratissimae decreto, qui cartam illam subscriptionis agri primitiuam uel per furta, uel quolibet modo fraudulenter auferendo subripere praesumpserit. Atque hoc decernit sacra synodus, ut post obitum eius, sicut ante statutum fuit a senioribus eius, ad episcopalem sedem castrum Uueogernensis liber hic cum terra, reddatur.

+ Ego Nothelmus, gracia dei archiepiscopus, canonice subscripsi. + Ego Daniel episcopus subscripsi. + Ego Uuor episcopus subscripsi. + Ego Inceguuald episcopus subscripsi. + Ego Uuilfrith episcopus subscripsi. + Ego Alduuulf episcopus subscripsi. + Ego Aluuine episcopus subscripsi. + Ego Forthere episcopus subscripsi. + Ego Cuthberht episcopus subscripsi. + Ego Hereuuald episcopus subscripsi.

XXXV

AETHILBALD DE MERCIA, 723-737

+ Ego Aethilbalth, non solum Mercensium, sed et uniuersarum prouinciarum quae communi uocabulo dicuntur Suthengli, diuina largiente gracia, rex, reuerentissimo comiti meo, mihique satis caro, filio quondam Huuicciorum regis Oosheraes, Aethilricae,

terram uiginti cassatorum in possessionem aecclesiasticae rationis atque regulae, cum consensu uel episcoporum uel optimatum meorum, larga mentis beniuolentia donans concedo. Est autem idem ager qui traditur in regione quae antiquitus nominatur Stoppingas, in loco qui uetusto uocabulo dicitur Uuidutuun, iuxta fluuium quem priores nostri appellare solebant, et adhuc nominantur, Aeluuinnae. Omnem itaque hunc agrum intra terminos ab antiquis possessoribus constitutos, cum campis et saltibus et pratis, necnon et uniuersis, qui ex eo prouenire possint, necessariis redituum usibus, ita nimirum praefato comiti meo Aethilricae, in ius monasticae rationis, rogatus ab eo tradens largior, ut et ipse quamdiu uita comite uoluerit, prospere possideat, et cuicumque placuerit, uel se uiuente uel obeunte, ea conditione qua sibi traditum acceperit, licenter omnino nobis concedentibus, libens tradat.

+ Ego Aethilbalth hanc donationem meam subscripsi. + Ego Uuor episcopus consensi et subscripsi. + Ego Piot abbas consentiens subscripsi. + Ego Uuilfrith comes consensi et subscripsi. + Ego Sigibed comes consentiens subscripsi. + Ego Oba comes consensi et subscripsi. + Ego Heorcol comes consentiens subscripsi. + Ego Heardberht, frater regis, subscripsi. + Ego Eadberht comes subscripsi. + Ego Tepra consentiens subscripsi. + Ego Aduulf consentiens subscripsi. + Ego Ceoba consentiens subscripsi. + Ego Stronglic consensi et subscripsi. + Ego Beonna consensi et subscripsi. + Ego Uuilfrith episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cuthred abbas consentiens subscripsi. + Ego Eobe abbas consentiens subscripsi. + Ego Aethiluuald abbas consentiens subscripsi. + Ego Aelbred consentiens subscripsi.

XXXVI

EADBERHT DE KENT, avril 738

+ In nomine domini dei nostri Ihesu Christi ! Ego Eeadberht, rex Cantuariorum, donaui aliquam partem terrae pro remedio animae meae atque indulgentia delictorum meorum, episcopatui beati Andreae apostoli, ac uenerabile uiro Ealdulfo, eius ecclesiae

antistiti, in regione quae uocatur Hogh, in loco qui dicitur Audscohesham, id est decem aratrorum, iuxta aestimationem prouinciae eiusdem. Huius uero terrae possessionem ita praedicto episcopo largitus sum, cum omnibus ad eam pertinentibus, id est campis, siluis, pratis, piscariis, salsilagene, atque omnibus utensilibus eius, iuxta notos terminos constitutos. Hoc quoque praecipimus ut nullus praesumat propinquorum [m]eorum uel successorum [m]eorum hanc donationem meam minuere infringere quoquomodo. Si quis uero, quod non credimus, contra praeceptum meum huic donatione meae malibolo animo contraire temptauerit, sciat se in die iudicii rationem deo redditurum, manentem tamen hanc cartulam nihilominus in sua firmitate. Si quis uero magis defendere augere uoluerit, addat deus bona eius in terra uiuentium.

+ Hanc quoque donationem meam ego Eadberht rex cantuariorum propria manu confirmaui et signum sanctae crucis infixi : testes quoque idoneos commites meos confirmari et subscribere feci. + Ego Uuilbaldus commites meos confirmari et subscribere feci. + Ego Dimheahac commites meos confirmari et scribere feci. + Ego Hosberth commites meos confirmari et scribere feci. + Ego Nothbalth commites meos confirmari et scribere feci. + Ego Banta commites meos confirmari et scribere feci. + Ego Ruta commites meos confirmari et scribere feci. + Ego Tidbalth commites meos confirmare et scribere feci.

+ In nomine domini dei summi. Ego Alduulfus episcopus inprimis penitus ignoraui quod a Dorouernensis ecclesiae praesuli et rege hac kartula confirmata esse debuisset, postea agnoui, et tam diligenter postulaui ab archiepiscopo Nothelmo et rege Aethilberhto, praesidente meo largitore Eadberhto, ut ipsi manu sua hanc donationem corroborassent : et sic in metropolitano urbe perfecte compleuerunt. Actum mense April. indic. VI. Anno ab incarn. Christi DCCXXXVIII.

+ Ego Nothelmus gratia dei archiepiscopus testis consentiens subscripsi kanonice + Ego Aethilbertus rex praefatam donationem signo sanctae crucis confirmaui. + Ego Beorheard testis subscripsi. + Signum manus Tunan. + Signum manus Balthardi. + Signum manus Eanberhti.

XXXVII

AETHILBERHT DE KENT, 740

+ In nomine dñi dei saluatoris nî ihu xpi. Prouabilib: desideriis et petitionib: piis assensum semp' praebere gloriosû constat esse et rectû et tum maxime cum eadem desideria et petitiones ad dilatandum et augendam uitam xpi sacerdotum eiusq : seruorum respiciunt qua de re ego aethilberht rex cantuariorû pro remedio animae meae capturam pisciû quod est in ostio fluminis cuius nomen ÷ liminaea et partem agri in qua situm ÷ oratoriû sci martini cum edib : piscatorû et extra eam quartam partê aratri circa eundê locum et alterã partem iuris mei ad pascendum. CL. iumentorû iuxta marisco qui dicitur biscopes uuic usq : ad silbam qui appellatur ripp et at terminos suthsaxoniae sicut olim habuit romanus pr ad ecclesiam beatissimi uirginis mariae quod est in liminlaeae libenter donaui atq : dono regimen habente eiusdem monasterii domno cuthberhto archiepiscopo tunc temporis abbati. Uerum quia cauendum est ne hodiernam donationem nostram futuri temporis abnegare ualeat et in ambiguum deuocare presumptio Placuit mihi hanc paginem condere per quam non solum omnib : meis successoribus atq : heredibus set etiam mihimet ipsi interdico ne aliter quam á me constitutum est ullo tempore quippiam agere audeant quod si qui forte obseruare neglexerint et absque digna satisfactione presentis uitae impleberint dies sciat se omnipotentis dei irã incurrere et á socitate scorum omnium segregatum. Quoniam scissimam beatissimae uirginis mariae lscum deonestare conatus est. Qui uero haec augenda custodierint nihilq : inrogarent aduersi. auribus percipiant uocem clementissimi iudicis inquientis ad pios. Uenite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.

Actum in loco qui dicitur liminlaee Anno dominicae incarnationis. DCCXLI. Indictione III.

Ego aethilberhtus rex cantiae hanc donationê á me factam propria manu signo scae crucis roboraui.

Ego cuthberhtus gratia dei archiepisc hanc piam donationê predicti regis consensi et subscripsi.

+ signum manus balthhardi
+ signù mañ aedelhuni
+ signù mañ dunuualhi pincerni
+ sig mañ duunuuallan
+ sig mañ aldberhti prefecti
+ sig mañ aethelnothi

XXXVIII

AETHILBALD DE MERCIA. 742

+ Anno dominicae incarnationis DCCXLII. Indict. X. regni uero aethilbaldi regis merciorum XXVII. congregatum est magnum concilium apud clouesho praesidente eidem concilio aethilbaldo rege merciorum cum cuthberto archiepiscopo doroberniae caeterisque episcopis simul assidentibus diligenter examinantes circa necessaria totius religionis et de symbolo ex antiquis sanctorum patrum institutionibus tradito studioseque perquirentes qualiter in primordio nascentis ecclesiae hic in anglia iubebatur haberi aut ubi honor coenobiorum secundum normam aequitatis seruaretur. haec et hiis familia anxie inquirentes antiquaque priuilegia recitantes tandem peruenit ad manus libertas ecclesiarum et institutio uel praeceptum uuithraedi gloriosi regis de electione et auctoritate coenobiorum in regno cantiae quomodo et qualiter secundum imperium et electionem cantuariensis metropolitani fieri [et] stare praecipitur. et praecepto itaque regis aethelbaldi lectum est coram omnibus priuilegium praefati uithraedi gloriosi regis et placuit cunctis hoc audientibus pariterque dixerunt nullum aliud tam nobile tamque prudenter constitutum decretum inueniri potuisse secundum ecclesiasticam disciplinam et ideo hoc ab omnibus firmari sanxerunt. igitur ego aethelbaldus rex merciorum pro salute animae meae et stabilitate regni mei proque uenerantia uenerabilis archiepiscopi cuthberti propria manu munifica subscribens confirmo. ut per omnia libertas honor auctoritas et securitas christi ecclesiae a nulla persona denegetur sed sit libera ab omnibus saecularibus seruitiis et omnes terrae ad illam pertinentes exceptis expeditione pontis et arcis constructione et sicut saepe praefatus rex uuihtraedus pro se suisque constituit seruandum ita per omnia irrefragabiliter et immu-

tabiliter perdurare praecipimus. Si quis autem regum successorum nostrorum seu episcoporum seu principum hoc salubre decretum infringere temptauerit reddat rationem deo omnipotenti in die tremendo. si autem comes presbyter diaconus clericus uel monachus huic constitutioni restiterit sit suo gradu priuatus et a participatione corporis et sanguinis domini separatus et alienus a regno dei nisi ante placita satisfactione emandauerit quod malo superbiae inique gessit scriptum est enim quaecunque ligaueris super terram erunt ligata et in coelo et quaecunque solueris super terram erunt soluta et in coelo.

+ ego ethelbald rex diuino suffragio fultus gentis merciorum regens imperium signum sanctae crucis subscribo.

+ ego cuthbertus archiepiscopus propria manu subscripsi.

+ ego uuita episcopus consensi et subscripsi.

+ ego torhthelm episcopus consensi et subscripsi.

+ ego wilfredi episc. cons. et subs.

+ ego cuthberht episc. et subs.

+ ego huetlac episc. cons. et subs.

+ ego eanfrith episc. cons. et subs.

+ ego egclaf episc. cons. et subs.

+ ego aluuig episc. cons. et subs.

+ ego hunwald episc. cons. et subs.

+ ego daniel episc. cons. et subs.

+ ego aldwuulf episc. cons. et subs.

+ ego aethelfrith episc. cons. et subs.

+ ego herewald episc. cons. et subs.

+ ego sigcga episc. cons. et subs.

+ ego redwulf epis. cons et subs.

+ ego ofa patricius cons. et subs.

+ ego aldwuulf dux cons. et subs.

+ ego aethelmod indolis Merc. cons. et subs.

+ ego heardberht dux cons. et subs.

+ ego eadbald dux cons. et subs.

+ ego bercul dux cons. et subs.

+ ego cyneberht cons. et subs.

+ ego freothoriic cons. et subs.

+ ego wermund abbas cons. et subs.

+ ego cuthraed abbas cons. et subs.

+ ego buna abbas cons. et subs.

XXXIX

AETHILBALD, 716-743

+ In nomine sanctae Trinitatis! Ait enim Apostolus : Nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre quid possumus : et beatus Iob : Nudus egressus sum ex utero matris, et nudus reuertar in terram. Quapropter ego Aethilbaldus, rex Australium Anglorum, breuitatem uitae huius considerans, et quod cum his caducis mercanda esse aeterna polorum regna, rogatus a uenerabili Uuilfrido episcopo, terram trium cassatorum ruris siluatici, in loco qui uetusto uocabulo nuncupatur Uuduceastir, ad aecclesiam beati Petri apostolorum principis in Uuigorna ciuitate, in ius proprium libentissime concedens possidendum donabo. His terminibus institutis, etc.

+ Ego Aethelbald, rex Merciorum, signum sanctae crucis Christi imposui. + Ego Uuilfridus episcopus. + Ego Uuilferth praefectus. + Ego Cuthredus abbas. + Ego Sigeberht. + Ego Iebe abbas. + Ego Oba. + Ego Aetheluualdus abbas. + Ego Heardberht. + Ego Aethelricus presbyter.

XL

AETHILBALD, 716-743

+ Sit nomen domini benedictum in secula! Ego Aethelbaldus, deo dispensante rex Mercensium, terram xx. cassatorum, id est x. et viii. in loco quem dicunt aet Eastune et ad Natangrafum ministro meo ualde fideli, qui est de stirpe non ignobili prosapia regali gentis huicciorum, Osredo, in possessionem iuris ecclesiastici, pro redemptione animae meae, largiens concedo ; quatinus eo uiuente possideat et regat, et post se cuicumque uoluerit hominum possidendum, liberum arbitrium habens, derelinquat ; et ut ab omni tributo uectigalium operum onerumque saecularium sit libera in perpetuum, pro mercede aeternae retributionis, regali potestate decernens statuo ; tantum ut deo omnipotenti ex eodem agello aecclesiasticae seruitutis famulatum inpendat. Haec autem testamenti traditio

perpetualiter postea tradita est sanctae Mariae Uueorgernensis monasterii pro ipsius regis salute.

+ Ego Aethilbald rex Mercensium, hanc donationem meam subscribo.

+ Ego Uuilfrithus episcopus. + Ego Huita episcopus. + Ego Torhthelm episcopus.

+ Ego Cuthberht episcopus. + Ego Alhuuig episcopus. + Ego Sigebed episcopus.

XLI

UUILFRITH, 721-743

+ In nomine domini Ihesu ! Terram quindecim cassatorum iuxta fluuium cui nomen est Cunuglae, ad metropolim Huicciorum, id est Uuegrinancaestir, pertinentem, tertiam partem, hoc est quinque cassatos, Ego Uuilfrith episcopus diocesis Huicciorum, uiro non ignobili reuerentissimo comiti, cui nomen est Leppa, propter ueterem inter nos amicitiam, libentissime in possessionem donans concedo. Ita tamen, ut post terminum dierum eius et filiae suae, quae uocatur Beage, eadem agelli pars ad episcopalem sedem praefatae parochiae cum suis sumtis iterum reddatur. Propter firmitatem huius conditionis.

+ Ego Aethelbaldus, rex Merciorum, signum sanctae crucis inposui. + Ego Uuilfrithus episcopus consensi et subscripsi subinsertis. + Ego Aethelric subscripsi. + Ego Aelbred consensi et subscripsi. + Ego Leppa consentiendo subscribo.

XLII

EARDUULF DE KENT, 747

+ In nomine dei summi ! Multi quidem in hoc seculo constitutionem et narrationem antiquorum pro huius uitae fauore et concupiscentia deprauare conati sunt, qui istius aerumni seculi laudem quaerunt, et multo magis hominibus placere quam deo diligunt ;

sicut ipse procurator, nomine Uualhhun, contra episcopum Hrofensis ecclesiae sine intermissione congressum discrimini fecit, circa porcorum pascua in silba quae appellatus est Caestruuarouualth. Iccirco + ego Earduulfus rex Cantuariorum conflictionem eorum ad nichilum redigo, quia coram testibus et optimatibus meis concedo ad ecclesiam sanctae Andreae, pro remedio animae meae atque meorum patruum, XII. greguum porcorum ad serbandum in publicis locis, id est ut incoli nominandi dicunt, Holanspic, alius Paetlanhrygc, tercius Lindhrygc. Hoc autem numerus XII. gregum in istis tribus partibus singulariter in uno quoque teneatur. Si quis uero, quod absit, heredum meorum hanc donationem infringere aut minuere praesumat, sciat se ab omnipotenti deo et a sanctorum angelorum consortio separatum, et in aeterna parditione damnatum, manente hoc donatione mea in sua nichilominus firmitate perseueret.

Anno ab incarnatione Christi, DCCLXII. indict. XV.

+ Ego Earduulfus rex Cantuariorum, supradicta omnia uolens confirmabi, et signum sanctae crucis impressi. + Ego Cuthberchtus gratia dei archiepiscopus ad petitionem Earduulfi episcopi consensi et subscripsi. + Ego Aethilberchtus rex Cantiae consensi et subscripsi. + Ego Balthard consensi et subscripsi. + Ego Duunuualla subscripsi. + Ego Aethelhun subscripsi. + Ego Aldberht subscripsi. + Ego Ruta subscripsi. + Ego Folcuuine subscripsi. + Ego Uuiohtbrord subscripsi. + Ego Balthhard subscripsi. + Ego Badoheard subscripsi. + Ego Beagnoth subscripsi. + Ego Uûalhhun subscripsi.

XLIII

AETHILBALD, 749

+ Plerunque contigere solet pro incerta futurorum temporum uicissitudine, ut ea, quae multarum et fidelium personarum testimonio consilioque roborata fuerunt, ut fraudulenter per contumaciam plurimorum, et machinamenta simulationis, sine ulla consideratione rationis periculose dissipentur, nisi auctoritate literarum, et testamento chirographorum aeternae memoriae inserta sint. Quapropter ego Aethilbaldus rex Merciorum, pro amore coelestis patriae

et pro remedio animae meae, hoc maxime agendum esse praeuidi, ut eam bonis operibus liberam efficerem ab omnibus uinculis piaculorum. Dum enim mihi omnipotens deus per misericordiam clementiae, absque ullo antecedente merito, sceptra regiminis honorifice largitus est, ideo ei libenter et uoluntarie ex eo quod accepi iterum retribuo. Huius rei gratia hanc donationem, deo teste, me uiuente concedo, ut monasteria et aecclesiae a publicis uectigalibus et ab omnibus operibus oneribusque, auctore deo, seruintes absoluti maneant; nisi sola quae communiter fruenda sunt, omnique populo, edicto regis, facienda iubentur, id est instructionibus pontium, uel necessariis defensionibus arcium contra hostes, non sunt renuenda. Sed nec hoc praetermittendum est, cum necessarium constat aecclesiis dei, quia Aethelbaldus rex, pro expiatione delictorum suorum et retributione mercedis aeternae, famulis dei propriam libertatem in fructibus siluarum agrorumque, siue in caeteris utilitatibus fluminum uel raptura piscium, habere donauit ; et ut munuscula ab aecclesiis in saeculare conuiuium regis uel principum a subditis minime exigantur, nisi amore et uoluntate praebentur : sed cunctas tribulationes quae nocere uel impedire possunt in domo dei, omnibus principibus sub eius potestate degentibus dimittere et auferre praecipit ; quatenus sublimitas regni eius prosperis successibus polleat in terris, et meritorum manipuli multipliciter maturescunt in coelis. Qui uero haec benigna mentis intentione atque inlaesa cogitatione custodierit, aeterna claritate coronetur, ornetur, glorificetur. Si quis hoc, quod absit, cuiuslibet personae, tyrannica cupiditate instinctus, contra hanc donationis cartulam, saeculari potentia fretus, uenire nititur, sit sub anathemate Iudae, proditoris domini nostri Ihesu Christi. Ad confirmandum uero hoc nostrae beneficentiae munus, hii testes adfuerunt, et nostri magistratus optimates et duces fidelissimique amici consenserunt et scripserunt.

+ Ego Aethelbald diuiunis fultus suffragiis, hiis statutis consentiens, confirmandoque signum crucis araui. + Ego Huita Mercensis aecclesiae humilis episcopus subscripsi. + Ego Torhthelm gratia dei episcopus signum crucis infixi. + Ego Headberht primatum tenens subscripsi. + Ego Eada his statutis consentiens subscripsi. + Ego Cyneberht his gestis consentiens subscripsi. + Ego Bercul patricius his donis consentiens subscripsi. + Ego Friothuric consentiens subscripsi. + Ego Eopa his statutis consentiens subscripsi.

+ Ego Eadbald subscripsi. + Ego Byrnhelm subscripsi. + Ego Mocca subscripsi. + Ego Aldceorl subscripsi. + Ego Alhmund subscripsi.

Huiuis scedulae scriptio dominicae incarnationis anno DCCXLVIIII. indictione secunda in loco celebre cuius uocabulum est Godmundeslaech. XXXIII. anno Aethelbaldi regis peracta est.

XLIV

AETHILBALD. 755-757

.... dubitanter conuenit de his q..... communicando tribuere m..... ibus tanto plura cotidie..... a deo constat accepisse..... pter ego aethilb.... non solum mercensium sed etiam in circuitu populorum quibus me diuina dispensatio sine meritorum suffragio preesse uoluit uenerabili seruo dei eanberhttae abbati agrum. x. cassatorum in dominium xpi ecclesiae pro redemptione animae meae. et pro expiatione facinorum meorum libenter concedens largior. est autem terra illa. iuxta siluam quam dicunt toccansceaga. habens in proximio tumulum qui habet nomen readabeorg quem etiam agrum cum siluis et prateis et omnib: ad eum pertinentibus commodis supra nominato seruo dei. benigno animo concedo si quis uero hanc donationem uiolare temptauerit. sciat se in tremendo examine totius mundi deo uniuersorum iudici terribiliter rationem redditurũ.

+ ego aethilbald rex propriam donationẽ pro xpo fãcta signo sacratissimae crucis firmabo.

+ ego cynulf rex uuestsaxsorum consentiens et subscribo.

+ manus hereuualdi episc.

+ manus milredi episc

+ manus cyneheardi episc.

+ manus forgthere.

+ manus heardberhti.

+ manus eadan.

+ manus uuadan.

+ manus ealhmundi.

+ manus cuutferthi.

+ manuo ecgfrithi.
+ manus scillingis
+ manus aethelricis.
+ manus eoppan.
+ manus uuigferthi.
+ manus ealhferthi.
+ manus ceardici.
+ manus tyccean abb.
+ manus herecan. abb.
+ manus cyneberhti. abb.
+ manus begloci. bb.
+ manus secggan. bb.

XLV

AETHILBALD, —.

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus ; ideo praemia aeternae patriae nobis caducis coelestia, momentaneis manentia sunt mercanda. Icirco ego Aethebaldus rex Merciorum domino dispensante, comiti meo Uuithredo coniugique eius Ansithe, terram septem manentium, in prouincia Middelsexorum, in regione quae dicitur Geddinges, in australi atque in occidente habens torrentem cuius uocabulum Fiscesburne, et in aquilonale ulterius quam uia publica iacet, duorum iugerum latitudine, in oriente uero aquam quae anglorum lingua Lake nominatur habens, quae est duarum, quae ibi sunt, ulterior ; usque dum illam accipient sulcesque precedunt. Insuper memoratam aquam, id est Fiscesburnam, ea ratione prorogans dono, ut sit aecclesiastici iuris potestate subdita in perpetuum ; nunquam ego nullusque successorum meorum contra hanc donationis descriptionem uenire temptauerit. Quod si quis hoc praesumserit, nouerit se in destricto examine domino rationem reddendam, insuper cum raptoribus insolubilem subire sententiam.

XLVI

CYNEUULF DE WESSEX, 710

+ In Christi nomine ! Ego Cyneuulf rex, cum consensu principum meorum supra nominatim designatorum, aliquam terrae

portionem quasi .xxx. manentium habentem, familiae Christi in Maldubiensi monasterio constitutae, pro remedio animae meae, perpetualiter possidendam donaui. Haec est ubi se duo latices iunguntur Meardaeno et Reodburna, et in circuitu eorum, quemadmodum ipsi incolae bene nosce dinoscuntur terminos et limites locorum illorum, nec non et uillam cui subiacent, pascua, prata, arida, irrigua, simul et siluestria loca. Et haec acta sunt anno ab incarnatione Christi DCLVIII. Indictione XI.

+ Signum manus Cyneuulfi regis. + Hoc signum ego Cyneheardus episcopus, iussus a rege supranominato, inscripsi et subscripsi. + Signum manus Hereuuardi episcopi. + Signum manus Eoppan. + Signum manus Herecan abbatis. + Signum manus Intan. + Signum manus Alfrithes. + Signum manus Beornes abbatis.

XLVII

CYNEUULF, 759

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris ! Ea quae secundum ecclesiasticam disciplinam ac sinodalia decreta salubriter definiuntur, quamuis solus sermo sufficeret, tamen pro euitanda futura temporis ambiguitate fidelissimis scripturis et documentis sunt commendanda. Quapropter ego Coinredus, pro remedio animae meae et relaxacione piaculorum meorum, aliquam terrae particulam donare decreuerim uenerabili uiro Bectune abbati, id est xxx. manentes, de aquilone riuus nomine Funtamel, ex meridie habet terram beatae memoriae Leotheri episcopi : nam earumdem supradictarum cespites pro ampliori firmitate euangelium superposui, ita ut ab hac die tenendi, habendi, possidendi, in omnibus liberam et firmam habeat potestatem. Si quis uero episcoporum seu regum contra hanc definitionis cartulam propria temeritate, uel potius sacrilega debaccatione uenire temptauerit, inprimis iram dei incurrat, a liminibus sanctae ecclesiae et separatus, et hoc quod repetit, uindicare non ualeat. Ego Coinredus, qui hanc cartulam donationis meae per omnia in manu propria signaui, et ad roborandum fidelibus testibus tradidi +. Ego Leotherius, quamuis indignus, episcopus hanc cartulam donationis subscripsi +. Ego Cunibertus abbas

subscripsi +. Ego Hadde abbas subscripsi +. Ego Uuimbertus presbyter qui hanc cartulam rogante supra effato abbate scripsi et subscripsi et caeteri +.

+ Hoc signum ego Cyniheardus indignus episcopus impressi ad confirmandam roborandamque hanc cartulam, quam huiusmodi conscriptan esse fateor. Successor abbatis praenominati Bectuni Catuuali nomine dedit terram supra designatam .xxx. manentium Uuintran abbati pro pecunia sua, et scripsit libellum alium donationis atque possessionis suprascriptae, subtraxit tamen et donationis primae litteras et subscriptiones regum, episcoporum, abbatum atque principum, quia inter caetera terrarum suarum testimonia haec eadem terrae particula conscripta non facile potuit eripi neque adhuc potest : et propterea, decedentibus primis testibus longa deceptatio inter familias duorum monasteriorum orta est et perseuerat usque nunc : habe[b]ant autem hanc terram semper ex quo a praefato abbate primo data est Uuintran successores eius ; et alterius familiae et successores primum libellum, qui manibus praedictorum testium roboratur. Iccirco ego nunc atque rex noster caeteriq[ue] quorum testificatio et subscriptio infra notatur, reconciliauimus eos in pace, partim data pecunia, partim iuramento adhibito in testimonium ; ut deinceps successores Uuintran abbatis, id est Eguuald et familia eius quae est in monasterio quod dicitur Tissebiri, cum licentia alterius familiae cui praeest Tidbald abbas, habeant possideantque perpetualiter terram de qua diu altercatio erat : et praesens libellum ego discripsi atque excerpsi ab illo primitus dato Bectuno abbati, concedente scilicet Tidbaldo abbate et familia eius, et dedi Eguualdo abbati, testibus infra notatis consentientibus atque confirmantibus hanc scripturam, reprobrantibus autem alia scriptura quae sunt edita de hac terra. Et haec acta sunt ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi. DCCLVIII. Indictione XII.

+ Cyneeuulf regis +. Hereuuald episcopi +. Scilling presbiter +. Cerdic presbiter et caeteri +.

XLVIII

EANBERHT, 759

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris ! Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre quid possumus ; idcirco

terrenis ac caducis aeterna et coelestis patriae praemia mercanda sunt. Qua propter cum licentia et permissione piissimi regis Offani Merciorum, nos tres germani, uno patre editi, Eanberht atque Uhtred necnon et Aldred, praetio redemptionis animae nostrae, non ignorantes in futuro prodesse si quid Christi membris libenter impendimus, donabimus tibi, Headda abbas, terram iuris nostri, decem cassatorum, aet Onnanforda. Confinia tamen eiusdem terrae ab australi plaga Uuisleag, ab occidente Rindburna, a septemtrionale Meosgeled, ab oriente uero Onnanduun, cum campis, siluis, pratis, pascuis, cum omnibus ad se pertinentibus ; ut, quicquid exinde agere uoleris, liberum habeas arbitrium donandi : in tua sit potestate; numquam nos haeredesque nostros ullo tempore contra hanc donationem esse uenturos. Quod si quis praesumpserit in magno uel in modico inrumpere, sit separatus ab omni societate christianorum et in examine districti iustique iudicis praesumptionis suae poenam incurrat. Ad cuius cumulum nihilominus firmitatis, testes competenti numero ut subscriberent rogauimus, et ipsi signum sanctae crucis impresserunt. Peracta est autem haec donatio in mense Februarii indictione XII. anno uero ab incartione Christi DCCLVIIII. Et isti testes consenserunt.

+ Ego Offa rex Merciorum, huic donationi consensi et subscripsi. + Ego Eanberht regulus consensi. + Ego Uhtred regulus consensi.

XLIX

AETHILBERHT DE KENT, 762

+ In nomine domini nostri Iesu Christi ! Possessio quaedam est terrae in regione que uocatur Cert, monasterii scilicet beatorum Petri et Pauli apostolorum, quod situm est [ad] orientem ciuitatis Dorouernis. In hac autem terra habetur molina, cuius quippe semis utilitas, id est dimidia pars molendinae, a possessoribus praefati monasterii ac terrae huius ad uillam regalem quae uocatur Uuyth tradita est; pro hac uidelicet conditione atque commutatione, ut homo ille qui hanc terram, in qua molina est, tributario iure tenet, unius gregis porcorum pascuam atque pastinationem in saltu Andoredo iugiter haberet. Hanc autem commutationem ego Aethel-

bertus rex Cantiae, ut rata in perpetuum existat, signo dominicae crucis roborare curaui, et testes religiosos ut id ipsum facerent adhibui. Actum in ciuitate Dorouernis, anno ab incarnatione domini DCCLXII.

+ Ego Aethelbertus rex, ut praefata commutatio atque donatio firma perpetuo existat, in nomine dei omnipotentis quibusque dignitatis ac conditionis hominibus praecipio et per crucem dominicae passionis adiuro, cuius signum ad cumulum firmitatis in hac paginula descripsi. + Ego Bregouuinus archiepiscopus testis consentiens, canonice subscripsi. + Ego Aldbertus praefectus subscripsi.

L

DUNUUEALD, 762

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Ego Dunuuald minister, dum aduiueret, inclitae memoriae regis Aethelberti, nunc uero pecuniam illius pro animae eius salute ad limina apostolorum Romae cum aliis perferre desiderans, uillam unam post obitum meum, ni forsitan hoc prius me uiuente placeat peragendum, quae iam ad Quenegatum urbis Dorouernis in foro posita est, quam nunc Hringuuine tenet ; quam idem mihi praefatus rex cum aliis terrulis iure proprio cum tributo illius possidendam, et cuicunque uoluerim tradendam, condonauit ; hanc uidelicet ad aecclesiam prope positam beati Petri et Pauli, ubi scilicet corpus eiusdem domini mei regis Aethelberti requiescit, pro animae illius et salute mea, aeterna donatione cum tributo illius possidenda attribuo ; et ut nulla esset imposterum de hac contentio, hoc ipsum in libello primae donationis meae faciendum descripsi. Et ideo nunc cum consensu uenerabilis archiepiscopi nostri Bregouuini hunc libellum huiusce donationis meae describi feci et manu propria roboraui, et illum atque alios religiosos testes ut idipsum faciant adhibeo. Actum anno incarnationis Christi DCCLXII°.

+ Ego Bregouuinus gratia dei archiepiscopus signum sanctae crucis subscripsi. + Ego Dunuuald praefatam donationem meam signo sanctae crucis roboraui. + Ego Baltheardus dux subscripsi.

Ego Cynheardus presbiter consensi et subscripsi. + Ego Iambertus abbas testis subscripsi.

LI

ECGBERHT DE KENT, 765.

+ In nomine summi saluatoris et domini nostri qui ubique disponit omnia ! Ego Ecgberhtus, rex Cantiae, tibi Eardulfo meo fidelissimo ministro atque episcopo, tuae petitioni assensum praebui, cum consensu scilicet uenerandi archiepiscopi Genberhti qui mihi in omnibus carus est, necnon et principum meorum, trado terram intra castelli moenia supra nominati, id est Hrofescestri, unum uiculum cum duobus iugeribus, adiacentem plateae quae terminus a meridie huius terrae, quam tibi modo in praesenti possidendam habendamque, et cuicunque uolueris te uiuente seu moriente, dare aeternaliter perdono. Si quis autem hanc donationem meam inuido maliuoloque infringere temptauerit animo, sit separatus in hoc saeculo a participatione corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi, et in futuro a coetu omnium sanctorum segregatus, nisi antea suam praesumptionem digna satisfactione correxerit, manentem hanc kartulam in sua semper stabilitate. Suprascriptam donationem meam signo sanctae crucis Christi confirmare curabo, et alios religiosos uiros ut et ipsum agerent adhibui, quorum nomina cum signaculis dominicae crucis intra tenentur. Actum anno dominicae incarnationis DCCLXV.

+ Ego Egcberhtus, rex Cantiae, hanc donationem meam signo sanctae crucis roborare curabo. + Ego Gengberhtus gratia dei archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Badenoth episcopus consensi et subscripsi. + Signum manus Uban. + Signum manus Udan. + Signum manus Aldhun. + Signum manus Uuilheri. + Signum manus Cualhardi. + Signum manus Tymbel. + Signum manus Coenberhti. + Signum manus Balhardi. + Signum manus Aethelnodi.

Confirmatio Heaberhti regis Cantiae.

+ Ego Heaberhtus rex Cantiae testis consensi et subscripsi. + Ego Aldberhtus abbas subscripsi. + Signum manus Esni. + Signum manus Badohardi. — Signum manus Tidheah. + Signum manus Baldhordi. + Signum manus Eadberhti. + Signum manus Hetraedi. + Signum manus Beornulfi. + Signum manus Heara.

Confirmatio Offae regis Merciorum.

+ Ego Offa rex Merciorum, ad petitionem Earduulfi episcopi, hanc donationem in monasterio quod appellatus est Medy[s]haemstede, praesidente abbate Botuuino meo, manu atque impressione sanctae crucis Christi corroboraui, et licentiam dedi habendi seu tradendi cuicunque uoluisset. + Ego Botuuine abbas consensi et subscripsi.

LII

SIGIRAED DE KENT, 759-765

+ In nomine domini dei saluatoris nostri Ihesu Christi ! Quamuis para et exigua sint, quae pro amissis offerimus, tamen pius omnipotens deus non quantitatem muneris, sed deuotionem offerentium semper inquirit. Qua de re Ego Sigeredus, rex dimidiae partis prouinciae Cantuariorum, tam pro animae meae remedio, quam pro amore omnipotentis dei terram aratrorum xx. quae appellatur Aeslingaham, tibi reuerentissimo episcopo Earduulfo sanctae Hrofensis ecclesiae, cum uniuersis ad se pertinentibus campis, siluis, pratis, pascuis, paludibus et aquis, et cum omni tributo quod regibus inde dabatur, in potestatem, cum consilio et consensu principum meorum, libenter in perpetuum perdono ; ut possidendi uel habendi siue uendendi, uel etiam tradendi cuicunque uoluerit, liberam per omnia habeat potestatem. Sane quia cauendum est, ne hodiernam donationem nostram futuri temporis abnegare ualeat, et in ambiguum deuocare praesumptio, placuitmihi hanc paginam condere, et una cum cespite terrae praedictae tradere tibi ; per quam non solum omnibus meis successoribus regum siue principum, sed etiam mihi ipsi penitus interdico, ne aliter quam nunc a me constitutum est, ullo tempore de eadem terra quippiam agere audeant. Quod si qui forte obseruare neglexerint, et absque digna satisfactione praesentis uitae impleuerint infelices dies, audiant uocem aeterni iudicis sub fine mundi dicentis ad impios : Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius. Qui uero curauerint custodire nihilque inrogarint aduersi, audiant uocem clementissimi arbitri, inquientis ad pios : Uenite, benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est

ab origine mundi. Adiectis IIII. daenberis in commune saltu, hoc est Uuealdseuuestra, Billincgden, Cealcbyras, Meosden, Rindigsel.

+ Ego Sigeredus rex hanc donationem a me factam, signum sanctae crucis propria manu scribendo, firmaui coram Bregouuino Archiepiscopo. + Ego Bregouuinus Archiepiscopus, ad petitionem donatoris ante praedicti, consensi et subscripsi. + Signum manus Hereberhti Abbatis. + Signum manus Baere Abbatis. + Signum manus Bruno Abbatis. + Signum manus Aescuualdi presbyteri. + Signum manus Ecgbaldi comitis atque praefecti. + Signum manus Ealdhuuni. + Signum manus Esne. + Signum manus Badohardi. + Signum manus Aethelnothi.

+ Ego Eanmundus rex hanc piam donationem suprascriptam propria manu roborandam hoc signaculo sanctae crucis expressi, in loco cuius uocabulum est Godgeocesham; praesente uenerabili archiepiscopo Bregouuino et consentiente, consilio quippe atque consensu omnium optimatum et principum gentis Cantuariorum.

+ Ego Iaenberhtus abbas consentiens testis affui et subscripsi. + Ego Huuaetred abbas consensi et subscripsi. + Signum manus Egesnothi. + Signum manus Balthhardi. + Signum manus Aldhuni. + Signum manus Uda. + Signum manus Puda.

LIII

OFFA DE MERCIA, 767

In nomine Trinus diuinus.

Regnante in perpetuum dño nostro. Ego offa. diuina gubernante gratia rex mercior. Stidberhtae uenerabili uiro atq. abbatis cura praedito terram. xxx. manentium in middil. saexum. bituih. gumeninga herhae end liddinge et est VI. manentium ex habitatis ab oriente torrentis lidding. libentissime concedens donabo. et iste praefatus stidberht mihi terram totidem manentium id est. xxx. in ciltinne. in loco ubi dr wichama in uicem commutationis p'donauit. Si quis k q absit hanc uram commutationem infringere [praesumat sciat] se coram xpo et angelis eius rationem redditurum.

Dominicae k incarnationis. añ. DCCLVII. Indict. v. haec donationis datio et muneris mutatio peracta est. his testibus consentientib. [et cons]cribentibus quorum nomina infra karaxata [uidentur].

+ Ego. offa rex merciorum subscrib.
+ Ego. gengberht gratia dei archiepis.
+ Ego. eadberht eps.
+ Ego. cuutfert eps.

LIV

UHTRED DES HWICCAS, 767

In nomine dñi nî. ihu xpi. Certissime itaq : absq : dubitatione constat omnia quae uidentur temporalia esse et quae non uidentur aeterna esse. idcirco ego uhtredus deo donante regulus huicciorum cogitaui ut ex accepta portione terrigenis regni a largitore omnium bonorum aliquid quamuis minus dignum pro remedio animae meae in usus ecclesiasticae libertatis erogarem. unde fideli meo ministro aethelmundo uidelicet filio ingeldi qui fuit dux et praefectus aethilbaldi regis cum consensu et licentia offani regis merciorum simulq : episcoporum et principum eius terram quinq : tributariorum id est uicum qui nominatur eastun iuxta fluuium in..... qui dicitur saluuarpe iure ecclesiastico possidendam libentissime pro dño omnipotenti donabo. quam is semper possideat et post se cui uoluerit heredum relinquat. insuper digno praetio ab eo suscepto pro remedio animae nostrae et pro amore caelestis patriae Seia unusquisq : hanc terram liberam esse ab omni tributo paruo uel maiore publicalium rerum et a cuntis operibus uel regis uel principis praeter instructionibus pontium uel necessariis defensionibus arcium contra hostes. omnimodo quoq : in dei ompis nomine interdicimus ut si aliquis in hac praenominatam terram aliquid foras furaue[rit] alicui soluere aliquid nisi specialiter pretium pro pretio ad terminum ad penam nihil foras augentem hoc meum praeceptum omnipotens deus sua augere bona in aeternum non cessat. minuentum quod non optamus sciat se ante tribunal xpi rationem redditurum nisi ante ea deo et hominibus satis emendauerit. Conscripta

est is haec donatio anno ab incarnatione dñi. nî. ihu. xpi. DCCLXVII. ind. VI. lun. V.

+ ego offa dei dono rex merc. huic donatione consensi et subscripsi.

+ ego uhtredus huic. regulos meam libertatis donationem corroborans scripsi.

+ ego aldred subreguuel huic. consensi et sub.

+ ego mildredus epis huic. consensi et sub.

+ ego eata consensi et sub.

+ ego brorda consensi et subs.

+ ego berhtwald consen et subs.

LV

UHTRED, 770.

In nomine dñi nri ihu xpi ! Certissime itaque et absque dubitatione constat omnia quae uidentur temporalia esse, et ea que non uidentur aeterna esse. Iccirco ego Uhtredus deo donante regulus Huicciorum, cogitaui ut ex accepta portione terreni regni a largitore omnium bonorum aliquid quamuis minus dignum pro remedio animae meae in usus ecclesiasticae libertatis erogarem; hinc igitur concessi fratribus deo seruientibus in monasterio Uuigornensi quod constructum est in honore sanctissimae uirginis et matris domini nostri Ihesu Christi Mariae, cum consensu et licentia regis Offani merciorum simulque episcoporum ac principum eius terram illam x tributariorum, scilicet uicum qui Stoke appellatur iuxta fluuium in orientali parte qui dicitur Saleuuearpe iure ecclesiastico pro salute animae meae omni tempore possidendum, et insuper pro remedio animae meae et pro amore coelestis patriae, sciat unusquisque hanc terram liberam esse ab omni tributo paruo uel maiore publicalium rerum et a cunctis operibus regis uel principis praeter instructiones pontium uel necessarias defensiones arcium contra hostes. Augentem hoc meum praeceptum omnipotens deus sua augere bona in aeternum non cesset; minuentem, quod non optamus, sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum, nisi antea deo et hominibus satis emendauerit. Conscripta est autem haec donatio anno ab incar-

natione domini nostri Ihesu Christi DCCLXX. indictione VIIII. decennouali XI. lunari VIIII.

+ Ego Offa dei dono rex Merciorum, hanc donationem subreguli mei consensi et signum sanctae crucis imposui. + Ego Mildredus pia dei dispensatione humilis Huuicciorum episcopus consensi et subscripsi. + Ego Uhtredus, Christi gratia concedente regulus propriae gentis, hanc meae libertatis donationem pro domino concessam corroborans, signum salutare subscripsi. + Ego Aldredus subregulus Huuicciorum huic concessae donationi fratris mei consentiendo subscribo. + Ego Eada consensi et subscripsi. + Ego Brorda consensi et subscripsi. + Ego Eadbald consensi et subscripsi. + Ego Cynethryth regina Merciorum consensi et subscripsi. + Ego Ecgferth filius amborum consensi et subscripsi.

LVI

OFFA DE MERCIA, 772.

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Ego Offa Merciorum rex, anno quinto regni mei, do et concedo Aethelnotho abbati apostolorum Petri et Pauli, terram duarum manentium iuris mei in loco qui appellatur Beuuesfeld cum certis terminibus, pro expiatione criminum meorum, in ius proprium libenter concedo ; hoc modo, ut habeat et possideat cum campis et siluis, uel omnibus ad se pertinentibus bonis, et ad pascendum porcos et pecora, et iumenta in silua regali aeternaliter perdono ; et unius capreae licentiam in silua quae uocatur Saenling, ubi meae uadunt ; post obitum uero tuum habeas potestatem tradere eam homini cui tibi placuerit, pro aeterna redemptione animarum nostrarum. Si quis uero regum, quod non credo, seu principum, siue quilibet a subiectis eorum, hanc nostram munificentiae largitatem infringere uel minuere praesumpserit, sciat se a participatione domini nostri Ihesu Christi corporis et sanguinis alienum esse in hoc saeculo, et in districto dei omnipotentis iudicio, coram Christo et angelis eius rationem esse reddituruin ; manente hac cartula in sua semper nihilominus firmitate.

Ego Offa rex Merciorum hanc donationem confirmans, propria

manu signum crucis Christi infixi. + Ego Iambertus archiepiscopus et rector catholicae ecclesiae consensi et subscripsi. + Signum manus Cynethrithae reginae. + Signum manus Ecgfrithi filii regis. + Signum manus Brordan ducis. + Signum manus Aethelheardi principis. + Signum manus Binnan. + Signum manus Berhtuualdi. + Signum manus Ealbaldi.

LVII

OFFA, 772.

+ Cuncta regalia sceptra recto iustoque moderamine iugiter gubernante pio saluatore hominum ! Ego Offa dei praedestinatione rex Anglorum, seniorum meorum magisterio edoctus et exemplo roboratus, ut ex percepto mundani regni dominio qualemcunque partem, quamuis minus dignam, pro absolutione meorum peccaminum, et pro redemptione animae meae, in usus ecclesiasticae liberalitatis subrogarem ; ideoque nunc terram octo manentium, hoc est, uicum qui nuncupatur aet Eulangelade, qui situs est in orientali parte fluuii, qui nominatur Bladen, pro aeterna salute meae animae, quandoque in futuro dante deo [ad monasterium uocabulo aet Breodune, post obitum Riddan et uxoris eius Bucggan, ministri mei, uel filiae eius Heaburge, in ius ruris aecclesiastici, libentissime perdonans concedo]. Sunt autem termini ruris illius in orientali plaga, etc. Condonantium uero et consentientium signa infra, et nomina sub testimonio maiore prescripta, notabo.

+ Ego Offa rex hanc meam munificentiam signo crucis munio. + Ego Eeadberhtus episcopus consensi. + Ego Deora episcopus. + Signum manus Barhtuualdi presbyteri. + Ego Uuermund episcopus. + Ego Ealdberth episcopus. + Signum manus Cudd abbatis. + Ego Ceoluulf episcopus. + Ego Botuuine episcopus. + Signum manus Brordan principis.

[Consenserunt et subscripserunt uiri praesignati in loco qui nominari solet pluraliter Godmundes leas, libellum istum ; signatur anno ab incarnatione Christi DCCLXXII. Indict. XIII^tia^].

LVIII

OFFA. 774

+ In nomine ihu xpi saluatoris mundi qui est et qui erat et qui uenturus est. per quem reges regunt et diuidunt regna terrarum. Sicut dispensator uniuerse terre mihi distribuit secundû mensurā sue proprie uoluntatis ita eiusdem gratia concedente. ego offa rex anglorû dabo et concedo iaenberhto archiepo aliquam partè terre in loco qui dicitur hehham et huius terrae estimatio. v. aratrorum esse uidetur his notissimis confiniis circumcincta. a circio maedham. hinc per confinia acleage. et sīc iuxta waeterlea. dehinc ad colling. sic per uiam quae ducit ad eohinga burh in terram sci andree. et sīc per confinia mersctunes. hinc tendit ad bulanham. et sic in mercfleot. et hoc predictû donû ad cumulû maioris firmitatis signo sce crucis xpi anno dñicae incarnationis. DCCLXXIIII. perstrinximus. cum sacerdotibus et senioribus populi more testiû subscribendo.

+ Signû manus offae regis suprascripta confirmantis. + Signû manus iaenberhti archiepi. + Signû manus cynethrythe reginae. + Signû manus eadberhti epi. + Signû manus aldberhti abb. + Signû manus brordan principis. + Signû manus berhtuuoldi princip. + Signum mañ eadbaldi ducis. + Signû mañ brordani pfecti. + Signû mañ folcberhti abb. + Signû mañ byrhthuni epi. + Sigñ mañ ceolulfi epi. + Sigñ mañ botuuini abb. + Sigñ mañ aetheluuoldi abb. + Sigñ mañ eadberhti abb. + Sigñ mañ esni. + Sigñ mañ eadberhti. Sigñ boban. + Sigñ mañ badohardi. + Sigñ mañ uuigheardi. + Sigñ mañ ciani. + Sigñ mañ hearedi. + Sigñ mañ suithuni.

LIX

OFFA. 774

+ In nomine Ihesu saluatoris mundi, qui est et qui erat et qui uenturus est, per quem reges regunt et diuidunt regna terrarum ! Sicut dispensator uniuersae terrae mihi distribuit secundum men-

suram suae propriae uoluntatis, ita eiusdem gratia concedente, Ego Offa rex totius Anglorum patriae dabo et concedo Iamberto archiepiscopo ad aecclesiam Christi, aliquam partem terrae trium aratrorum, quod Cantianice dicitur thre sulinge, in occidentali parte regionis quae dicitur Mersuuare, ubi nominatur ad Liden. Et huius terrae sunt haec territoria, etc. Et hoc praedictum donum in perpetuum largitum qui auerterit a possessione aecclesiae Christi, auertat a se Christus misericordiam suam, manente hac cartula nihilominus in sua firmitate. Ad cuius cumulum firmitatis signum sanctae crucis Christi anno dominicae incarnationis DCCLXXIIII impressimus, cum sacerdotibus et senioribus populi, more testium subscribendo.

+ Signum manus Offae regis suprascripta confirmans. + Signum manus Iamberti archiepiscopi. + Signum manus Kenedrithe reginae. + Signa manuum Byrhthuni, Ceolulphi, Edberti episcoporum; Botuuini, Aldberti, Atheluuoldi, Aldberhti, Folcberhti abbatum; Brordan Berhtuuoldi principum; Edbaldi ducis; Brordan praefecti; Esny, Edberhti, Boban, Badohardi, Cyan, Haredi Suuithuni.

LX

OFFA, 774

+ In nomine sanctae Trinitatis! Ait enim apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre quid possumus; et beatus Iob, Nudus egressus sum ex utero matris, et nudus reuertar in terram. Quapropter ego Offa, rex Anglorum, breuitatem uitae huius considerans, et quod cum his caducis mercanda esse aeterna polorum regna, rogatus a uenerabili episcopo Milredo, terram XL. cassatorum in loco, qui nuncupatur Readanoran, ad aecclesiam beati Petri, apostolorum principis, in Uuigerna ciuitate, in ius proprium libentissime concedens possidendum donabo. Sit autem terra illa libera ab omni saecularis rei negotio, praeter pontis, arcisue restaurationem, et contra hostes communem expeditionem. Si quis autem hanc donationem meam cum bona uoluntate in omnibus custodire conauerit, sciat se in coelestibus habere consortium cum deo et angelis eius, et si aliquis conuertere hoc uoluerit et ad malam serui-

tutem uel ergastulum mutare uoluerit, sciat se separatum a consortio omnium sanctorum dei in coelis, et cum diabolo et angelis eius sine fine in perpetuum dampnatum, nisi ante hic deo et hominibus cum satisfactione emendauerit. Hic sunt termini, etc. Peracta est autem haec donatio in mense Februario, indictione XII. anno uero ab incarnatione Christi DCCLVIIII. Et isti testes consenserunt.

+ Ego Offa rex hanc meam munificentiam signo crucis munio. +Ego Cynethryth regina. + Ego Iambertus archiepiscopus. + Ego Tilherus episcopus. + Ego Brordan dux. + Ego Eadberhtus episcopus. + Ego Ceoluufus episcopus. + Ego Eadbald dux. + Ego Ealhmund dux.

LXI

MILRED, 774.

+ Domino et saluatore nostro perpetualiter regnanti ! Ego Milredus Christi tribuente gratia humilis Huicciorum episcopus, terram monasterii quod nominatur Uuidiandun, quod situm est in occidentali parte fluuii qui dicitur Tillnoth. XXI. manentia, quam uidelicet terram Oshere subregulus Huicciorum Dunnan famulae dei ut esset iuris ecclesiastici tradidit, consentiente Aethelredo regi Marcionum. Illa autem praefatam terram post se reliquit possidendam filiae suae, Hrothuuare scilicet abbatissae, cum conscientia atque licentia Egcuuini reuerentissimi episcopi ; at illa praedicta Hrothuuara abbatissa mihi in ius propriae libertatis atque possessionis largita est. Nunc ergo cum licentia seruorum dei, qui sub meo regimine dei prouidentia constituuntur, libenter Aethelburge honorabili abbatissae, filiae Aelfredi, eam trado ; ita tamen ut ipsa uiuente habeat et possideat, et post obitum eius ad aecclesiam beati Petri principis apostolorum quae sita est in Uueogerna ciuitate, ubi et pontificalis cathedra Huicciorum constituitur pro aeterna redemptione animae meae iterum reddat. Haec cartula scripta est anno ab incarnatione Christi. DCCLXXIIII. indictione XII. his testibus confirmantibus.

+ Ego Milred episcopus hanc meam donationem signo crucis confirmabo, ea conditione ut illa Aethelburh illud monasterium aet Uuegogernacestre cum omnibus bonis quae ibi sunt post diem eius

ad Uueogernensen quoque reddat aecclesiam, sicut praeceptum erat patris eius Aelfredi.

LXII

ALDRED DES HWICCAS, 757-775

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi mundi saluatoris ! Nihil intulimus in hunc mundum uerum nec auferre quid possumus. Idcirco terrenis et caducis coelestis patriae praemia mercanda sunt. Qua de re ego Aldred, cum consensu et licentia Offani regis Merciorum et Uhtredi germani mei, pro redemptione animae meae et pro spe salutis aeternae, terram trium cassatorum, in loco, qui dicitur Huntenatun, cum omnibus sibi adiacentibus rebus et rectis hiis omnibus, in siluis, in campo, Beornheardo comite meo, digno praetio insuper ab eo suscepto, in ius proprium libenter pro domino largitus sum. Si autem, quod absit, quis auaritiae spiritu infectus, hanc donationem, quam cum conscientia et permissu Offani regis Merciorum et Uhtredi fratris mei [feci], minuere temptauerit, ponet deus partem eius cum Iuda infideli traditore. Si autem quis beniuolo animo instinctus, augere uoluerit, augeat deus partem illius in paradiso, cum fideli latrono, qui meruit audire, Hodie mecum eris in paradiso. Signa autem et nomen consentientibus et conscribentibus hic infra adnotabo.

+ Ego Offa, dei gratia rex Merciorum, hanc donationem consentiendo describo. + Ego Milred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Uhtred consensi. + Ego Eadda consensi et subscripsi. + Ego Aldred hanc meam donationem confirmando subscripsi. + Ego Brorda consensi. + Berhtuuald. + Tilhere abbas. + Cusa. + Hunta. + Broga. + Headda. + Caec. + Aethelmund. + Eadgar.

LXIII

CEOLFRITH, 757-775

+ In nomine domini Ihesu ! Spe enim salui facti sumus ; spes autem quae uidetur non est spes, et quae non uidemus per patien-

tiam expectamus quia aeterna sunt. Ideoque ego Ceolfrithus, abbas dono dei, iure paterno haereditario dono terram meam et haereditatem patris mei Cyneberhti, pro redemptione animarum nostrarum, ad aecclesiam beati Petri apostoli, et ad sedem episcopalem in Uuigrinnanceastre, cui nunc praeest uenerabilis episcopus Milredus, cum consensu et licentia Offani regis Merciorum et principum eius et testium, quorum infra inseruntur nomina. Est autem terrae locus celebris, qui dicitur Heanburh. xx. manentium, et in prouincia Usmerorum, qui nominetur aet Sture. xiii. cassatos habens. Si quis autem, quod, absit, ex parentela mea uel externorum, maliuola mente et maligno spiritu instigatus, huius donationis nostrae munificentiam infringere nititur et contraire, sciat se in die tremendo coram summo deo rationem redditurum

+ Ego Offa, rex Mercensium, donum et datum Ceolfrithi abbatis consentiendo subscribo. + Ego Milred signum crucis infixi. + Ego Aldred subscripsi. + Ego Uhtred subregulus consensi et subscripsi. + Ego Eadbald, praefectus et princeps Offae regis, consensi.

LXIV

OFFA ET ALDRED, 777

+ In nomine dñi . nri . ihu . xpi. sumo quidem mentis proposito unicuique pensandum est et cogitandum. quatinus ut cum huius saeculi caducis ac labentib: reb: mansura aeternitatis proemia adipiscat. quapropter ego offa dei dono rex marc de animae meae aeterno remedio cogitans certissime sciens mihi in futuro multum prodesse quicquid de donis et de reb: propriis quib: meam paruitatem pius omnium bonorum largitor ditare dignatus est xpi ecclesiis inpertirem. Unde subregulo meo Aldredo uidelicet duce propriae gentis huicciō aliquem terrae portionem pro dño libenter donans attribuo id est uiculus qui nuncupatur aet segcesbearuue iiii, mansiones qui situs est in australi occidentaliq: parte torrentis qui uocatur esegburna. sunt hi termini agelli istius ab oriente gemaere ford a meridie thornhyrst ab occasu stanbergas ab aquilone ruanberg ea duntaxat conditione donabo illi ut se uiuente habeat et cuicunq: uoluerit post se libera utens potestate iure ecclesiastico

possidendam relinquat Testium ergo et consentientium episcoporum ac principum meorum signa et nomina pro firmitatis stabilimento hic infra notabo.

+ hanc meae donationis munificentiã ego offa xpi gratia rex uexillo crucis munio.

+ Ego eadberhtus dei gratia epi conseñ et sub.

+ Ego berhthunus supplex epi conseñ et sub.

+ Ego tilherus humilis antis conseñ et sub.

+ ceolulfus sacerdos dei conseñ et sub.

+ Ego aldberhtus electus ponti conseñ et sub.

+ botuuine abbas consensi et sub.

+ Sig mañ cusani abb.
+ Sig mañ credan abb.
+ Sig mañ uuillan abb.
+ Sig mañ tilberhti abb.
+ Sig mañ bacolan abb.
+ Sig mañ guthheardi abb.
+ Sig mañ brordan princ.
+ Sig mañ eadbaldi princ.
+ Sig mañ berhtuualdi princ.
+ Sig mañ esnes princ.
+ Sig mañ ceolberhti princ.
+ Sig mañ eadbaldi princ.

Nunc ergo ego aldredus dño dispensante huicciorum regulus terram praescribtam et manu testium subsignatam quam mihi offa rex pro remedio animae suae iure ecclesiastico possidendam tradidit libenter pro domino omnipotenti et pro remedio animae meae ad ecclesiam beatae mariae genetricis dei et dñi nri ihu xpi. quae sita est in uueogorna ciuitate largitus sum. et hoc cum subscriptione principum meorum muniendo munio.

+ Ego aldredus reg huicc. propriã meam donationê signo crucis notaui.

+ Sig mañ cyneberhti pf.

+ Sig mañ cudredi pf.

+ Sig mañ uuales pf.

Scriptum est hoc anno ab incar xpi. DCCLXXVIII⁰. Ind. XV. anñ. deceñ. XVIII. lun. XV.

LXV

ECGBERHT DE KENT, 778

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi! Pietatis beneficium, quod quisque fidelium pro Christi reuerentia seruo dei fideliter

domino seruienti misericorditer contulerit, Christo hoc conferre dinoscitur. Nam ipse in fine mundi ad electos suos loquens dicturus est : Cum uni ex minimis meis fecistis. Iccirco ego Ecgberhtus rex Cantuariorum hanc dominicam sententiam memoriter retinens, et piis operibus deo instigante adimplere curabo : tibi Dioran, Hrofensis ecclesiae antistiti, aliquam partem terrae iuris mei libenter concedo, id est dimidiam unius aratri partem ubi nominatur Bromgeheg, simul et mariscum uocabulo Scaga, et ut per omne ab hac die et deinceps subsequens tempus, cum notissimis terminis omnibusque utilitatibus ad eam rite pertinentibus, tuo proprio iuri aeternaliter habendam, possidendam, tradendamque cuicunque hominum uolueris hilari concedo animo. Huius autem marisci terminus est aqua pene undique circumperfusa. Si quis ergo haeredum successorumque meorum contra hanc piam donationem meam uenire fuerit ausus, et temerare eam inuido maliuoloque temptauerit animo, sit anathema maranatha. Manente hac cartula in sua nihilominus stabilitate, quam roborare propria manu curaui, et alios idoneos religiososque testes ut id ipsum agerent adhibui, quorum nomina infra caraxata continentur. Actum anno dominicae incarnationis DCCLXXVIII. in ciuitate Dorouerni.

+ Ego Ecgberhtus rex Cantiae, hanc donationem meam signo crucis Christi roboraui. + Ego Iaenberhtus archiepiscopus testis consentiens subscripsi. + Signum manus Escuualdi presbyteri. + Signum manus Uban. + Signum manus Boban. + Signum manus Uualhard. + Signum manus Ubban. + Signum manus Aldhun. + Signum manus Sigired. + Signum manus Esni. + Signum manus Eaniardi.

LXVI

CYNEWULF DE WESSEX, 778

+ Hoc signum suprascriptum sacroscae crucis Xpi in nomine scae trinitatis. Ego cynewulf rex saxonum propria manu expssi ad confirmandâ donationem munificentiae meae quâ dedi bican. comiti meo ac ministro. Donaui enim ei pro expiatione piaculorum me.....no. terram in mod.....nan. Ita ut in proprio possi-

deat prop...uali..... commutandi donandi uendendi cum omnibus quae..... linquendi cui..... heredi..... sio in loco qui dicitur. bedewinde. incola..... ipsius curtem.... err.....tuun. Terminisque istis agellus ipse .XIII. maneñ.mem.....

Acta..... haec..... scripta anno ab incarnatioñ xpi. DCCLXXVIII. indict. I. consentientibus....na...mecum episcopis ac principibus meis quorum nomina subter designant Si quis ùo regù aut principum hanc donationê nrām infringere temptauerit sciat se in tremendo uiuorum ac mortuorum examine rationê redditurum ⁝·

+ Ego athelmodus episc subscripsi.
+ Ego ecgbaldus episc consent et subscr.
+ Sig mañ scillinges....fecti.
+ Sig mañ ham....pfct.
+ Sig mañ aethelnothes pfct
+ Sig mañ ceolbrehtes pf.
+ Sig mañ aethelmundes pf.
+ Sig mañ wigferthes pf.
+ Sig faeder comitis regis.

LXVII

OFFA DE MERCIA, 775-778

+ Cuncta regalia sceptra recto iustoque moderamine iugiter gubernante pio saluatore hominum ! Ego Offa, dei praedestinatione rex Anglorum, seniorum meorum magisterio edoctus et exemplo roboratus, ut ex percepto mundani regni dominio qualemcunque partem, quamuis minus dignam, pro absolutione meorum peccaminum et pro redemptione animae meae, in usus aecclesiasticae liberalitatis subrogarem. Ideoque nunc terram. v. manentium, hoc est, uicum qui nuncupatur aet Ductun et .v. aet Esig pro aeterna salute meae animae quandoque in futuro, dante deo, ad monasterium sanctae Mariae, uocabulo Uueogerna ceastre, in ius ruris aecclesiastici, libentissime perdonans concedo. Sunt hi termini ruris illius, etc. Condonantium uero et consentientium signa hic infra et nomina sub testimonio maiore perscripta notabo.

⌐ Ego Offa rex hanc meam munificentiam signo crucis munio. + Ego Eadbertus episcopus. + Ego Berhthun episcopus. + Ego Uuermund episcopus. + Ego Ceoluuulf episcopus. + Ego Cudd abbas. + Ego Botuuine abbas. + Signum manus Eatani principis. + Signum manus Berhtuualdi principis.

LXVIII

ECGBERHT DE KENT, 779

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Cum qui religiosorum uirorum fideliter deo famulantibus ex temporalibus terrenisque substantiis donare decreuerit, hoc pro certo Christo donatori bonorum omnium redonare constat. Unde et ego Ecgberht, rex Cantiae, tibi uenerando Dioran, Hrofensis aecclesiae antistiti, trado dimidiam partem unius aratri contiguam uidelicet eiusdem quantitatis terrulam in regione uocabulo Bromgeheg, a me antea traditae. Insuper et adiciam mariscum pertinentem ad aridam et ad aquae ripam Iaenlade, habentem quasi quinquaginta iugerum, et ut in tua sit facultate in perpetuum habendam, possidendam, tradendamque cuicunque elegeris hominum. Et si quis tam ausus sit hanc donationem meam infringere temptauerit, sit anathema maranatha, hanc cartulam in sua stabilitate manentem; consentientibus religiosis personis et subscribentibus signo crucis Christi roboraui, quorum nomina cum propriis infra notantur signaculis. Actum anno ab incarnatione Christi DCCLXXIX in ciuitate supradicta.

+ Ego Ecgberhtus donator signum crucis Christi impressi. + Signum manus Boba. + Signum manus Balthard. + Signum manus Uuealhard. + Signum manus Banta. + Signum manus Billnoth. + Signum manus Osuulf. + Signum manus Bubba. + Signum manus Balthard.

LXIX

OFFA, 779

Regnanti in perpetuum dño nõ ihu xpo, Universa quippe quae hic in psentia uisib: humanis corporaliter contemplantur nihil esse nisi uana caduca transitoriaq: ex sacrorum uoluminû testimoniis certissimi uerû patet. Et tamen cum istis aeternaliter sine fine mansura alta polorû regna et iugiter florentis paradisi amoenitas mercari a fidelib: uiris queunt, Qua ppter ego offa deo cuncta pie disponente in cuius manu sunt omnia iura regnorum absq: ulla antecidente merito rex mercionû, hoc mente pcogitans aliquam ruris partem pro amore coelestis patriae pro remedio animae meae fideli meo ministro duddono hoc ÷ quatuor cassatas in ius ecclesiasticae liberalitatis in perpetuum possid. . . . . .libentissime concedens donabo . quatinus ut se uiuente habe. . . . . deat . et post se suae propinquitatis homini cui ipse uo. . . . . possidendum libera utens potestate relinquat, Et hoc decer. . . . . sua generationi hoc donatiuum meum pro dõ concessa sal. . . permaneat. Et si quis ex heredum eius quod absit maculo maiore peccati forte inplicatus fuerit, dign. . . scilicet ptio se emundet . a delicto commisso . manente tamen hac munificentiae meae dono nihilominus in sua stabilitate firmiter absq: ulla commutatione. Est k portio ruriculi illius attinens urbi illi qui nominabatur sulmonnes burg ex utraq: parte torrentis qui uocatur, Theodningc, in occidentali plaga fluuii qui nuncupatur. uuenrisc, Sunt k termini telluris istius haec. ab austro uuithigford. usq: inwinesburg . ab occidente uallis qui dr Turca denu . ab aquilone slehtran ford . ab oriente fluuius ante nominatus uuenrisc, ad confirmandû uero huius antedicti telluris donationem testium et consentientium episcoporum abbatuum ac ducum meorum signa et nomina in hac cartula testimonii infra conscribta adnotabo.

Conscribta ÷ k haec munificentia piissimi regis offan anno ab incarnatione xpi. DCCLXXVIIII. Indictione secunda. anno decennouenali primo. lunari XVII. aet iorotlaforda,

+ Ego offa diuina gubernante gratia rex merceñ huic donationis meae signû crucis infixi.

+ Ego eadberhtus dei dono epc conseñ et subscr.
+ Ego ceolulfus dño donante sacr conseñ et subscr.
+ Ego tilherus xpi gratia anti conseñ et subscr.
.....geberht electus presul conseñ et subscr.
+ Ego aldberhtus gratia dei epc conseñ et subscr.
Ego botuuine abb conseñ et subscr.

+ Sig mañ brordan priñ.	Signû
+ Sig mañ berhtuualdi priñ	mañ
+ Sig mañ esne priñ	ead
+ Sig mañ eanberhti priñ	baldi
+ Sig mañ eadbaldi priñ	pr.
+ Sig mañ esne priñ	
+ Sig mañ brordan ducis	
+ Sig mañ bynni ducis	

..... godmundes leah subscripsert et confirmauert plurimi epi et optimates.

LXX

OFFA, 780

+ Cuncta labilis uitae huius subsistentia momentanea et caduca pre oculis decessu praesentium proximorum cernentes festinandum nobis est summopere. ut operem bonum ad omnes sicut ueridica apuelici dogmatis comprobat assertio maxime autê ad domesticos fidei ; Quapropt ego offa caelica fulciente clementia rex merciorum simulq. aliarum circumquaq ; nationum ad eccuelam quam eanulfus auus meus in honore beati petri principis apostolorum construxit ubi dicitur aet breodune pro salute anime meae priorumq. meorum largior terram .x. manentium ubi dicit aet warsetfelda. et aet coftune. v. cassatorum. tantundê aet wreodanhale id v. mansarum cum silua quae eisdê terris adiacet. Aet cum pratis . pascuis . aquarum riuulis . sine ullo obstaculo contradictionis posterum meorû principum uel ducum in usum episcopi weorgernensis ecclesiae maneat. Sit aut terra illa libera ab omni exactione regum et principum et subditorû ipsorum . pret pontis et arcis restauratione et hostilem expeditionem .Anno aut dominice incarnationis. DCC⁰LXXX⁰.

conscripta est haec donatio telluris a me et ab epis ac principib; meis quorum infra nomina adnotabo.

+ Ego offa dei dono rex hanc meam donationê signo sancte crucis munio.

+ Ego cynethryth dei gratia regina merc huic donationi regis consensi. et subscripsi.

+ Ego ioanberhtus archieps.

+ Ego eadberhtus episcps.

+ Ego ceolwulfus eps.

+ Ego tilherus eps.

+ Signum manus brordan principis.

+ Signum manus berhtuudi ducis.

+ Signum manus eadbaldi principis.

+ Signum manus eadbaldi ducis.

LXXI

OFFA, 780

+ In nomine omnipotentis dei et domini nostri Ihesu Christi qui uiuit in saecula Amen ! Ego Offa dei gratia concedente rex Mercensium simulque in circuitu nationum, sciens certe quod cuncta quae humanis conspiciuntur oculis transitoria esse, et quae conspici non possunt aeterna fieri. et quod cum his transitoriis aeterna mercari posse. Ideoque pro mea meorumque propinquorum perpetua animae salute, dabo terram septies quinos tributariorum iugera continentem, ad monasterium quod nominatur Breodun, in prouincia Huuicciorum, et ad aecclesiam beati Petri principis apostolorum quae ibidem in loco sita est, quam Eanuulfus auus meus erexit ad laudem et gloriam dei uiuentis in saecula. Est autem rus praefatum in IIII. uillulis separatum; hoc est Teottingtun qui situs est iuxta riuulum quod nuncupatur Caerent .v. manentium; huic adiacet uiculus qui nominatur aet Cuassanburnan qui habet ab oriente uadum qui dicitur Geoluuaford, et ab occidente fontanum quod nominatur Gytingbroc. x. cassatorum; tertius uiculus est in monte quem nominant incolae mons Huuicciorum aet Codesuuellan aeque x. mansionum; et quartus uiculus hoc est Northtun x.

manentium iuxta riuulum qui nuncupatur Tyrl. Ista ergo conditione firmiter atque stabiliter conposita quatinus ad monasterium ante nominatum terra illa et ad praefatam aecclesiam sancti Petri in ius aecclesiasticae libertatis perdonabo, liberata sit ab omni exactione regum et principum ac subditorum ipsorum, tam in agrorum donationibus uel terrarum positionibus, in omnipotentis dei nomine praecipimus, tamdiu fides Christiana in Brittannia perdurat sub dominio ac potestate parentillae meae atque cognationi rite per successionis haeredum iuste succedentium permaneat in perpetuum. Conscripta est autem haec donatio telluris a me et ab episcopo ac principibus meis quorum infra signa et nomina adnotabo, aet Bragentforda, anno incarnationis Christi DCC⁰LXXX⁰. indictione tertia, die quo passio sancti Mauricii a fidelibus celebratur.

+ Ego Offa dei dono rex hanc meam donationem signo sanctae crucis munio. + Ego Cynetnryth dei gratia regina Merciorum huic donationi regis consensi. + Ego Iohanberhtus archiepiscopus consensi. + Ego Eadberhtus episcopus consensi. + Ego Ceoluulfus episcopus consensi. + Ego Tilherus episcopus consensi. + Signum manus Brordan principis. + Signum manus Berhtuudi ducis. + Signum manus Eadbaldi principis. + Signum manus Eadbaldi ducis.

LXXII

HEATHORED, 781

+ In nomine dei summi ! Tempora temporibus subeunt, et uicissitudinum spatiis euenit, ut prisca iam dicta inrita fiant nisi scriptis confirmemur. Quare ego Heathoredus, deo dispensante supplex Huicciorum episcopus, insimul etiam cum consensu et consilio totius familiae meae quae est in Uuegerna ciuitate constituta, diligentissime scrutans cogitaui atque de pace uel statu aecclesiastica rimatus sum. Equidem de aliquibus agellis conflictationis quaerulam cum Offano, rege Merciorum, dominoque dilectissimo nostro habuimus. Aiebat enim nos, sine iure haereditario propinqui eius, Aethelbaldi scilicet regis, haereditatem sub dominio iniusto habere ; id est, in loco qui dicitur aet Beathum, xc. manentium, et in aliis

multis locis; hoc est, aet Stretforda xxx. cassatos; aet Sture. xxxviii. Simili etiam uocabulo aet Sture in Usmerum. xiiii. manentium, aet Breodune. xii. in Homtune xvii. cassatorum. Haec autem praefata contentionis causa in sinodali conciliabulo demissa in loco qui dicitur aet Bregentforda. Reddidimus quoque illo iam nominato regi Offan, monasterium illud celeberrimum aet Bathum, sine ullo contradictionis obstaculo, ad habendum, uel etiam, cui dignum duxisset, ad tribuendum; semperque perfruendum, iustis eius haeredibus libentissime concessimus; et in australe parte fluminis ibi iuxta quod dicitur Eafen. xxx. cassatos addidimus, quam terram mercati sumus digno praetio a Cyneuulfo rege Uuestsaexna. Quapropter idem ille praefatus rex Offa, ad reconpensationis satisfactionem, et pro unanimitate firmissimae pacis, praefata loca aet Stretforda, aet Sture, aet Breodune, in Homtune, aet Sture in Usmerum, extra omni controuersionis et ammonitionis causa, ea libertate ad supradictam aecclesiam nostram, id est in Uuegerna ciuitate, libertas concessit, ut nullo maiore cessu alicuius rei essent subiectae, quam praememorata sedis episcopalis. Nec non et trium annorum ad se pertinentes pastiones, id est, iv. conuiuia libenter concedendo largitus est. Nunc ergo ego Offa dei gratia rex praescriptam libertatem terrarum, pro remedio animae meae concessam, in synodo aet Bregentforda, una mecum consedente Iamberhto archiepiscopo, nec non omnes episcopi, abbates et principes consenserunt et subscripserunt. Propria manu signum sacratissimae crucis Christi pro firmitatis stabilimento conscripsi. Conscripta est haec cartula aet Bregentforda, anno ab incarnatione Christi. dcc.lxxxi. Indictione iiii.

+ Offa, rex Merciorum.
+ Brorda princeps.
+ Berhtuuald princeps.
+ Eadbald princeps.
+ Esne princeps.
+ Eadbald princeps.
+ Eadberht princeps.
+ Diera episcopus.
+ Aetheluulf episcopus.
+ Heardred episcopus.
+ Iaenberht archiepiscopus.
+ Eadberht episcopus.
+ Hygeberht episcopus.
+ Aethelmod episcopus
+ Ecgbald episcopus.
+ Ceoluulf episcopus.
+ Heathoredus episcopus.
+ Gislhere episcopus.
+ Eadberht episcopus.
+ Aldberht episcopus.

LXXIII

ALDRED DES HWICCAS, 778-781

+ Regnante domino in saecula saeculorum ! Ego Aldred subregulus Huicciorum cum licentia uenerabilis episcopi Tilheri monasterium illud on Flaedanbyrg dabo Aethelburgae propinquae meae, coram testibus infra nominatis : ea conditione ut ipsa tam diu uiuat possedeat, et postquam uiam patrum incedat, ad Uuegernensem aecclesiam in ius episcopali sedis reddat. Et ei praecipio in almo nomine superi polorum rectoris, ut ipsa nec dei nec meam habeat licentiam hoc in aliud mutare, nisi ita implere sicut praeceptum erat Aelfredi et Aethelheardi Ecguuinique episcopi, qui hanc terram prius optinuerunt nobisque tradiderunt ; sed ipsa hanc nostram elemosinam perficiendo impleat.

+ Ego Aldred hanc meam donationem signo sanctae crucis confirmabo. + Ego Tilhere episcopus hanc meam petitionem subscribendo confirmabo. + Ego Aethelburg abbatissa liuentissime consentiendo subscripsi. + Ego Creda abbas. + Ego Bacola abbas. + Ego Tathere. + Ego Guthheard. + Ego Humberht presbyter. + Ego Cyneberht. + Ego Cuthred. + Ego Dudda. + Ego Ceobba ; omnes consentiendo subscripsimus, atque confirmabimus testimonium nostrum.

LXXIV

OFFA DE MERCIA, 784

+ In nomine domini summi ! Ego Offa almi regnantis gratia rex Merciorum, partem terrae iuris mei quam largiflua beniuolentia dominus gratis donauit, Esme comiti praefectoque meo, rura trium tributariorum uocata Eouuengelad, perdonabo. Anno ab incarnatione domini DCCLXXXIIII°. et regni mei XXVII°. Et sic ager hoc praetio emptus est ; c oues, XXX boues et uaccas, XXX equos indomitos dedit. Rus etiam hoc modo donatum est ut suum masculum possideat et non femininum ; et, post obitum prosapiae illius, data

sit tam uilla quam uniuersa terra quae in sua potestate est, ad religiosam aecclesiam quae nuncupatur Euesham.

+ Ego Offa.

+ Ego Cynedred.

+ Ego Berhthunus.

LXXV

OFFA, 787

Regnante inperpetuum domino nostro Ihesu Christo et saluatore deo! Cuncta quae uidentur temporalia esse et quae non uidentur aeterna fieri uerum constat; cum hiis transitoriis aeterna mercari posse ex sacrorum uoluminum testimoniis certum tenemus. Ideoque ego Offa, pia dei praedestinante gratia rex Mercionum necnon et in circuitu nationum, cogitaui in corde meo ut aliquid ex perceptione mundani regni ad libertatem aecclesiasticam, pro ereptione et remedio animae meae, libenter erogarem. Proinde, rogante et obsecrante me ueneranda Cynedritha regina mea, Ceolnodo honorabili abbati et eius familiae uenerabili in aecclesia Sancti Petri apostolorum principis et clauicularii regni coelestis monasterialiter conuersanti, in praefata aecclesia deo seruienti, pro me et pro Cynedritha regina mea et pro Ecgfrido filio meo et filiabus meis Aethelburge abbatissae et Aethelflede et Eadburge et Aethelsuuithe hoc priuilegium libertatis, libenti animo, dei instinctus amore, regia usus potestate, omnes terras et omnes uillulas et possessiones, quas subregulus Fritheuualdus et abbas Ercenuualdus primi fundatores praefato monasterio dederunt et concesserunt, ego praefatus rex concedo et confirmo; scilicet in omnibus monasteriunculis, terris, campis, siluis, pascuis, pratis, aquis, stagnis et riuulis. Hanc libertatem et omnia praedicta ad praefatum monasterium pertinentia, in sinodali conuentu in loco qui nominatur Aecleah, et testes et consistentes hii fuerunt quorum nomina infra annotabo.

+ Ego Offa Christo domino concedente rex, propriam libertatis confirmationem signo sanctae crucis munio. + Ego Cynedritha dei dono regina, huic libertati consentio. + Ego Ecgfridus filius regis subscribo. + Ego Aethelburga abbatissa consensi. + Ego Aelfleda uirgo consensi. + Ego Eadburea uirgo consensi. + Ego Iambertus

gratia dei concedente archiepiscopus, synodali collegio praesidens in loco qui dicitur Aecleah, cum consilio episcoporum et abbatum et omnium qui simul mecum erant ibi, huic libertati et confirmationi consensi et subscripsi. +. Acta sunt haec apud Aecleah, anno incarnationis Christi DCC⁰LXXX⁰. septimo.

LXXVI

OFFA, 788

+ In nomine dei summi et saluatoris nostri Ihesu Christi, ipsoque in perpetuo regnante disponenteque suauiter omnia, terrena quoque sceptra et regalia iura temporaliter distribuente! Unde et ego Offa, rex Merciorum, aliquam terram pro remedio et salute animae meae tradam, id est, sex aratrorum, ubi nominatur Trottesclib, ad aecclesiam beati Andreae apostoli et ad episcopium castelli quod nominatur Hrofescester, ubi beatus Paulinus pausat, quam etiam episcopalem sedem modo in praesenti rite regit Uuaermundus religiosus antistes. Hanc itaque supradictam terram ad hanc conditionem perpetualiter habendam et possidendam concedo, cum omnibus ad eam rite pertinentibus rebus, cum campis, siluis, pascuis, pratis, pastinationibus, et cum propriis terminis. Huius autem terrae termini sunt isti; ab oriente et a meridie Boerlingas, ab occidente Uurotaham, ab aquilone Meapaham.

Ad hanc quoque terram pertinent in diuersis locis porcorum pastus, id est uuealdbaera, ubi dicitur Holenspic, bi sūtham eē, Eppan hrycg, non longe ab eo loco Langan hrycg. Quisquis uero contra hanc donationis cartulam callido malignoque tractatu contraire praesumpserit, nouerit se, quisquis ille fuerit, in discreto dei iudicio sinistrae partis socium fore, et a Christi et dei corpore sanguineque segregandum. Manente hac cartula in sua nihilominus firmitate; propria manu signaculo crucis Christi roborare curaui, et testes religiosos et consentientes, id ipsum agentes adhibui, quorum nomina cum propriis cruciculis infra adnotentur. Actum anno dominicae incarnationis DCCLXXXVIII.

+ Ego Offa rex Merciorum, hanc suprascriptam donationem meam hoc signum crucis impressi. + Ego Ecgfrith rex Merciorum,

testis consentiens subscripsi. + Ego Cynethryth regina consensi et subscripsi. + Ego Iaenberhtus, gratia dei archiepiscopus, signum crucis Christi impressi. + Ego Hygeberht archiepiscopus subscripsi. + Ego Ceoluulf episcopus subscripsi. + Signum manus Brordani praefecti. + Signum manus Berhtuualdi. + Signum manus Eadbaldi. + Signum manus Ceolmundi.

LXXVII

OFFA DE MERCIA, 788

+ In nomine dñi nri ihu xpi. Ego Offa rex merciõ tibi osberhto ministro meo atque uxori tuae et si contigerit ut uobis filius aut filia nati fuerint trado terram iuris mei unius aratri in prouincia cantiae in regione eastrgena ubi nominatur duningcland Hanc autem terram ad hanc conditionem uobis concedo cum omnib: ad eam rite pertinentibus..... propriis terminis cum campis pascuis pratis et cum omni tributo quod regibus antea debetur et quamdiu in hac uita uixeritis omnia uestrae subiegantur potestati..... ..... Hanc autem donationem meam atq: conditionem..... ..... in loco ubi... natur Celchyth anno..... DCCLXXXVIII.

+ ego offa... rê hanc d..... signo scae...
+ ego iamberhtus gratia dei..... i et subs.
+ ego hygeberht episc cons et
.... lf eps subscripsi.
+ ego heardraed eps subscripsi. + signum manus....
+ ego aethilmod eps subscripsi. + signum manus....
+ ego cynebirht eps subscripsi. + signum manus....
+ ego unuuono eps subscripsi. + signum manus....
. . . . . subscripsi. + signum manus....
. . . . . subscripsi.
.... algheard epis. subscripsi.
+ ego ceolmund....

LXXVIII

OFFA, 789

+ Volutis curriculo temporum annis, DCC°LXXX°VI°. anno dominicae ac salutiferae incarnationis, Offa, rex Merciorum, in XXXII. anno regni sui concessit quandam ruris particulam, mansam scilicet unam, in uilla quam ruricolae Bradeuuesse appellant, monachis sanctae Mariae Guigornensis aecclesiae, cum testium affirmatione et excommunicationum aduocatione. Eo uidelicet tenore iuris et amplitudinis, quo ipsemet habuit in tempore suae dominationis.

+ Egomet uero Offa, diuinae dispensationis gratia rex Merciorum, hoc meum donum affirmando propriis manibus sanctae crucis signaculum suppono. + Ego quoque Aldredus subregulus Uuigornae ciuitatis haec eadem confirmo. + Ego etiam Eadberht episcopus haec eadem consigno. + Ego similiter Berhthun haec eadem contestor.

Tha thā waeron āgāne fīf hundred wintra and nigan and hundeahtatig wintra fram cristes gebyrtīde offa kyning on tham ān and thrittigan geare his kynedōmes geūthe āne hīde landes aet brādewassan intō thām mynstre on wigrecestre thām brōthran tō bryce ā on ēce swā full and swā forth swā he seold haefde.

+ Ic offa thurh cristes gyfe myrcena kining thās mīne geoue mid rōde tācne gefaestnige. + Ic aldred wigracestres undercining thās ylce geoue gefaestnige. + Ic eādberht bisceop thās ylce thing gefaestnige. + Ic berhtun this ylce gefaestnige.

LXXIX

OFFA, 789

In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Omnem hominem, qui secundum deum uiuit, et remunerari a deo sperat et optat, oportet ut piis precibus assensum hilariter ex animo praebeat ; quoniam

certum, tanto facilius ea quae quisque a deo poposcerit consequi posse, quanto et ipse libentius hominibus recte postulata concesserit. Quocirca ego Offa, rex Merciorum, tibi uenerabili Uuaermundo antistiti, ut diligenter postulasti, aliquam particulam terrae iuris mei, id est, quasi unius et semis iugeri, in ciuitate Hrofi, ad augmentum monasterii tui, aeternaliter possidendam concedo ac describo, cum omnibus scilicet ad eam pertinentibus rebus. Haec autem terrula ab aquilonali et ab oriente ciuitatis iacet, et pertingit usque ad septentrionalem murum praefatae ciuitatis, intra terras uidelicet quas antea ab oriente et occidente possedisti, et ideo haec tibi satis accommoda, quia in medio iacebat. Si quis autem contra hanc donationem meam aliquando uenire inuido maliuoloque animo temptauerit, sit in praesenti separatus a communione sanctae aecclesiae Christi, et in futuro a societate sanctorum omnium segregatus. Manentem hanc cartulam in sua semper firmitate signo dominicae crucis roboraui, et idoneos testes ut et idipsum facerent adhibui. Actum anno dominicae incarnationis DCCLXXXIX. indict. XII. in loco ubi nominatur Celchyth.

+ Ego Offa, rex Merciorum, hanc donationem meam signo sanctae crucis roboraui. + Ego Ecgfrith rex consensi et subscripsi. + Ego Iaenberhtus, gratia dei archiepiscopus consentiens subscripsi. + Ego Hygeberht archiepiscopus subscripsi. + Ego Ceoluulf episcopus subscripsi. + Ego Heardred episcopus subscripsi. + Ego Unuuona episcopus subscripsi. + Ego Cyneberht episcopus subscripsi. + Ego Algheard episcopus subscripsi. + Ego Uuaermund episcopus subscripsi. + Ego Eadgar episcopus subscripsi. + Ego Uueohthun episcopus subscripsi. + Signum manus Ealhmundi abbatis. + Signum manus Beonnan abbatis. + Signum manus Brordan. + Signum manus Berhtuualdi. + Signum manus Aethilhardi. + Signum manus Uuigcgan. + Signum manus Ceolmundi. + Signum manus Ceolheardi. + Signum manus Eadbaldi. + Signum manus Forthredi. + Signum manus Uuigcgan. + Signum manus Heaberhti. + Signum manus Ubban.

LXXX

HEATHORED ET UULFHEARD, 789

+ Saeculi namque labentis tempora uelocius uento aerem tranant. ideoque omnes firmas statutiones seriae litterarum adnotamus ne forte in posterum aliquis ignorantiae auaritiaeue ea decreta infringere praesumat quae uenerabilium uirorum fiunt uerbis confirmata. Anno dominici incarnationis DCC°LXXX°VIIII°. indictione uero XII^a^. qui est annus XXXI. regni offan strenuissimi Merc regis factum est pontificale conciliabulum in loco famosa qui dicitur celchyth praesidentib: duob: arcepis Iamberhto scilicet et Hygberhto mediante quoq: offan rege cum uniuersis principibus suis; ibi inter alia plura aliqua contentio facta est inter heathoredum epis et wulfheardum filium Cussan de haeriditate hemeles et dudae quod post obitù suorù nominarent ad weogornacaestre, hoc est intanbeorgas et bradanlege uoluisset ergo uulfheardus illum agellulum auertere ab ecclesia praefata in weogornacaest cum ignorantiae et insipientiae [si potuisset. Tunc ille episcopus] illum refutabat cum his testibus qui eorum nomina infra scripta liquescunt coram synodali testimonio. Et aiebat quod ei rectum non fieret ulli alio post se tradere praeter et [antedi]ctã ciuitatem hoc est weogrinacaestor Et propter eorum prece et amore qui illam terram [adqui]sierunt et ad ecclesiam prefatam dedissent illi senatores familiae consentientes fuerunt ut illud custodiret et haberet diem suum. Tunc arc episc simul cum uniuersis prouincialibus episc ita finem composuerunt et reconciliauerunt. ut wulfheardus terram possideret tamdiu uiueret et postquam uiam patrum incederet sine aliqua contradictione [illuc ad] weogornense ec[clesiae] terras atq: libellus cum semetipso redderet [ubi corpora requiescunt hemeles et dudae].

+ Ego offa rex merc. consentiendo imposui.
+ Ego iamberht dei gratia arc. ep. consens. et subs.
+ Ego hygeberht simuelt arc. ep. consen. et subs.
+ Ego ceolwulf ep. cons. et sub.
+ Ego heardred. ep. cons. et sub.
+ Ego unuuona ep. cons.

+ Ego heathored. ep. cons.
+ Ego ceolmund ep.
+ Ego aethelmod ep.
+ Ego cyneberht ep
+ Ego wermund ep.
+ Ego boduine ab.
+ Ego utel ab.
+ Ego fordred.
+ Ego uulfheard simul subs. et confirmaui.
+ .....berht... pr.
+ .....mundi p.
+ Sig alhmundi p.
+ Sig ceolmundi p.
+ Sig aethelhardi p.
+ Sig bynnan.

LXXXI

OFFA, 789

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris! Si ea quae secundum decreta canonum ac statuta synodalia salubriter definiuntur, quamuis sermo solus ad testimonium sufficere possit, attamen ob incertam futurorum temporum conditionem, firmissimis scripturarum indiciis et cautionum cyrographis sunt roboranda. Quoniam quidem saepe ex ignorantia, saepe, quod est execrabilius, ex improbitate, contingit ut denegatio rerum uere et recte gestarum nascatur. Quapropter ego Offa, rex Merciorum, tibi Uuaermundo antistiti, necnon et aecclesiae quae sita est in castro quod nominatur Hrofescaester, trado terram unius aratri, ubi nominatur Bromgeheg, cum certissimis terrae huius limitibus, quae habet ab oriente Uuuodafleot, a meridie uero fons quidam, et fossa circumdata, et exinde sepis quaedam itemque fossata ab occidente et notis signis designatur, ab aquilone mariscem uocabulo Scaga, quam etiam circumfluit Iaegnlaad. Hanc autem terram tibi tradendam et possidendam, et aecclesiae usui mancipandam, quam tu iure gubernas, concedo. Si quis uero successorum meorum uel principum hanc donationem meam immutare temptauerit, sit Anathema Maranatha, usque dum dominus ueniat, qui iudicaturus est orbem terrae in aequitate. Hanc cartulam signaculo crucis Christi confir-

mare uolens, propria manu, necnon et alios religiosos adhibui testes, quorum nomina infra adnotentur. Actum anno dominicae incarnationis DCCLXXXIX. in loco ubi dicitur Celchyth.

+ Ego Offa rex Merciorum, hanc supradictam donationem meam signo sanctae crucis Christi roboraui. + Ego Iaenberhtus, gratia dei archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Hygeberht archiepiscopus subscripsi. + Ego Ceoluulf episcopus subscripsi. + Ego Heardraed episcopus subscripsi. + Ego Unuuona episcopus subscripsi. + Ego Cyneberht episcopus subscripsi. + Ego Ealgheard episcopus subscripsi. + Ego Eadgar episcopus subscripsi. + Ego Eealgmund abbas subscripsi. + Ego Beonna abbas subscripsi. + Signum manus Ecgfrithi regis Merciorum. + Signum manus Berhtuualdi. + Signum manus Eadbaldi. + Signum manus Brordan. + Signum manus Aethilheardi. + Signum manus Ceolmundi. + Signum manus Ubban. + Signum manus Heaberhti. + Signum manus Forthredi. + Signum manus Uuigcgan. + Signum manus Ceolheardi.

LXXXII

BEORHTRIC DE WESSEX, avant 790

+ Regnante in perpetuum omnipotenti deo! Ego Beorhtricus, regali fretus dignitate, de terra iuris mei quam praedecessores mei atque propinqui mihi iure haereditario possidendam reliquerunt, aliquam portionem Hemele fidelissimo principi meo sempiternaliter possidendam largitus sum, habendi, donandi, commutandi ac post se relinquendi cuicumque placuerit, id est XXXVI. cassatos. Hoc autem feci pro illius petitione nec non et pro uice alterius agri ; qui uidelicet ager iacet iuxta flumen quod appellatur Meonea quasi XXXIIII. cassatorum, quem sibi iam ante Kineuulf rex cum multorum peritorum affirmatione deuote concedebat, et ab eo accepit praetium in auro purissimo. Sed haec supradicta terra Beorhtrici donationis aliqua pars est iuxta Hissaburnam in modum XXVI. cassatorum.

+ Ego Beorhtricus rex hanc donationem meam propriis litterarum caracteribus roboraui, et singrafa crucis confirmaui. + Signum manus Aethelmodi episcopi. + Signum manus Kineberhti episcopi. + Signum manus Hemele patricii. + Signum manus Uuorris prin-

cipis. + Signum manus Beornfridi praefecti. + Signum manus Lunlinges subreguli. + Signum manus Uuiigfridi praefecti. + Signum manus Uuingbaldi comitis.

LXXXIII

ECGBERHT DE KENT, 765-791

+ In nomine domini saluatoris nostri Ihesu Christi ! Omnem igitur hominem, sicut frequenter coelesti magisterio adhortante didicimus, qui sub christiana religione uitae coelestis praemia consequi desiderat, necesse est ut praesenti pietatis insistat operibus, et terrenis rebus atque transitoriis, in quantum deo largiente sufficiat, sibimet aeterna mercatur bona, suasque preces ad diuiam peruenire clementiam cotidie citius per hoc faciat, quod ipse aliorum in suis necessitatibus libenter exaudiat; attentius reminiscens, quod quibusque religiosis postulationibus tanto libentius tantoque promptius consensus praebendus est, quanto et illis qui precatores sunt, utilior res secundum hoc uisibile saeculum nunc impertitur, et illis qui concessores existunt, pro impertito opere pietatis uberior merces secundum inuisibile postmodum tribuetur. Quamobrem ego Egberht, rex Cantie, tibi dilectissimo episcopo Dioran, atque tuae aecclesiae quae in honore sancti Andreae apostoli consecrata est, pro remedio animae meae, cum consensu meorum optimatum atque principum, terram iuris mei decem aratrorum, in loco ubi nominatur Hallingas, cum omnibus scilicet ad eam pertinentibus rebus, iuxta terminos indigenis certissimos, cum campis, siluis, pratis paludibus, piscationibus, uenationibus, aucupationibus, libenter tenendam possidendamque concedo. Ita ut quicquid de ea agere uolueris, liberam per omnia in perpetuo potestatem teneas. Quisquis igitur haeredum successorumque meorum hanc donationem meam augere atque amplificare uoluerit, habeat beatam communionem in praesenti cum diligentibus deum, et in futuro perpetuam cum omnibus sanctis. Quisquis autem moliuola mente de illa immutare aut imminuere temptauerit, separatur a societate non solum aeternae felicitatis omnium sanctorum, sed etiam in aeterna poena cum scelerum suorum crudelibus comparticibus sit condempnatus. At uero ut hanc

donationem meam quilibet hominum aliquando non possit irritam facere, manu propria signum sanctae crucis subtus in hac pagina facere curaui, testesque religiosos ut idipsum facerent adhibeo. Adiectis denberis in commune saltu, Bixle, Speldhirst, Meredaen, thaer be eāstan, et Rusteuuellae et Teppan byse.

+ Ego Egcberhtus rex hanc donationem a me factam signo sanctae crucis roboraui. + Ego Heaberhtus rex signo sanctae crucis robauraui et subscripsi. + Ego Iaenberhtus archiepiscopus gratia dei consensi et subscripsi. + Signum manus Eangisli. + Signum manus Udan. + Signum manus Balthardi. + Signum manus Egesnothi. + Signum manus Ubən. + Signum manus Tyccan. + Signum manus Heardraedi. + Signum manus Uuiohtnothi. + Signum manus Coenberhti.

LXXXIV

OFFA. 794

+ Omnis itaque huius uitae prosperitas, deo miserante, existit, etiam et futurae uitae beatitudo eo largiente perueniet. Contigit autem in diebus Offani regis Merciorum quod Bynna, comes regis, sustulit sine recto hanc terram aet Austan. v. manentes, quod Aethelbald rex ante liberauit, et hoc recte pertinebat ad sedem episcopalem in Uuegrin ciuitate. Tunc fuit synodus in loco, qui dicitur Clofes hoas, anno [ab] incarnatione Christi. DCC.XC.IIII. regni Offani XXXVII. anno. Tunc episcopus Heathoredus, cum conscientia totius synodalis concilii referebat, et fiducialiter incunctanterque confirmauit cum testimonio scripturarum illarum quae Aethelbald rex ante in aeternam libertatem suis processoribus praescripsit. Et tunc rex cum omni consilio sancti concilii consentiebat, quod episcopus praefatus salua manu accipiebat in contenditum suam propriam praenominatam terram, et hoc cum confirmatione sanctae crucis Christi omnes munierunt, ut firma et infracta permaneat in aeuum.

+ Ego Offa rex Merciorum, signo sanctae crucis confirmaui. + Ego Ecgferth filius regis, consensi et subscripsi. + Signum Hygeberhti archiepiscopi. + Signum Aethelheardi archiepiscopi.

+ Signum Ceoluulfi episcopi. + Heathored episcopi. + Cyneberhti episcopi. + Deneferth episcopi. + Wigmund abbas. + Brorda dux. + Alhmund dux. + Bynna dux. + Wigberht dux. + Heardberht dux. + Uoba dux.

LXXXV

BEONNA, 786-796.

+ In nomine gubernantis dei monarchiam totius mundi ! Ego Beonna abbas gratia dei, cum conscientia et licentia fratrum deum colentium in monasterio quod appellatur Medeshamstede, tradidi Cuthberhto principi terram x. manentium, quae nuncupatur aet Suinesheabde, cum pratis et pascuis ac silvis cunctisque ad se pertinentibus. Hanc autem terram ille Buthberht a me digno comparauit praetio, id est mille solidis, et singulis annis mihi meisque successoribus unius noctis pastum aut triginta... rauit siclos. Hoc territorium praefatus princeps ea conditione adquisiuit, ut post completionem diei illius, qui ab eo meruere satagunt haeredibus derelinquat, et haeredes praedecessoris praefatam conditionem conseruent in pastu uel pecunia; et post uitam illorum absque offendiculo pacis ad ius pristinum antenominata terra reuertatur. Huius autem rei ita gestae hi fideles testes aderant et conscripserunt.

+ Ego Offa gratia dei rex Merciorum signo crucis Christi propria manu roboraui. + Ego quoque Ecgferth rex Merciorum consensi et subscripsi. + Ego Hygeberht archiepiscopus firmando subscripsi. + Ego Ce[ol]uulf episcopus scribendo consensi. + Ego Unuuona episcopus scribendo firmauui. + Ego Beonna abbas hanc meam munificentiam signo crucis Christi firmaui. + Ego Uu[ig]bald presbyter et arc consensi. + Ego Beornuuald presbyter subscribendo consenso. + Ego Eanred presbyter subscribo et consenso. + Ego Tilthegn scribendo firmaui.

LXXXVI

OFFA DE MERCIA, 791-796

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi [qui cuncta regit saecula]. Ego Offa trado illam terram aet Uuestbyrig cum omnibus ad se rite pertinentibus, id est LX manentium, et in alio loco aet Heanbyrig XX manentium, to Uuegerna ceastre, pro remedio animae meae ac parentum meorum, post obitum meum et filii mei Ecgfrithi, eadem libertatis ditione in omnibus rebus permanendam quâ eam ante Aethelbaldus rex auo meo Eanulfo conscripserat, id est ut sit libera tam in terrarum donatione seu in omnibus causis paruis uel magnis inconcussa permaneat usque in saeculum, tamdiu fides christiana apud Anglos in Brittania maneat. Soluta sit ab omni ui regum et principum et subditorum ipsorum, in summo dei nomine praecipimus, praeter his uectigalibus, hoc est, thaes gafoles aet Westbyrig twā tunnan fulle hlūtres aloth and cumb fulne līthes aloth and cumb fulne welisces aloth and VII hrithru and six wetheras and XL cysa and VI lang thero and thritig ombra rues cornes feower ambru meolwes ad regalem uicum]. Hoc itaque cum consilio pontificum meorum et senatorum firmo foedere iudicaui, ut nulla saecularis dignitas de nostra haereditate plus his in magno uel modico per uim aut petitionem aliquid exigat, [absque hoc tantum quod haec praesens cartula continet]. Hi sunt testes.

+ Ego Offa gratia dei rex [hoc regi singulis annis statum. . . . . censum manus meae propriae signo] confirmo. + Ego Ecgfrith eiusdem regis filius consensi et subscripsi. + Ego Aethelheard Archiepiscopus. + Ego Heathored episcopus consensi et subscripsi. + Ego Unuuona episcopus consensi et subscripsi. + Signum Brordani patricii. + Signum Beonnan abbatis. + Signum Alhmundi abbatis. + Signum Uuigmundi abbatis. + Signum Forthredi abbatis. + Signum Bynna principis. + Signum Esne ducis. + Signum Aethelmund ducis. + Signum Alhmund ducis. + Signum Uuigberht ducis. + Signum Uuicgan ducis. + Signum Alhmund ducis. + Signum Eadgar ducis.

LXXXVII

OFFA, 791-796.

+ In nomine summe tonantis, qui est benedictus in saecula ! Regibus potentibus et huius saeculi diuitibus, cum fallacibus istius lugubris mundi substantiis quae omnia sicut umbra euanescunt, aeternae uitae praemia mercanda sunt. Qua propter ego Offa rex a rege regum constitutus, terram III cassatorum in prouincia Huicciorum, ubi nominatur Uuestburg, prope flumen qui dicitur Auen, Aethelmundo fideli meo ministro, pro ereptione animae meae, in libertatem perpetuam sub hac conditione libens concedo ; ita ut ab omni tributo paruo uel maiore, publicalium rerum, et a cunctis operibus uel regis uel principis sit imperpetuum libera, preter expeditionalibus causis et pontium structionem et arcium munimentum, quod omni populo necesse est agere, atque ab eo opere nullum excusatum esse. Scripta est autem haec libertatis cartula ab uniuerso concilio synodali in loco celeberimo qui nuncupatur Clo es hoas. Quorum signa et nomina infra tenentur.

+ Ego Offa rex dei dono propriam donationis libertatem signo sanctae crucis confirmo. + Ego Ecgferth, filius regis, consensi. + Signum Hygeberhti archiepiscopi. + Signum Ceolulfi episcopi. + Signum Aethelheardi archiepiscopi. + Signum Heathoredi episcopi. + Signum Unuuona episcopi. + Signum Cyneberhti episcopi. + Signum Deneferthi episcopi. + Signum Ceolmundi episcopi. + Signum Coenuualh episcopi. + Signum Uuermundi episcopi. + Signum Alhheardi episcopi. + Signum Alhmundi abbatis. + Signum Beonna abbatis. + Signum Uuigmundi abbatis.

LXXXVIII

OFFA, 796

In trino nomine diuinitatis indiuiduae ! Iuste a nobis pietatis opera persoluenda sunt. Iccirco ego Offa, ipso piissimo praeordinante deo rex Merciorum, rogatus a uenerabili abbati meo nomine Pusa, simul

et a praefecto meo uocabulo Brorda, ut aliquam liberalitatem eius aecclesiae quae sita est in loco ubi dicitur Uoccingas concederem, quod et libenter facere iuxta eorum petitionem prouidi, et pro expiatione piaculorum meorum domino deuote largitus sum, et ut memoria nominis mei apud eandem aecclesiam pro domino perpetualiter perseueret. Haec est ergo praefata munificentia quam in posteros protelatam decreui xx. tantum manentium in loco in quo illud monasterium situm est, ut absque impedimento saecularium negotiorum ac regalium tributorum, siue expeditionum aut iussionum incognitarum, soli domino seruiens, sancta congregatio iuris sui ac dominationis potestate propria non priuetur. Si quis uero hanc praedictam liberalitatem extraneorum, siue regum siue iudicum uel etiam principum, in modico seu in magno irritam ducere aut infringere temptauerit, sciat se in magno iudicii die districtam ac tremebundam coram Christo atque angelis eius subire sententiam. Actum publice ac confirmatum in regione Suthregeona, uilla regali, nomine Freoricburna, consentientibus una mecum ac roborantibus idoneis testibus ac principibus, quorum nomina infra tenentur asscripta.

+ Ego Offa, regia dignitate praeditus hanc donationem a me confirmatam, manu propria per crucis signum confirmaui. + Signum manus Brordan praefecti. + Signum manus Berhtuualdi principis. + Signum manus Bryni. + Signum manus Aldheri comitis.

LXXXIX

HEADDA, 781-798

+ Saeculi namque lauentis tempora [sicut] umbrae fugientes uelociter tranant, uarieque euentum status in cogitationes hominum conscendunt; ideo omnes firmas statutiones nostras litterarum serie confirmamus ne posteris cadant ex memoria praecedentium decreta patrum, Graecorum ad hoc inbuti exemplis [qui] quicquid scire uolunt litteris tradunt, ne ex memoria lauetur; estque nobis necesse praemeditandum in uagabundis temporibus saeculi, quomodo ad aeternam felicitatem peruenire ualeamus; quia cuncta quae uidentur fugitiua sunt ac caduca, quae autem non

uidentur perenniter sunt manentia. Qua de re ego Headda presbiter et abbas, ob honorem dei et reuerentiam hominum praeditus, donans donabo in testimonio totius uenerabilis familiae in Uueogerna cestre meam propriam haereditatem ; tali conditione adfirmo, quod mei haeredes im mea genealogia, in aecclesiastico gradu de uirili sexu percipiant, quam diu in mea prosapia tam sapiens et praesciens inuenire potest qui rite et monastice aecclesiasticam normam regere queat, et nunquam potestati laicorum subdetur. Postquam autem in nostra generatione tales aecclesiastici uiri desint, qui indigni et inscii eam bene moderare et regere ignorent, praecipio quod absque ullo obstaculo ad sedem episcopalem in Uueogerna cestre reddantur, id est, aet Dogodesuuellan and aet Tyreltune. Super haec etiam aditio et aliud meae possessionis praediolum quod a circumpositis cognominatur aet Onnandune, pro remedio animae meae et propinqui mei Hatheredi episcopi, necnon pro salute cunctarum animarum stirpis nostrae, quia alumnus sum illius familiae et iuxta liminibus aecclesiae disciplinatus et nutritus fui.

XC

ECGFRITH DE MERCIA, 796

+ Saeculi namque labentis tempora sicut umbrae fugientes sic uelociter tranant, uarieque euentuum status in cogitationes hominum conscendunt. Quapropter ego Ecgfridus rex Merciorum concedo meo fideli principi Aethelmundo III. cassatos aet Huntenatun liberaliter ad possidendum, pro ereptione peccaminum meorum, sicut antea Uhtred et Aldred Beornhardo concesserunt. Et hoc gestum est in celebri uico qui Saxonice uocatur aet Bathum, his testibus consentientibus.

Ego Ecgfridus rex hanc meam donationem confirmaui. + Ego Brihtricus rex. + Ego Aethelhardus archiepiscopus. + Ego Heathored episcopus. + Ego Eadulf electus. + Ego Forthred abbas. + Ego Brorda princeps. + Ego Aethelmund. + Ego Eadgar.

XCI

ECGFRITH, 796

+ In nomine domini nostri ! Ego Ecgfridus deo donante rex Merciorum, Aethelmundo, meo fideli principi, hanc praenominatam terram tres cassatos, id est Huntena tun, etiam liberaliter illi omni rei et firmiter ad habendum concedo, pro ereptione peccaminum meorum et salute animae meae. Ac, sicut antea Aldred et Uhtred, subreguli Huicciorum, Beornhearde concesserunt, sic iterum plene conscribimus illi, cum omnibus utilitatibus quae ad illius agri culturam rite pertinent. Et hoc gestum est in celebre monasterio quod Saxonice nominatur aet Bathun. Et hii testes adfuerunt, quorum hic nomina et signa tenentur.

+ Ego Ecgfridus, rex Merciorum, hanc meam elemosinam signo crucis Christi confirmabo. + Ego Berhtric, rex Occidentalium Saxonum, signo crucis Christi munio. + Ego Aethelheard archiepiscopus consigno et subscribo. + Ego Heathored episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eaduulf electus consensi et subscripsi. + Ego Forthred abbas consensi. + Brorda. + Aethelmund. + Eadgar.

XCII

COENUULF DE MERCIA, 798

+ Semper ex toto corde nob cum propheta considerandum atq: dicendum ÷... magna multitudo dulcedinu... cuius super nos m..... cuius bonita.... imus quod..... ..... non immemor... inspirante bonitatis. ego..... ente rector et imperator merciorum regni. anno secundo imperii nri. dabo et perpetuo iure possidendum sub scae crucis titulo concedo. oswulfo duci et ministro meo aliquā terram in loco qui uocatur hremping vīic et alia nomine hafingseota in australe parte fluminis qui dr limin. ea. In uicae altere terrae qui dr bobingseata. Uti in dieb: eius habeat possideat et feliciter optineat. Ṣuisq : post se heredib;

et cuicumq: hominù..... o fideli..... sicut superius.... placita uoluntate frua..... terim p^t se cuicumque... bendam restituat in perpetuum. Haec st nomina episcoporù ac principù q^i hoc mecu in synodo consentientes subscrip.

+ Ego Coenulf rex hanc munificentiā sub scae crucis titulo confirmo et sic ex ordine subscrip.

+ aethelhard arc epis cons et sub.
+ hygeberht arc epis cons et sub.
+ hathored epis cons et sub.
+ unuuono epis cons et sub
+ cyneberht epis cons cons et sub.
+ hathoberht epis cons et sub.
+ eaduulf epis cons et sub.
+ utel epis cons et sub.
+ alhhard epis cons et sub.
+ wiohthun epis cons et sub.
+ tidfrith epis cons et sub.
+ alhmund ab.
+ beonna ab.
+ uuigmund ab.
+ forthred ab.
+ Signum manus Brordan princ.
+ heaberhti duc.
+ esne duc.
+ wigberhti duc.
+ aethelmundi duc.
+ eadgari duc.
+ uuicggan duc.
+ ceolmundi duc.
+ beornnothi duc.
+ heardberhti duc.
+ cyddan duc.

+ Dispensante ac guuernante superna clementia ego osuulf dux pro perpetua redemptione ac salute animae meae meiq : coniugis beornthrythe hanc praedictā mariscā dabo et concedo ad illam ecclesiam quae sita est in illo uenerabile monasterio quod dr aet liminge perpetualiter habendam et feliciter perfruendum. hac u condicione interposita ut unicuiq: anno post. XII. mensib; migrationis nrae tempus ab illa familia aet limingge celebretur quamdiu fides catho-

lica in gente anglorum pseueret. cum ieiunio diuinisq: orationib: in psalmodiis et missaru caelebrationibus. seu etiam in refectione fratru in cibo et potu. iuxta quod fraternitati urae uidetur quod producere poteritis et in ura bonitate confidimus. Unaq : panis cum cibo uernaculo uel paupere illius monasterii die illa tradatur. hocque in posterum successoribus uestris praecipere praecamus,

FRATERNITATEM VRAM SVPERNA CLEMENTIA CVSTODIAT IN AEVVM.

XCIII

COENUULF DE MERCIA, 801

+ Regnante et adiuuante nos deo et domino nostro Ihesu Christo ! Ego Coenuulfus, gratia dei rex Merciorum, anno v° imperii nostri, una cum fratre meo Cuthredo, rege scilicet Cantuariorum, dabo in perpetuam possessionem Suithhune, nostro in commune ministro, modicam telluris portionem, trium scilicet aratrorum, ubi nominatur aet Bromgehaege, in prouintia Cantiae, et unius aratri adiacentem altera terra quod uocatur Aethiluulfing lond, adiecto uno piscatorio on Taemise fluuio ubi dicitur Fiscnaes, adiectis III. denberis in commune saltu, id est on Cestersetta uualda, his locis aet Otansihtre, et aet Crangabyrum, et aet Frecinghyte, et aet Haeseldenne, praedicto uiro, uel eius posteris sub perpetua libertate concedimus, cum omnibus ad se pertinentibus rebus, pro eius beneplacabile pecunia simul et deuoti famulatus sui patientia ; ut habeat et possideat quamdiu uiuat et post se cui uoluerit relinquat in sempiternam possessionem, eo uidelicet iure si ipse nobis et optimatibus nostris fidelis manserit minister, et inconuulsus amicus.

+ Ego Coenuulfus rex donationem meam signo crucis confirmo. + Signum manus Cuthredi regis Cantuariorium. + Signum manus Ceolberhti ducis. + Signum manus Berhthuni et Byrnuualdi comitum.

Hoc item secunda die pascae adfirmant coram rege Cuthredo in urbe Cantuariorum archiepiscopus Aethilheard et Merciorum abbas Daeghelm, cum optimatibus quorum hic scripta sunt nomina.

+ Aethilheard archiepiscopus. + Daeghelm presbyter abbas. + Heaberht. + Osuulf. + Eguulf. + Alhmund. + Beorheard. + Esne. + Ealdberht. + Haehfrith. + Ealdberht. + Osmod. + Uuiogthert. + Bealthhaeth.

+ Ego Suuithun post obitum meum trado terram huius libelli pro remedio animae meae, omnibusque sibi pertinentibus sancto Andreae in perpetuum. Et si quis augerit, aeternam uitam tribuat ei deus, si quis tunc minuere uoluerit, mortem supplicium cum diabolo in aeternum sit passus.

XCIV

DENEBERHT, vers 802

+ Saeculi namque lauentis tempora umbrae fugientes uelociter tranant, uarieque euentum status in cogitationes hominum conscendunt ; ideo omnes firmas statutiones nostras litterarum serie confirmamus, ne posteris cadant ex memoria praecedentium decreta patrum ; Graecorum ad hoc imbuti exemplis, qui quod scire uolunt, litteris tradunt, ne ex memoria lauetur. Estque nobis necesse praemeditandum in uagabundi temporibus saeculi, quomodo ad aeternam felicitatem peruenire ualeamus, quia cuncta quae uidentur fugitiua sunt ac caduca, quae autem non uidentur perenniter sunt manentia. Qua de re ego Deneberhtus episcopus, ob honorem dei et reuerentiam hominum, donans donabo, cum consensu et testimonio totius uenerabilis familiae in Uuegerna ciuitate, Balthuno praesbitero, uiro bono et modesto, terram VI. manentium aet Bearmodes lea, ut habeat tamdiu uiuat, et post se uno haeredi, cui uellet, tribuat; post diem autem illius haeredis, sine dissensione aliqua haec terra ad Uuegernensem iterum reddatur aecclesiam inde ante donata fuerat. In alio quoque loco, VIII. manentium ubi solicoli suescunt appellare aet Collesburnan eodem Balthuno similiter donantes donamus, ut hanc etiam terram possideat, et postquam uiam patrum incedat, duobus post se haeredibus quibus uellet relinquat : expleto autem cursu dierum illorum duorum haereduum, haec quoque terra ad ante memoratam aecclesiam reddatur. Sciantque omnes qui hanc cartulam recitauerunt ut non

ego solus neque hanc donationem donaui, neque solus hoc decretum confirmaui, sed simul uniuersa congregatio mecum Uuegernensis aecclesiae ; quia praefatus ille sacerdos Balthun carus ac fidus amicus illi congregationi est, rectusque illius aecclesiae alumnus. Pax augentibus et consentientibus huic decreto, minuentibus uero uel contradicentibus dispersio sit sempiterna, neque hic stabilitas uitae, neque in futuro requies. Hii sunt testes huius donationis atque decreti.

+ Ego Deneberht episcopus, ad confirmationem sermonum istarum, signum sanctae crucis inpono.

+ Ego Uuigberht presbiter. + Ego Heahferth diaconus.
+ Ego Eannuald presbiter. + Ego Ceorra diaconus.
+ Ego Aldberht presbiter. + Ego Uuynhelm diaconus.
+ Ego Hathouuald presbiter. + Ego Bica diaconus.
+ Ego Torhtuuald presbiter. + Ego Tiba clericus.
+ Ego Selheard presbiter. + Ego Uulfheard clericus.
+ Ego Torhtred presbiter. + Ego Uuighelm.
+ Ego Herred presbiter. + Ego Pleired.
+ Ego Heahferth presbiter. + Ego Hathouuald.

XCV

DENEBERHT, vers 802

+ Tempora temporibus succedunt, et generatio generationem sequitur, quia alii transeunt et alii adueniunt, terra tamen in sua stabilitate usque ad dissolutionis tempus perenniter manet. Ideo pro tam diuersis temporum uagationibus, heroicorum hominum saepe possessiones in uarios deueniunt haeredes : modo optatissimi, modo exosissimi dominatores illorum percipiunt Haereditatem ; qua propter prudentis consilii uiri hoc decretum firma praemeditatione constituerunt, ut omnia sua statuta literarum serie praemeditarent. Ideo ego Deneberht episcopus simul cum mea familia on Uuigerna ceastre, hoc decretum definiendo confirmaui, ut terram illam Hereforda, cuius quantitas est. II. cassatorum dabo Eansuuithe possidendam quamdiu ipsa uiuat, si illam post me superstitem in saeculo derelinquo ; ea conditione ut ipsa sit semper subdita

Uuigornensi aecclesiae et ipsius familiae, et hoc modo, ut semper illius aecclesiae indumentum innouet, et mundet, et augeat; et postquam ipsa uiam patrum incedat, terra supradicta ad Uuigornensem aecclesiam absque omni contradictione conscripta est. Haec autem definitio confirmata atque conscripta est, coram testibus, quorum hic infra nomina notantur.

+ Ego Deneberht episcopus, ad confirmandam hanc nostram munificentiam, signum sanctae crucis impono. + Ego Eadgar consensi. + Ego Heahsteaf consensi. + Ego Uuiberht consensi. + Ego Heahferth consensi. + Ego Cuthbald consensi. + Signum Torthtredi. + Ego Eadberht consensi. + Ego Uuihelm consensi. + Ego Brada consensi. + Ego Freothelm consensi. + Signum Uuilredi. + Signum Tidan.

XCVI

DENEBERHT, 803

+ In nomine dñi. nri. ihu. xpi. Ea quae secundum ecclesiasticam disciplinam ac synodalia decreta salubriter definiuntur quamuis solus sermo sufficeret tamen pro euitando futuri temporis ambiguetate fidelissimis scripturis et documentis sunt conmendata, Quapropter ego deneberhtus epis fui memorando pristrinae locutionis antecessoris mei hiothoredi epis. et wulfheardi circa terram illam aet intanbergum simul etiam aet bradanleage tunc wulfheardus iterum coram synodali testimonio confirmauit cum signo crucis xpi deneberhto epi. et eius familiae in weogorna ciuitate ut ille noluisset unquam auertere ab ecclesia ante nominata praeter ut ante ueraciter ac firmiter definitum haberet ut hoc per omnia firmum et fixum propetuo inter eos permaneret. Haec comemoratio facta est in loco qui dicitur clofeshos. añ. domnic. incarnat. DCCC°.III° Indic. XI. die II. nón. octob.

+ ego aethelheard arc ep.
+ ego alduulf ep.
+ ego werenberht ep.
+ ego eaduulf ep.
+ ego deneberht ep.
+ ego uuigberht ep.
+ ego alhmund ep.
+ ego alhheard ep.
+ ego tidferth ep.
+ ego osmund ep.

+ ego wulfheard ep. + ego weremund ep.
+ ego wihtun ep.

+ ego coenwulf rex merc. consensi et subs.
+ ego heaberht priñ consen.
+ ego beornoth priñ.
+ ego ceolward priñ. + ego wigheard p.
+ ego cynehelm priñ. + ego byrnwald p. cons.
+ ego wicga p cons. + ego aldred p cons.

+ Ceolulf rex wilnade thaes londes aet bremesgrefan to heaberht bisc and to his [higun] and tha sende he his erendwreocan to wulfheard to intanbeorgum and heht thaet he cuome to him and [to thae]m higum sha dede he swae tha hio him to spraecon se biscop and his weotan ymb thaet lond thaet he his him geuthe thaet hio maehten thone freodom begeotan and tha waes he eathmodlice ondeta thaet he swae wulde and to him wilnende waes thaette hio him funden suelce londare swelce he mid arum on [b]eon maehte. and his wic thaere on byrig [beon mihte] on his life. tha sende he monn to thaem aercebiscope and to eadberhte and to dynne and him heht segcgan thaet he wilnade thaes londes aet intanbeorgan. tha se aercebiscop and eadberht hit waeron erndiende to cyninge. tha cuom dynne to gelaerde thone cyning thaet he his no gethaef waes. tha waes higen and hlaforde lond unbefliten aeghuaes and sioththan a oth his daga ende.

XCVII

DENEBERHT ET WULFHEARD, 803

+ Anno dominicae incarnationis DCCC°.III°. indict. XI^a^. uero qui est annus VII. regni Cenwulfi pii regis Merciorum, factum est sinodale conciliabulum aet Clofeshoum, praesidente Aethelheardo archiepiscopo ; ubi cum uniuersi prouintiales episcopi, cum abbatibus et presbyteris de necessariis et pluribus uniuersae aecclesiae statutis congregarentur, ibi etiam inter alia plura facta est contentio inter Deneberhtum, Uueogernensis aecclesiae antistitem, Uulfheardumque Herefordensem praesulem. Sunt autem monasteria in paro-

chia Deneberhti Celtanhom, Beccanford, quae olim in antiquis diebus ad Herefordensem aecclesiam praestita fuerunt, in quibus postulabat suam pastum qui ei episcopali iure pertinebat, ipse Deneberht sibi reddi. Uulfheard autem e contra narrabat, ut ei nullam dare debuisset, neque umquam antecessores illius aliquam ibi haberent. Et si erat unquam, iam xxx. annis et eo amplius nemo illum, neque antecessores, eius, huiuscemodi pastu pulsaret neque tangeret. Deneberht autem cum testimonio narrabat, ut Uuermund episcopus pastum acciperet aet Beccanforda, Hathoredus similiter aet Celtanhomme, insuper et ipse Uuulfheard ei pecuniam daret pro pastu, haecque cum testimonio conprobauit. Cum uero huiuscemodi hinc et inde multa contenderunt, uentum est ad sermonem, ut archiepiscopus Deneberhtum rogabat dimidia sibi huius pastus praestare et altero anno semper aet Beccanforda suam refectionem acciperet, altero aet Celtanhomme. Ille autem respondebat se et uelle et debere in omnibus eius parere praeceptis; hoc modo tamen in testimonio totius sinodi in diem eius praestare et non amplius; idque litteris confirmare ut scient omnes qui eius sunt successores, quod ipse nunquam intermittit, quod Uueogernensi aecclesiae ad utilitatem recte pertinet. Haec autem pacis conciliatio facta est sub die. iiii. Idum Octobrium. Eodem die in simili contentione placiti sunt Uuerenberhtus mediterraneorum Anglorum episcopus, et Aldulfus Licetfeldensis praesul, Uuigberhtus similiter Sciraburnensis antistes et Alhmundus Uuentanae pastor aecclesiae tale aliquid inter se habentes, omnes ad uerae fraternitatis pacem adunati, perrexerunt unusquisque ad suam. Erat autem dies v. feria et hii sunt testes huius pacis.

+ Ego Aethilheard archiepiscopus consensi. + Ego Aldulf episcopus. + Ego Uuerenberht episcopus. + Ego Eadulf episcopus. + Ego Deneberht episcopus. + Ego Alheard episcopus. + Ego Tidferth episcopus. + Ego Uuigberht episcopus.

XCVIII

AETHELHEARD, 803

Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibs bonae uoluntatis.

+ Scimus autem quod multis in deum fideliter confidentibus

notum et manifestum est. et nihil tamen illis placabile in eo uisum est. qui in gentibus anglorum commorantur quod offa rex merciō in diebus iaenberhti arcepis cum maxima fraude honorem et unitatem sedis sci agustini patris nostri in dorouernensi ciuitate diuidere et discindere praesumsit, et quo modo post obitum praedicti pontificis aedelheardus arcepis dei gratia donanti illius successor post curricula annorum erga plurima dei ecclesiarum iura limina apostolorum et apostolicae sedis beatissimum papam leonem uisitare contigit. inter alias necessarias legationes etiam discissionem iniuste factam archiepiscopalis sedis narrauit. et ipse apostolicus papa ut audiuit et intellexit quod iniuste fuisset factum statim sui priuilegii auctoritatis praeceptum posuit et in brittanniam misit et praecipit ut honor sci agustini sedis cum omnibus suis parrohhiis integerrime redintegraretur iuxta quod scs gregorius nrae gentis apostolus et magister conposuit et honorabili arcepiscopo aedelheardo in patriam peruenienti per omnia redderetur et coenuulfus rex pius merciorû ita compleuit cum senatoribus suis. Anno uero dominice incarnationis . DCC⁰.III⁰. indictione . XI^a. die. III^a. idus Octobris. Ego aedelheardus arcepisc cum omnibus . XII. episco. sco sede beati agustini subiectis per apostolica praecepta domni papae leonis in synodo qui factus est in loco celebri qui uocatur clofeshoas unianimo consilio totius sci synodo, in nomine dei omnipotentis praecipientes et omnium scorû illius et per eius tremendum iudicium . ut numquam reges neque episcopi neque principes neque ullius tyrannicae potestatis homines honorem sci agustini et suae sce sedis diminuere uel in aliquantula particula diuidere praesumerint . sed in eo per omnia dignitatis honore plenissime semper permaneat quo utique in constitutione beati gregorii et in priuilegiis apostolicorum suorum successorum habeatur nec non etiam et in scorû canonum rectum haberi sanctionibus uideatur. Nunc etiam deo cooperanti et domno apostolico papae leoni ego Aedelheardus arcepis et alii coepiscopi nostri et nobiscum omnes dignitates nostri synodi cum uexillis crucis Xpi unanimiter primatum scae sedis firmantes. hoc quoque praecipientes et signo scae crucis scribentes ut arcepiscopalis sedes in liccidfeldensi monasterio numquam habeatur ex hoc tempore neque in alio loco aliquo nisi tantum modo in dorobernensi ciuitate ubi Xpi ecclesia est et ubi primus in hac insula catholica fides penituit et a sco agustino sacrum baptismum celebretur. insuper etiam cartam a romana sede misam per hadria-

num papam de palleo et de archiepiscopatus sede in liccedfeldensi monasterio cum consensu et licentia domni apostolici leonis papae praescribimus aliquid ualere. quia per subreptitionem et male blandam suggessionem adipiscebatur. et idcirco manifestissimis signis caelestis regis primatum monarchiae archiprincipatus permanere canonicis et apostolicis munitionibus statuimus ubi scm euangelium Xpi per beatum patrem agustinum in prouincia anglorum primû praedicatur. et deinde per gratiam sci sps late diffusum est. Si quis uero contra apostolicus praeceptis et nostrorû omnium ausus sit tunicã Xpi scindere et unitatê sce dei ecclesiae diuidere. sciat sē nisi digne emendauerit quod inique contra sacras canones fecit aeternaliter esse damnatum ⁝·

Hic st nomina scorû episcoporû et abbatum qui praescriptum cyrographi cartulã in synodo qui factus est aet clofeshoum, anno aduentus dñi. DCCC.III. cum signo scae crucis Xpi firmauerunt ⁝·

+ aedelheardus arcepis.
+ alduulfus epis.
+ uuerenberhtus epis.
+ alcheardus epis.
+ uuigberhtus epis.
+ alhmundus epis.
+ osmundus epis.
+ eaduulfus epis.
+ deneberhtus epis.
+ uuihthunus epis.
+ tidfridus epis.
+ uulfheardus epis.
+ alhmundus prs ab.
+ beonna prs ab.
+ fordrēd prs ab.
+ uuigmundus prs ab.

XCIX

AETHELRIC, 804

+ In nomine domini dei summi, rex regum, qui in altis habitat et prospicit omnia caelestia et terrestria! Anno ab incarnatione

Christi. DCCC.IIII. Indictione. XII. ego Aethelric, filius Aethelmundi, cum conscientia synodali inuitatus ad synodum, et in iudicio stare, in loco qui dicitur Clofeshoh, cum libris et ruris, id est, aet Uuestmynster, quod prius propinqui mei tradiderunt mihi et donauerunt, ibi Aethelhardus archiepiscopus mihi regebat atque iudicauerat, cum testimonio Coenuulfi regis, et optimatibus eius, coram omni synodo, quando scripturas meas perscrutarent, ut liber essem terram meam atque libellos dare quocunque uolui. Postea commendaui amicis meis ad seruandum, quando quaesiui sanctum Petrum et sanctum Paulum, pro remedio animae meae, et, iterum me reuertente ad patriam, accepi terram meam, et praetium reddidi, quasi ante pacti sumus, et pacifici fuerimus ad inuicem. Facta est autem post paucos annos alia synodus aet Aclea. Tunc in illo synodo coram episcopis, rege et principibus eius, rememoraui pristinae libertatis meae, quae mihi ante iudicatum est, et cum licentia eorum testificaui in praesenti testimonio, quemadmodum meam haereditatem dare uoluissem, et sic dixi : Haec sunt nomina illarum terrarum, quae dabo ad locum, qui dicitur Deorhyrst, pro me et Aethelmundo patre meo, si mihi contingat ut illic corpus meum requiescat : Todanhom, et aet Sture, Scraefleh et Cohhanleh, ea conditione, ut illa congregatio uota eorum faciat firma, sicut mihi promiserunt. Iterum dabo Uuaerferthe . XI. manentium Bremesgraefan et Feccanhom, ut habeat suum diem, et postea reddat ad Uuigorna ceastre. Uerum etiam do . XXX. manentium Under Ofre ad Gleauuecestre. Et quando mihi contingat exitus diei mei, tunc dabo Ciolburge matri meae, si diutius uiuit quam ego, terram . XLIII. manentium aet Uuestmynster, et aet Stoce, ut habeat suam diem, et postea reddat ad Uueogernensem aecclesiam. Pro qua re ea uiuente ut ibi habeat protectionem et defensionem contra Beorclinga contentione ; et si aliquis homo in aliqua contentione iuramentum ei decreuerit contra Berclingas, liberrima erit ad reddendum, cum recto consilio propinquorum meorum, qui mihi haereditatem donabant, et meo, quo ei dabo ; et si non habeat patrocinium in ciuitate Uueogornensi, postea primum quaerat ad archiepiscopum in Cantia. Et si ibi non habeat, sit libera cum ruris et libris ad eligendum patrocinium, ubi placitum sibi fuerit. Si aliter fiat, ut non opto, aliquis homo contendat contra libros meos uel haereditatem indigne, tunc habet Alduulfus episcopus in Liccetfelda istius cartulae comparem, et amici et necessarii mei et

fidelissimi alias, id est, Eadberht Eadgaring, et Aethelheah Esning, ad confirmationem huius rei. Rogo etiam Aethelric, pro amore omnipotentis dei, et praecipio et obsecro per omnes uirtutes coelorum, ut nullus homo hanc positionem crucis Christi, quae tantorum uirorum testimonio confirmata est, non praesumat minuere. Si ausus est aliquis confirmationem istam infringere, deleatur de laude dei, si non satisfactione emendauerit.

+ Ego Coenuulf, rex Merciorum, hanc munificentiam signo sanctae crucis subscripsi. + Ego Aethelheardus archiepiscopus Dorouernensis ciuitatis signum sanctae crucis subscripsi. + Ego Alduulfus Licetfeldensis episcopus consensi. + Ego Werenberht episcopus consensi. + Ego Denebyrht episcopus consensi. + Ego Wulfheard episcopus consensi. + Ego Eadwulfus episcopus consensi. + Ego Heaberht dux subscripsi. + Ego Beornoth dux subscripsi. + Ego Ciolward dux subscripsi. + Ego Cynehelm dux subscripsi. + Ego Wicga dux subscripsi. + Ego Wigheard dux subscripsi. + Ego Byrnuuald dux subscripsi. + Ego Aldred dux consensi et subscripsi.

C

COENUULF, 804

+ Dispensante ac gubernante domino deo omnipotente ! Ego Coenuulf rex Maerciorum, et Cuthred frater meus rex Cantuariorum, anno dominicae incarnationis DCCCIII. concessimus uenerabili abbatissae Selethrythae et suae familiae ad aecclesiam sanctae Mariae semper uirginis, quae sita est in loco qui dicitur Limming, ubi pausat corpus beatae Eadburgae, aliquantulam terrae partem in ciuitate Dorobernia ad necessitatis refugium, hoc est VI. iugera pertinentia ad aecclesiam quae sita est in honore beatae Mariae in occidentali parte ciuitatis et quorum termini sic cingere uidentur, etc. Si quis autem hanc nostram donationem infringere uel minuere temptauerit, sciat se rationem redditurum in die iudicii, nisi ante digna satisfactione deo et hominibus emendare uoluerit. Et haec testium nomina quae inferius scripta sunt.

+ Ego Coenulfus rex Merciorum, hanc donationem meam cum signo crucis Christi confirmo. + Ego Cuthredus rex Cantuariorum

signo crucis confirmo. + Aethelheardus gratia dei archiepiscopus consensi et subscripsi. + Adulf episcopus consensi et subscripsi. + Daeneberht episcopus consensi et subscripsi.

CI

AETHELHEARD, 805

Ego aethilheardus metropolitanae ciuitatis in dorobernia arc epis pro amore dñi nî ihu xpi et pro absolutione meorû criminû terram quattuor aratror nomine aet burnan in occidentali parte beorahames scae familiae ecclesiae xpi in propriã possessionem donabo et obsecro in nomine dñi omnes pontifices nros successores. ut omne bonum quod in illa terra lucrificetur fratres sibi singulariter ad mensam suam habeant et ad alteram necessitatê faciant qua illis bona et spontanea uoluntate maxime utile uideatur. Hanc pnominatam terram quidam homo bonus nomine aldhun qui in hac regali uilla inlustris ciuitatis praefectus fuit pro intuitu aeternae mercedis fratribus nris ad mensam tradidit. sed sca ecclesia xpi sine norma iustitiae cum rapacitate cuiusdam regis de sua terra priuata est et nos auxiliante dño iterum illiam iusto et synodali iudicio restituere huic scae familiae curauimus. rogamus etiam amicos nros id est reges et pontifices et omnes qui potestatem in hac prouincia habeant. ut semper augere his fratribus et ñ minuere suum bonum dignentur. et certe credimus eo magis deum omnipotentem illis augere aeterna bona in caelestibus regnis.

actû fuit. DCCCV. anno incarnat. xpi XIII. indictione.

testiû nomina hic infra caraxata sunt.

+ Ego aethilheard arc epi cum uexillo crucis xpi confirma.

+ ego biornmod epi subscripsi. + eanred ppos. + biornhard ppos.

+ monna pr. + cuba p. + uulfhard p. + ciolstan p. + osuulf p.

+ paul p. + heamund p. + heremod p. + uulfred arc diã. + guthmund.

+ cadred diã. + goda subdiã. + wine.

+ ego cuthred rex cantie consensi et subscripsi.

+ ego cudaman ab. consensi et sub.

+ ego feologeld ab. et subscr. + aldberht sub.
+ osuulf dux subscri. + esne subscr.
+ berhtnoth subscrip. + heahfirth sub.
+ sigehard subscrip.

CII

CUTHRED DE KENT, 805

+ Anno ab incarnatione dñi nri ihu xpi DCCC°.U°. indictione XIII. ego cuthred rex cantiae cum licentia coenulfi regis merciae octabo anno regni mei a deo concessi wulfredo sedenti in archiepiscopatus solio. duorum aratrorum terrae in ppetuum donabo. est itaq: terra illa conposita in occidentali parte XII. manentium quae dicuntur bocholt hec duo aratra supra pdicta a quib:-dam campus armentorum id est hrithra leah appellantur hoc k modo quasi pro compensatione in pti XXX mancusarum illi hanc pnominatam terram tradere curabo ut communem silbam secundum antiquam consuetudinem cum ceteris hominibus abeat potestas quoq: ipsi datur ut in libertate terram habeat quamdiu uiuat et postea cuicumq: hominum uoluerit in aeternam libertatem derelinquat si quis hanc largitionem illi augeat augeatur illi a deo uita si quis deminuerit quod absid deminuetur sibi gloria in xpo nisi satisfacsione emendauerit.

Huius confirmationis signa in celeberrimo loco hacleah nominato exponuntur. II. nunas scas agustus die sabbati quo transfiguratus est xps.

+ ego coenuulf rex merc consensi et subscri. + ego cuthred rex cantiae cons et sub.

+ alduulf epis.
+ werenberht epis.
+ deneberht epis.
+ eaduulf epis.
+ wulfhar epis.
+ alhheard epis.
+ tidferth epis.
+ osmund epis.
+ wiohthun epis.
+ wigberht epis.

+ heaberht dux.
+ beornnoth dux.
+ cynehelm dux.
+ tiduulf dux.
+ wicgga dux.
+ ceolward dux.
+ ceolberht dux.
+ dynne dux
+ wigheard dux.
+ byrnwald dux.

+ alhmund epis.
+ beornmod epis.
. . . . . .
. . . . . ab.
+ wernoth ab.
+ dudan ab.
+ feolageld ab.
+ heardberht comes.
+ cuthred pr.

CIII

CUTHRED, avant 805

+ In nomine altithroni qui solus regat. ac gubernat. omnia omnipotenter in aeuum ego cuthredus rex cantuuariorum cum consensu coenuulfi regis merc et his testibus quorum infra nomina tenentur adscripta. dabo aethelnotho pfecto meo fidelissimo in prouincia cantiae terram trium aratrorum in loco qui dr aet hegythe thorne pro conpetenti pecunia id ÷. m^a^. milia denariorû. nunc itaq: pdicta terra in potestate illius sit donata cum rectis terminib: et iure hereditario firmiter fixa pmaneat. seu etiã ab omni uiĩ saeculariû seruitiis intus uel foras libera pseuerat sine aliquo grauidine et lesione maiorum minorûũe causarum ut habeat libertatem commutandi uel donandi in uita sua et post eius obitum teneat facultatem relinquendi cuicumq: uolueris. nullus regum aut episcoporum uel principum psentum uel futurorum ista sit contemnere ausus. sin autem redat rationê corã deo et coram angelis eius in die reuelationis dñi nri ihu xpi amen ⁝·

+ Ego coenuulf rex merc hanc donationem consensiendo sub.

+ Ego cuthred rex cantiae hanc donationê meã signo scae crucis xpi firmabo et subscribo.

+ Ego wulfredus gratia dei archi epis cons et sub.
+ Ego coenwald consensi et subscripsi.
+ Ego osuulf cons et sub.
+ Ego ealdberht cons et sub.
+ Ego wealh cons et sub.
+ Ego aethelieard cons et sub.
+ Ego berhtnoth cons et sub.
+ Ego ceolnoth cons et sub.
+ tidferth epis.
+ alhheard epis.
+ eaduulf epis
+ wulfheard epis.
+ beornmod epis.
+ wigberht epis.

+ wulfred arc epis.
+ alduulf epis.
+ uuerenberht epis.
+ deneberht epis.
+ alhmund epis.
+ wiohthun epis.
+ wigmund pr ab.
+ beonna pr ab.

+ Aethelnoth se gerefa to eastorege and gaenburg his wif araeddan hiora erfe beforan Wulfrede arcebiscope and aethelhune his masseprioste and esne cyninges thegne suae huether hiora suae leng lifes were foe to londe and to alre aehte gif hio bearn hebbe thonne foe [th]aet ofer hiora boega dagas to londe and to aehte. gif hio thonne bearn naebbe and wulfred archibiscop lifes sie thonne foe he to thaem londe and hit. forgelde and thaet. wiorth gedaele fore hiora gastas suae aelmeslice and suae rehtlice suae he him seolfa on his wisdome geleornie. and this [s]prece naenig mon uferran dogor on naenge othre halfe oncaerrende sie nimne suae this gewrit. hafath.

+ Uulfred arcepis.
+ Feol[o]geld pr ab.
+ Aethelhun pr.
+ Cuthberht pr.
+ Aethelnoth.
+ Gaenburg.
+ Esne.

thisses londes aran thrie sulong aet haegethe thorne. and gif hiora othru oththe baem siith forgelimpe biscop that lond gebycge suae hie thonne geweorthe.

CIV

COENUULF, 808.

+ Anno uero dominice incarnationi DCCC°UIII° indict. XU^a et regni mei a deo concessi XII° ego coenuulf rex merciorũ pro remedie anime mee et pro absolutione peccaminũ meorũ tibi meo fideli ministro eaduulfo dabo aliquantulã partem terre iuris mei in propriã potestatem id ÷ unã aratro et dimidia in loco que appellatur culingas cum omnib : usis ad eam rite pertinentib: ad habendam ac possidendã et cuicumq: placuerit in hereditate derelinquendã. Hec st termina huius agri ab oriente cyningestun tih ab aquilone genlad ab

occidente beornheardes lond a meridie thorndun. Siquis k quod ñ optamus maliuolo mente hanc meā donationem infringere temtauerit sciat se rationem esse reddituram ante tribunal dñi nri ihu xpi nisi ante ea pleniter emendauerit. Actu ÷ in loco celeberrimo quae a uulgo uocatur tomeworthig XUI. kuel maî. et eodem die pascha celebratur corā his testib: quorum nomina supter conscripta notantur.

+ ego coenuulf rex merc propria manu signo sce crucis xpi cons. et sb.

+ ego elfthryth regina cons. et sb.

+ ego heaberht dux cons et sb.

+ ego beornnoth dux cons et sb.

+ ego ceolward dux cons et sb.

+ ego cynhelm dux cons et sb.

+ ego ecgferth dux cons et sb.

+ ego byrnwald dux cons et sb.

+ ego eadferth dux cons et sb.

+ ego heardberht dux cons et sb.

+ ego ceolberht dux cons et sb.

+ ego dynne dux cons et sb.

CV

WULFRED, 811

+ In nomine altithroni dei summi regis aeterni. Ego uulfred dñi inspirante gratia xpi ecclesiae antistes pro reuerentia dñi nri ihu xpi. ac pro deuotissimo sincerae caritatis affectu. et pro expiatione piaculorum meorum. seu etiam pro mutua commoda uicissitudinis agellorum nrorum quorundam. hoc ÷ uerbi gratia quae familiae xpi ecclesiae. id ÷ proprie nris frib: in perpetuae haereditatis facultatê tribuens donabo terram trium aratrum meae proprie iuris in regine easterege quae inibi ab in colis folcuuining lond uocatur atq: iterum etiam in eade regione eosterge meae proprie hereditatis ruriculû unius aratri illis trib : adherens prodictis nrae fraternitati on byrg ad possidendû reddo. Haec quattuor qq possessiones aratra ita mihi in propriam ptinerunt conditionê. illa ig tria aratra id ÷

thaet folcwining lond on eosterge et unum aratrû ibi in nrae terrae medio. et liminum coenuulf rex mihi cum suis primis dignitatum gradib : cum ceteris agellis donauerit. pro illius agelli conparatione on magonsetum aet geardcylle terra decim manentium quem a cynethrythae adquirere et conparare curaui. Sed illud aratrum unû on liminû de quo prodiximus. id ÷ thaet wynnhearding lond et babbing lond et an iocled on uppan ufre quam terram id ÷ aratrum illud aet liminum ad xpi ecclesiã tribuam pro agello illius aratri quod frib: nris sicut pdixi tradidi on eosterge. Et illud iam dudum etiam xpi ecclesiae proprium fuit. Insuper etiam addidi on eostorege quintum aratrum frib: nris concedendam quae a reacoluensae ecclesiae prius transmotauerã qd dunwaling lond dr. hoc eg ea condicione addens dabo ut quanto eorû humilitas atq: oboedientia circa nos deuotior fuerit. tanto ig illis semp largiores in cunctis bonis dno miserante existere curamus. has itaq: terrulas ideo collegere et simul ita in unû coniungere eximiae caritatis industria curaui. ut facilius elaborare ac desudare sua propria in illis potuissent quasi adunate unius termini in tria septa conclusi. atq: illas etiam meae propriae arbitrio in dño nris frib: ppetue dono cum omnib: bonis ad serite undecumq: cum siluis pascuis pratib: q: et cum omni eximia libertatis honore eis tribuam exceptis trib: tantum debitis. id ê expeditionê et arcis munitionê et pontis instructionê aduersus paganos. ut nra familia uidelicet frs nri feliciter et ppetualiter salua iure illis. iuxta sua necessitatis proprietatem p omnia ut illis placuerit. in dño fruerentur. huius eg reconciliationis nrae uicissitudinem beniuola mente adnuendo consentiendo crucis xpi uexillo roborabo hac tñ uera interposita rationis condicione tam clementer hoc agens quae mihi et meis heredib: tam stabile et immune et ppetue inmobile fixum in dño in euum pduret illa uerbi gratia uicissitudinis transmotatio quã mihi familia nri frs uidelicet ex suo proprio iuris arbitrio unanimo desiderio et consono mentis consensu cunctorû seniorum iuniorumque propria uoluntate tradidert terram utiq: ubi ab incolis regionis aet burnan uocabulum dr. quattuor aratrû quam terram totam iam dudum aldhun quidam comes uenerabiles propinquus domni iaemberhti arcepis familiae et propriae singulariterq: frib: pro aeterna familiaritate ãc pro animae suae redemptione iure ppetua liberaq: ad possidendû illis donauerat. illamq: terram ecgberht rex aldhuno conscribendo dederat. Sed p^t eo rex offa pdictam terram a nra familia abstulit

uidelicet quasi non liceret ecgberhto agros hereditario iure scribere. Sed post ea beatae memoriae aethelheard arcepis a rege offa adquirere studuit illã terram cũ integra libertate ad xpi ecclesia. Sed et ipse aethelheard arcepis ñr paulo ante obitum suũ cum psuassione amicorũ frib: nris illam terram cum illa libertate et cunctis reb: rite ad eam ptinentib: restituere demandauit. ut illi terre fructib: utilitatisq: usib: frs pro redemptione anime illius ppetue secundũ suum placitũ tantum in dño fruerentur. quamobrem frs ac familia nra illa quattuor aratra ipsius terre aet burnan proprie ac ppetue hereditatis arbitrium tradidert ad transmotationis uicissitudine illius terre on easterege quam pdiximus. mihi qq tam liberam et securam p omnia habendam fruendamq: ppetue et ad trahendam secundum meae uoluntatis placitum arbitriumq : in aeuũ dederunt. et consentientib: animis cunctorumq: manibus crucis signaculo libenter subscribentib: atq: hoc etiam difiniuimus et firmiter reconciliantes coram idoneis testib: roborauimus ut tota illa terra quam ipsi tradiderunt mihi aet burnan tam immunis absq: alicuius contradictionis obstacula ppetue fieri posset sicut illa terra on eostorege quam illis dederam eis ppetue inuiolabilem ẽe desiderio. Si k quod absit aliquis maliuola audacia hanc nram uicissitudinẽ p tyrannidẽ inuadere uel infringere temtauerit nouerit se ante tribunal summi et tremendi iudicis xpi ẽe rationẽ redditurum. Nisi illud prius digna satisfactione emendauerit. Et si qualibet nrae partis condicio innocens et incontaminata reperta ipsius rei fuerit seu forte utraq: suae propriae iuris possessio salua et integra ratione ad pristine hereditatis gremium reuertetur. Pars k illa que rea et deprauata fuerit suae propriae partis rea priuetur et iustum arbitrorum iudicium subire cogetur ibiq: iuste districtiones accipiat sentiatq : satisfactionem.

+ Ego uulfred gratia dei arcepis huius reconciliationis nrae uicissitudinẽ signo scae crucis xpi confirmabo et subscribo.

+ Ego beornmodus epis consens et sub.

+ Ego wernoth pr et ab. consens et sub.

+ Ego beornwine pr et ab consens et sub.

+ Ego feologeld pr et ab consens et sub.

+ Ego aethelhun pr consens et sub.

+ Ego ceolstan pr consens et sub.

+ Ego heamund pr consens et sub.

+ Ego osuulf pr consens et sub.

+ Ego heremod pr. consens et sub.
+ Ego tudda pr consens et sub.
+ Ego deornoth pr. consens et sub.
+ Ego abba pr consens et sub.
+ Ego guthmund pr consens et sub.
+ Ego badoheard pr consens et sub.
+ Ego cuthric pr consens et sub.
+ Ego hunferth pr consens et sub.
+ Ego uuilnoth pr consens et sub.
+ Ego dryhtnoth pr consens et sub.
+ Ego eangeard pr consens et sub.
+ Ego aethelheah pr consens et sub.
+ Ego ealhun pr consens et sub.
+ Ego deneberht dia consens et sub.
+ Ego coenhere diã consens et sub.
+ Ego tilred diã consens et sub.
+ Ego bilheard diã consens et sub.
+ Ego dudd diã consens et sub.
+ Ego goda diã consens et sub.
+ Ego brunheard diã consens et sub.
+ Ego uulfheard consens et sub.
+ Ego osmund consens et sub.

Actum ÷ k hoc anno dominice incarñ. DCCC.XI. indictione. III. imperii k coenuulfi regis. XV. anno. presulatus k wulfredi arc epis. VI. die k undecimo kuel. mai. in loco pclara in ciuitate dorouernia. regnante dño sine fine amen:·

CVI

COENULF DE MERCIA, 811

+ In nomine dei summi regis aeterni. Anno at incarnationis eiusdem dñi saluatoris mundi ihu xpi. DCCC°XI°. Indictione uero. III. porro qq imperii piisimi regis merciorũ coenulfi anno. XV°. praesulatus etiã uulfredi archipontificis anno. VI°. prima kalendarũ die augustarũ in loco pclaro oppidoq: regali lundaniae uicu conciliũ pergrande collectũ habebatur. in quo uidelicet ipse rex coenulf

atq: uulfred arc episc cum coepiscopis illius duob: uerbi gratia deneberht huicciorû epis. aetheluuf episcop. australiû saxonû. cum principib : ducibusq et maiores natu. quorû nomina infra craxantur. inter alias qq diuersarum rerû causas in illo habentes concilio interpraetatas. Placuit pio regi coenuulfo cum consilio et consensu totius concilii illus id ê episcoporû principû ducû iudicumue maiorumq: natu. Pro honore dei omnipotentis ac pro expiatione piaculorû eins. atq: pro reuerentissima dilectione uulfredi arcepisci. seu etiam pro eius larga pecuniarû remuneratione. hoc ê centum et uiginti. VI. mancosas pro his reb: in occidentale cantiae in regione suburbanaq: regis oppido ibi ab incolis roegingahām nuncupato Terrā duorû aratruum in locis nominatis illic thaet suithuninceg lond aet grafon aea. atq: rerû in ciuitate dorouernia in australe parte ecclesiae saluatoris duas possessiunculas et tertiā dimediā id ê in nra loquella thridda half haga et prata duo ad eas prius et modo pertinentia in orientale parte sture fluminis sita. Coenuulf rex has terrulas sui propriae puplicae iuris cum praedicto concilii consensu. ac pro cunctis antedictis causis uulfredo suo archipontifici donare ac conscribere in propriā atq: in perennê hereditatem habendû fruendumq: et ad tractandum cum campis pascuis pratib: siluis saltib: piscuosis ac maritimis fretib: paludib: uallibusq: dulcis salsuginesque salisq: stationib: eoctionesq: et cum cunctis fructib: interius exteriusq: uel aliunde usquam ad eas rite uel umqua pertinentia in talem sibi usum qualê semet ipsi utillimum optimumue fore uideretur firmiter pleniterq: deiudicauit. Integrum qq libertatê his terrulis atq: ruriculis rex coenuulf cum auctoritate supra dicti concilii decreuerat. Ut perpetue sint libertate ab omnib: puplicis tributis et ā cuncti regaliû rerû uel operum debitis. siue principû seu ducû uel procuratorû aut etiam ab omni saeculariû causarû rerumue grauidine exceptis his debitis. id ê pontis instructionê. et contra paganos expeditionê. Atq: arcis munitionê distructionemue Cum tamen hoc uniuerso populo oportunitas summa poposcerit et necessitas eximia hoc agendû cunctos undicumq: coherceret. tunc et illi rite sua reddent.

+ Ego coenuulf dñi misericordia rex mercior huius nrae dationis ac libertatis remunerationê mente consona propriisq: manib: crucis xpi signo confirmare roborareque st.....

+ aelfthryth regina consentiens subscripsit.

+ sigred rex subscripsit.

+ uulfred archi epis xpi gratia subscripsit.
+ deneberht epis subscripsit.
+ beornmod epis subscripsit.
+ aetheluulf epis subscripsit.
+ heardberth princ subscrip.
+ beornnoth princ subscrip.
+ cynehelm princ subscrip.
+ eadberht dux cons subscrip.
+ ecguulf dux cons subscrip.
+ eanberht dux cons subs.
+ heahferth dux cons subs.
+ cyneberht propiñ eius sub.
+ coenwald propiñ eius sub.
+ aethelheah pedes sessor sub.
+ cuoenburg abba. sub.
+ seleburg abb subscripsit.
+ cuthred pr subscripsit.

CVII

COENUULF, 811.

+ In nomine dñi nri ihu, xpi. regnante in perpetuum eodem deo et dño nro ihu xpo. Ego coenwulf gratia dei rex merciorum Viro uenerabili beornmodo episcopo. Trado terram iuris mei id est quasi tria aratra ad meridianam plagam ciuitatis quae dicitur hrofescester. ut habeat et possideat. et cuicunque uoluerit illo uiuente seu moriente aeternaliter tradendam concedo. Sunt k huius telluris termini notissimi ab oriente uia puplica a meridie uuldahā. ab occidente flubius meduwege ab aquilone mearateag. Si quis hanc donationem meam infringere aut minuere temptauerit sciat se rationem redditurum ante tribunal aeterni iudicis nisi prius deo et hominibus digne emendauerit. et praedicta terra sit libera ab omni regali et saeculari seruitio. adiectis denberis in commune saltu: Otanhyrst et fraecinghyrst. sceorfesstede. Crangabyras. wihtherincfaladsto. et haeseldaen.

+ Ego coenwulf rex merciorum hanc donationem meam signo sce crucis xpi confirmaui.

+ Ego wulfred archi epi consensi et subscripsi.
+ Ego deneberht epi cons et sub.
+ Ego aethelwulf epi cons et sub.
+ Ego sigered rex cons et sub.
+ Ego aelbthrith regina cons et sub.
+ Ego heardberht dux cons et sub.
+ Ego beornmod epi cons et sub.
+ Ego beornnoth dux cons et sub.
+ Ego cynehelm dux cons et sub.
+ Ego eadberht dux cons et sub.
+ Ego cyneberht propinquo regis cons et sub.
+ Ego coenwald propinquo regis cons et sub.
+ Ego quoenthryth filia regis cons et sub.
+ Ego eanberht dux cons et sub.
+ Ego aethelheah cons et sub.
+ Scripta ÷ k haec kartula anno dominicae incarnationis DCCC^a^XI^a^. indict. III^a^. his testibus csentientib; et subscribentib;.

CVIII

COENUULF, 812

+ In nomine dei summi regis aeterni. Anno qq incarnationis dei et saluatoris mundi DCCCXII^o^ indictione v Regni quoq: gloriosissimi merciorum regis coenuulfi Anno XVI Praesulatus etiam uulfredi archiepiscopi VII° Inter alios quoque deo adnuente bonarum rerum euentus uerbi gratia placuit itaque regi coenuulfo atq: uulfredo arcepiscopo quorundam commutationes agellorum ambobus conpetentius in orientalibus cantiae partibus sapientibus eorum consentientibus firmiter peragere. Ita quoq: primitus uulfred arc episc hac interposita ratione aliquam terrae partiunculam hoc ÷ duarum manentium in loco ubi sueordhlincas uocitantur iuxta distributionem suarum utique terrarum ritu cantiae an sulung dictum Seu in alio loco mediam partem unius mansiunculae id ÷ an ioclet ab incolis ibi ecgheanglond appellatur. Quam terram uidelicet Uulfred arc episc plenario ac digno conparauerat praetio ab uulfhardo praesbytero iam dudum Aethelheardi bonae memoriae arc episcopi

sibi ad possidendum atque fruendum per omne modum Seu etiam cum libertate sicut et ipse illam terram conparare et possedere optenuit. id è ut iure hereditario perpetuae possederet Et ab universis etiam terrenis difficultatum notis et ignotis condicionib; ac tributis siue ab omni opere puplico aedificiorum aut in quolibet ducatu perenniter libera frueretur Et sua sic utilitate qualecumq: sibi dei dono puideret terram derelinqueret illam. Unde igitur xpi gratia uulfred arc episc eandem terram sibi tam propriam et quam liberam habendam fruendamq: in suum proprie arbitrium conparare pleniter ut pdiximus procurauit Atque etiam insuper sic regi coenuulfo dare atq: ad rei pup..e condicionis donare decreuerat ubi uel cuicumq: utilitati sibi fore uideretur. Pro agellorum Transmutatione uerbi gratia isdorum qui in partibus suburbanis regis oppidulo ferresham dicto fieri uidebantur. hoc è terrae particula duarum manentium id è an sulung ubi ab incolis grafoneah uocitatur Ab aquilone habens terminum suuealuue fluminis a plaga oriente suithhuning lond a parte occidentali ealhfleot ab austro sighearding meduue ond eac suithhuning lond. Atq: rursum in partib: australi in regione on liminum et in loco Ubi ab indegenis ab occidente Kasingburnan appellatur demediam partem unius mansiunculae id è an ioclet Ad id insuper addito illo litore foris maritimo cum pristinis terminib; cunctis ad eam usquam rite pertinentib;. Dei gratia qq rex Coenuulf has pdictas terrulas uerbi gratia Aet grafon aea Atq: iterum aet casingburnan litoreque illo cum omnib; undecunque legitimis limitibus campis salsuges pascuis siluis pratibus paludib; litorib; piscuosis Seu cunctis aliunde usib; quisquilib; maritimisq: fructibus Pro illis pdictis agellorum Uicissitudinib: aet sueordhlincum et ecgheanglond Uulfredo arc epis ueraciter et firmiter in propriae condicionis ac in perpetue possessionis hereditatem cum uniuersae integritatis libertate perpetualiter in dño concedens donabo Sibi ipsi habendum ac perpetue fruendum ac sic ad trahendù Ut semet ipso utillimum êe uideretur. Cum uniuersae libertatis pdictae discretionem per omnia inmobiliter secundum quod terram pdictam Uulfred arc episc conparauerat haberet. Atq: hac condicione regi coenuulfo transmutare et in dño donare diiudicauerat Sicut superius ratum et delibratum et infra crucis uexillo et sub idoneis testib; roboratù habetur. Insuper additur hoc Si huius uicissitudinis persona quilibet ex utralibet parte hanc commutationem aliter transmutare aut uiolare temptauerit quam difinitù

fieri uidetur. salua iure intemerata possessiuncula cum pdicta libertate absq: obstaculo alicuius quaestionis ad proprie hereditatis gremium redeat.

Aut etiam quilibet dominorum Seu summo saeculi dignitatum gradu ditatus huius uicissitudinis reconciliationem tyrannico fraude fretus ex his utralibus partib; quod tam firmiter reconciliaretur hanc mutare uel fraudare iniqui temptauerit nouerit se anathematum esse et ante tribunal summi iudicis xpi rationem redditurum. Nisi prius digna satisfactione emendauerit.

+ Ego coenuulf xpi gratia rex merciorum huius nrae uicissitudinis munificentiam larga manu donabo atq: crucis uexillo roborabo.

+ Ego uulfred gratia dei arc episc huius nostrae reconciliationis munificentiam adnuendo consentiens et signo crucis xpi roborado.

+ Ego eaduulf episc consentiens subscripsi.

+ Signum manus cuthredi pr.

+ Signũ mañ ploesa ducis.

+ Signũ mañ cyneberhti reg propinq.

+ Signũ mañ coenuualdi reg propinq.

+ Signũ mañ aethelheah pêd sec.

CIX

WULFRED, 813

+ In nomine sanctae saluatoris dei et domini nostri Ihesu Christi. anno ab incarnatione eiusdem dei et redemptionis mundi DCCCXIII. Indict. VI. praesidente Christi gratia archipontifice Uulfredo metropolitano sedem ecclesiae Christi quae sita est in dorouernia ciuitate anno VII. episcopatus eiusdem archiepiscopi diuina ac fraterna pietate ductus amore deo auxiliante renouando et restaurando pro honore et amore dei sanctum monasterium dorouernensis ecclesiae reaedificando refici auxiliantibus eiusdem ecclesiae presbiteris et diaconibus cunctoque clero domino deo seruientium simul. Ego Uulfredus misericordia dei archisacerdos pro intimo cordis affectu dabo et concedo familia Christi habere et perfruere domos quas

siui proprio labore construxerunt iure perpetuo hereditatis munificentia illis uiuentibus seu decedentibus cuicumque relinquere uel donare uoluerint unusquisque liberam habeant facultatem in eodem monasterio donandi sed nec alicui foras extra congregationi. Ita etiam in Christi caritate obsecrans precipio omnibus successoribus meis hanc praedictam donationem inconcussa et inuiolatam salua ratione seruandam sed sine semper in euum. hac tamen conditione ut deo humiliores et gratiores omnium beneficiorum dei semper existant seduloque frequentatione canonicis horis ecclesiam Christi uisitent orantes ac deprecantes pro seipsis propriis piaculis et pro aliorum remissione peccatorum misericordiam domini implorent. Necnon domum refectionis et dormitorium communiter frequentent iuxta regulam monasterialis disciplinae uitae obseruant. Ut in omnibus honorificetur deus et uita nostra et bona conuersatio nobis nostrisque proficiat in bonum. Si quis illorum per audaciam suae malae uoluntatis hanc praedictam constitutionem inritam habere et in obliuionem deducere et congregare conuiuias ad uescendum et bidendum seu etiam dormiendum in propriis cellulis sciat se quisquis ille sit reatum se esse propriae domi et in potestate archiepiscopi ad habendum et cuicumque ei placuerit donandum k manentem itaque hanc kartulam in sua nihilominus firmitate.

+ Ego Uulfred gratia dei archiepisc signo sanctae crucis Christi firmans subscripsi.

+ Ego uuernoth pr ab coñ et subscripsi.

+ Ego wulfheard pr coñ et sub.

+ Ego heamund pr coñ et sub.

+ Ego osuulf pr coñ et sub.

+ Ego ceolstan pr coñ et sub.

+ Ego tudda pr coñ et sub.

+ Ego diornoth pr coñ et sub.

+ Ego guthmund pr coñ et sub.

+ Ego cuthberht pr coñ et sub.

+ Ego coenhere coñ et sub.

+ Ego brunheard coñ et sub.

+ Ego haehferth coñ et sub.

CX

COENUULF DE MERCIA. 814

+ In nomine sci saluatoris dei et dñi nri ihu xpi Regnante ac gubernante eodem dñno ihu simulq: spu sco gubernacula. in imis et in arduis disponendo ubiq· regit licet sermo sapientiû consiliumq: prudentium stabilis permaneat tamen ob incertitudine temporalium rerum diuinis numinib: muniendo praescrutando pro ignotis et incertis euentis stabilienda roborandaq: in deo uiuo et uero sunt. Quapropter ego coenuulfus gratia dei rex merciorum uiro uenerando mihiq: in xpi caritate summo pontificalis apice decorato Uulfredo arc epis dilectissimo dabo et concedo aliquam partem terrae iuris mei quae mihi largus largitor omniû bonorû ds donare dignatus ê pro intimo caritatis affectu ut apostolus ait hilarem enim datorê diligit ds. Seu etiam pro commodo pecunio illius hoc ê. VII. libras auri et argenti in prouincia cantiae terram unius aratri in loco et in regione quae dr westanwidde ubi nominatur cynincges cua lond cum suis contiguis terminib: quae rite et recte iam olim ad illam terram pertinebant id ê ab oriente grafon eah et ab occidente unum fretum qui nominatur nra propria lingua mearcfleot et seleberhtincg lond et ab austro strata antiqua quae iacet ad portû que dr cillincg Ac hoc aratrum cum omnib: utensilib: bonis ad mansionem on grafon ea aeternaliter concessum ê. Insuper etiam praefatae concessionis honorabili episcopo ego coenuulf rex aeternae libertatis confirmationem in dño ihu saluatore nro liberabo ut nunc et deinceps ab omni uī saeculari seruitutis tui dicioni subiaceat et omni sexu humanae condicionis saecularium gradum seu ecclesiasticarum ordinû notis uel ignotis paruis uel magnis praesentis et futuris sicut ā primordio xpianae religionis territorias et proprias possessiones orthodoxi et eruditi uiri statuerunt et postea firmauerunt Ita in omnib: inlaesa et inconcussa permaneat Nisi his trib: tantummodo causis id ê expeditionê et arcis munitionem contra paganos et pontis instructionem communiter sicut tota gens illa de suis propriis hereditariis consuete faciunt Cum omnib: bonis quib: diuina gratia tibi tuisq: fauendo adnuendoq: concesserit habere et perfruere quamdiu uita comes fuerit Ac postea cuicumq: relinquere tibi ad

commodum utile perspexeris liberam habeas potestatê sine fine tuis hereditariis persueuerare in aeuum Cum campis siluis quae on blean ad illã terrã recte pertinent pascuis pratis piscationib: uenationib: paludib: aucupib: aquis mariscis salsib: fretib: quae umquam in minimis uel maximis ad istã praenominatã terram competebat aut nunc difinienda augendoq: iure perpetuo donata constant.

Si quis autem quod non optamus auaritiae ignib: aestuans superbiaeq: typo tumidus diabolica fraude deceptus supramemoratam donationis concessionem infringere aut minuere temptauerit Sciat se anathematis uinculis esse damnatû et ã communione corporis et sanguinis xpi hic et in ultimo examine et ab electione omniû scorum êe separatû nisi prius digna satisfactione emendauerit Et si quis augendo multiplicandouẽ beniuolo animo amplificare aut defendere uoluerit augeat illi omnipotens ds aeterna bona in caelestibus regnis. Actum ê anno dominicae incarnationis. DCCC⁰XIIII⁰. Indictione . VII^a. his testib: consentib: atq: confirmantib: quorum infra nomina subternotata sunt qui adunati et congregati fuerunt in praesentia coenuulfi regis merc in uico regali qui dr aet bearwe die . VII^a kl decembres.

+ Ego coenuulf gratia dei rex merc hanc libertatis munificentiã sub uexillo scae crucis xpi contirmabo et subscribo.

+ Ego aelfthryth regina consensi et subs.

+ Ego alduulf epis cons et sub.

+ Sig mañ heardberhti ducis.

+ Sig mañ ceoluulfi regis propinqui.

+ Sig mañ uuighardi.

+ Sig mañ rethhuni pr et abb.

+ Sig mañ torhthelmi.

+ Sig mañ eaduulfi.

CXI

COENUULF, 814

+ In nomine dei excelsi, qui est spes omnium finium terre et in mari longe. Ego Coenuulf, eius melliflua gratia largiente rex Mercio-

rum, cum consilio et consensu optimatum meorum quorum infra caraxata sunt uocabula, meo fideli atque uenerabili episcopo, Deneberhto, atque eius familiae quae sita est in Uueogernensi ciuitate illorum XII. hominum pastum, quae rite ad illam ciuitate illorum XII. hominum pastum, quae rite ad illam ciuitatem pertinent, et ad alia quae sub eius sunt potestate monasteria constituta, liberaliter perenne concedo. Quia ille episcopus et eius familia ciuitati Uueogernensis mihi in perpetuam haereditatem XIII. manentes tradiderunt. Hoc est monasterium quod nominatur Bituinaeum III. manentes, et in occidentali plaga fluminis Sabrinae X. et sic firmam pacem atque placationem inter nos, omnium undique discussis conuitiorum obstaculis, constituti sumus. Acta est autem haec donatio anno DCCCXIIII. indictione VII. in uico celeberrimo qui uocatur Tomouuorthig. die VII. kl. Ianuarii, regni autem nostri a deo concessi XVIII°. anno. Si quis autem hanc libertatem nostram seruare uel augere uoluerit, augeat omnipotens dies suas hic et in sempiternum. Si quis autem hoc in aliquo frangere uel minuere temptauerit, sciat se separatum, alienatum, atque anathematum a deo atque omnibus sanctis in die tremendi examinis, nisi ante hic cum satisfactione emendauerit. Hanc libertatis donationem dominice incarnationis an.....

+ Ego Coenuulf rex Merciorum, cum uirtute sanctae crucis scribendo conroboraui. + Ego Uulfred archiepiscopus consensi. + Ego Aelfthryth regina consensi. + Ego Ealdulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Uuerenberht episcopus consensi. + Ego Deneberht episcopus consensi. + Ego Uulfheard episcopus consensi. + Ego Heardberht dux consensi. + Ego Beornnoth dux. + Ego Dynna dux. + Ego Ceolberht dux. + Ego Mucel dux. + Ego Ceolwulf.

CXII

COENUULF, 814

: In nomine sci saluatoris dei et dñi nri ihu xpi. Regnante ac gubernante eodem dño ihu. Simulque spu sco gubernacula in imis et in arduis disponendo ubique regit. licet sermo Sapientium consiliumq: prudentium stabilis pmaneat. tamen ob incertitudine tem-

poralium rerum diuinis numinibus muniendo. pscrutando pro ignotis et incertis euentis stabilienda roborandaque in deo uiuo et uero sunt. Quapropt ego coenuulfus gratia dei rex merciorû. uiro uenerando mihique in xpi caritate summo pontificalis apice decorato. uulfredo arcepis dabo et concedo aliquam partem terre iuris mei quae mihi largitor omnium bonorû ds donare dignatus est pro intimo caritatis affectu ut apls ait. hilarem enim datorem diligit ds. et hoc est in loco qui dicitur byxlea. x. aratrorû in ppetuam possessionê. et haec terra libera pmaneat. pter arcem. et expeditionem pontisq: constructionê. Quo si quisq: huic largitioni contradixerit. contradicat ei ds et deneget ingressum caelestis uitae. Et his liminibus haec pars telluris circumgirari uidetur. Aerest up of craegean on fulan rithe. andlang rithe oh thone faestendic andlang dices oth thaet gebyhte. of tham gebyhte andlang hagan oth cyninges healh. thanon andlang hagan ut on craegean. andlang craegean oth thone hagan. andlang hagan oth paethfeld. thanon andlang hagan oth aescburnan. of tham burnan andlang hagan on casincgstraet. east andlang straete on scoffoces sæ. thanon north andland straete oth lytlanlea. thanon east andlang mearce oth enede mere suthrihte of tham mere to burnes stede. thanon andlang hagan oth casingetraet. andlang straete on thone calewan telgan. thanon ut on craegean. swa eft on fulan rithe. Haec sunt nomina pastuum porcorum. helfrethingdenn. hunbealding hola. frumesing leah. burnesstedesdenn heanyfre. thaes gemaere is on east healfe spachrycg. on suthan plumwearding pearrocas. on westan lindcylne. on northan auene. Actum ÷ hoc anno dñice incarnationis. DCCC°.XIIII°. Indict. VI^a. his testibus consentientibus atque confirmantib: quorû infra nomina nota sunt.

+ Ego coenuulf gratia dei rex merciorû hanc donationis confirmationê signo sce crucis xpi roboraui.

+ Ego uulfred arc eps cons et sub.

+ Ego denebyrht eps cons et sub.

+ Ego uulfheard eps cons et sub.

+ Signum manus eadberhti ducis.

+ Signum manus ealhheardi ducis.

+ Signum manus ceoluulfi ducis.

CXIII

COENUULF, 814

+ In nomine sancti saluatoris dei et domini nostri Ihesu Christi, regnante ac gubernante eodem domino Ihesu simulque spiritu sancto gubernacula in imis et in arduis disponendo ubique regit ! Licet sermo sapientium consiliumque prudentium stabilis permaneat, tamen ob incertitudine temporalium rerum, diuinis numinibus muniendo, perscrutando, pro ignotis et incertis euentis, stabilienda roborandaque in deo uiuo at uero sunt. Quapropter ego Coenulfus gratia dei rex Merciorum, uiro uenerando in Christi charitate summo pontificalis apice decorato, Uulfredo archiepiscopo dabo et concedo aliquam partem terrae iuris mei, quae mihi largitor omnium bonorum deus donare dignatus est, pro intimo caritatis affectu, ut apostolus ait, hilarem enim datorem diligit deus. Et hoc est in loco qui dicitur Binnanea, circiter xxx. iugera, inter duos riuos gremiales fluminis quod dicitur Stur. Et haec terra libera permaneat in perpetuam possessionem aecclesiae Christi. Quod si quisque huic largitioni contradixerit, contradicat ei deus, et denegat ingressum coelestis uitae. Actum est hoc anno dominicae incarnationis DCCC.XIIII°. Indict. VI. his testibus consentientibus atque confirmantibus, quorum nomina nota sunt.

+ Ego Coenuulf gratia dei rex Merciorum hanc donationis confirmationem signo crucis Christi roboraui.

+ Ego Uulfred archiepiscopus consensi et subscripsi.

+ Ego Denebyrht episcopus consensi et subscripsi.

+ Ego Uulfhard episcopus consensi et subscripsi.

+ Signum manus Eadberhti ducis.

+ Signum manus Ealhheardi ducis.

+ Signum manus Ceoluulfi ducis.

CXIV

COENUULF, 814

+ Regnante in aeuum archipoli conditore! Ego Coenuulf, eius praeclara gratia concedente rex Merciorum, dabo aliquam partem terrae iuris mei meo uenerabili atque in deo dilecto Deneberhto episcopo, atque eius familiae, quae est in Uuegorna cestre, id est, octo manentium, in loco qui appellatus est aet Sture, cum omnibus ad se bonis pertinentibus, perpetualiter ad habendum, possidendum atque fruendum tamdiu quam Christianitas in ista permaneat regione. Liberam quoque terram istam concedo ab omnium saecularium rerum operibus, ac tributum oneribus, atque exactorum conflictione, exceptis his expeditione et pontis constructione, et singulare praetium foras, nihilque ad poenam resoluat. Acta est autem haec donatio anno dominicae incarnationis DCCCXIIII^to^. Indictione VII. his testibus consentientibus ac scribentibus, in uico celeberrimo, qui uocatur Tomoworthin, quorum infra liquescunt uocabula. Si quis autem hanc nostram donationem augere, seruare, uel adiuuare uoluerit, augeat omnipotens deus dies suos et bona hic et in futuro. Si quis autem, quod non optamus, in aliquo frangere uel minuere temptauerit, sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum, atque a deo et omnibus eius sanctis alienum, nisi antea hic cum satisfactione emendauerit. Pro huius telluris donatione ille episcopus et eius familia mihi dederunt XII. manentes bi Gythinge, in perpetuam haereditatem possidendum, his testibus consentientibus.

+ Ego Coenuulf, rex Merciorum, hanc meam donationem signo sanctae crucis confirmaui. + Ego Aelfthryth regina consensi et subscripsi. + Ego Aldulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Uuerenberht episcopus consensi. + Ego Heardberht dux. + Ego Deneberht episcopus consensi. + Ego Beornoth dux. + Ego Eadgar presbiter. + Ego Sigred minister. + Ego Uuigberht presbiter. + Ego Eadwulf minister.

CXV

COENUULF, 814

+ In nomine dei summi Igitur anno dñce incarnationis DCCCXIIII regni uero nri a deo concessi XUIII. Ego coenwulf rex merc suithnothe meo comite terram .I. aratrorum in propriam possessionem et libertatem sibimet uel suis heredibus in ppetuum fruere pdonabo Scilicet iuxta silua quae dicitur caert cum campis cum siluis cum pascuis cum pratis .XV. carra de feno capientia cum uno molina et waldbera wiolhtringden et thorningabyra et beardingaleag et focgingabyra et speldgisella et hegethonhyrs et hrithden et cunden et begegebyra et sponleoge et thet firhde bituihu longanleag et them suthtune et tha snadas illuc ptinentia cum antiquis terminibus liberabo pdictam terram a notis causis et ignotis a magnis uel modicis aetiam nomina testium infra adscribuntur pro cautella futuri ambiguitatis augentis hanc donationem meam à misericordissimo dño aeternam benedictionem consequantur ⁝· Si quis uero regum uel principum seu pfectum hunc libertatem meam infringere aut minuere uoluerit Sciat se separatum ẽe in die iudicii a consortio scorû nisi digne emeudauerit ante reatum suum ⁝·

+ Ego coenwulf gratia dei rex merc hanc donationem meam cum signo sce crucis confirm et subscr.

+ Ego aelfthrytha regina merc conseñ et subscr.

+ Ego uulfred arcepi cons et subscr.

+ Ego alduulf epi cons et subscr.

+ Ego werenbert epi cons et subscr.

+ Ego denebierht epi cons et subscr.

+ Ego eadwulf epi cons et subscr.

+ Ego wulfhard epi cons et subscr.

+ Ego tidferd epis cons et subscr.

+ Ego sibba epi cons et subscr.

+ Ego beornmod epi cons et subscr.

+ Ego aethelnoth epi cons et subscr.

+ Ego wigberht epi cons et subscr.

+ Ego wigtheng epi cons et subscr.

+ Ego wilheard pr abb cons et subscr.

+ Ego wigmund pr ab cons et subscr.
+ Ego rethhun pr ab cons et subscr.
+ Ego piot pr ab cons et subscr.
+ Ego tidbald pr ab cons et subscr.
+ Ego wulfhard pr ab cons et subscr.
+ Ego cuthwulf pr ab cons et subscr.
+ Ego heardberht dux cons et subscr.
+ Ego biornnoth dux cons.
+ Ego dynne dux cons.
+ Ego ethelheah dux cons.
+ Ego mucel dux cons.
+ Ego sigered dux cons.
+ Ego aethelmod dux cons.
+ Ego wigheard dux cons.
+ Ego eatferth dux cons.
+ Ego wulfred dux cons.
+ Ego eadberht dux cons.
+ Ego ealhhard dux cons.
+ Ego ciolhard dux cons.
+ Ego biornhard dux cons.
+ Ego bofa dux cons.
+ Ego ecgwulf dux cons.
+ Ego cudred cons.
+ Ego wulfred cons.
+ Ego wighard cons.
+ Ego eadwulf cons.

CXVI

COENUULF, 816

+ Altithroni tonantis, cunctam mundi machinam moderantis, quis est, et qui erat, et qui uenturus est, melliflua gratia concedente, Ego Coenuulf rex Merciorum regimina tenens, cum consilio et consensu procerum et satellitum meorum, quorum infra caraxata liquescunt uocabula, meo praeclaro atque fideli pontifici Deneberhto, et sibi commissae Uuigornensis aecclesiae congregationi, hoc libertatis priuilegium de istis territoriis componere decreui ; scilicet de

Heallingan, cum uillulis suis in occidentali parte Sabrinae fluminis, et ab occidentali eiusdem, Spaecleahtun, et Hymeltun, atque Hraef-neshyl scilicet, et Hlappawurthin, atque Oddingalea; liberas conscripsi ab omnibus aliis saecularibus rebus et seruitutibus, exceptis tantum his tribus causis, arcis et pontis constructione, et expeditione. Similiter hanc terram quoque xv. manentium, in loco qui dicitur Ceadresleahge, libertatis priuilegio, in campis et siluis, omnibusque modis sic liberam conscripsi. Peracta est autem haec donatio anno dominicae incarnationis DCCCXVI. indictione nona, regni uero nostri a deo concessi. XX°. Augentis uero uel seruantis hanc nostrae donationis libertatem omnipotens deus dies et uitam hic et in futuro augeat, corroboret et benedicat. Minuentem utique uel frangentem hanc, in magno disperdat eius districti examinis die, nisi ante cum satisfactione emendauerit.

+ Ego Coenuulf, rex Merciorum, hanc donationem nostram consentiendo signum crucis Christi mea manu impressi. + Ego Aelfthryth regina consentio. + Ego Wulfred archiepiscopus. + Ego Eatfert dux. + Ego Hereuuinus episcopus. + Ego Wulfred dux. + Ego Reathunus episcopus. + Ego Alhheard dux. + Ego Deneberhtus episcopus. + Ego Beornoth dux. + Ego Wulfheardus episcopus. + Ego Dyne dux. + Ego Wigheard abbas. + Ego Mucel dux. + Ego Eanmund abbas. + Ego Sired dux. + Ego Wihtred abbas. + Ego Heardberht. + Ego Tilberht abbas. + Ego Eadberht. + Ego Peot abbas. + Ego Wigheard.

CXVII

COENULF, 816

+ Gubernante altithrono tonanti cunctaq: mundi monarchia moderanti qui est et qui erat et qui uenturus est. cuius melliflua gratia adridenti ego Coenwulf rex Merc. regimina Sceptri cum consilio et consensu pautorum procerum praetorumq: meorum quorum infra caraxata liquescunt uocabulae meo praeclaro atq: praeponito pontif. Deneberto uidelicet et eius delecta uuegernensis aecclesiae congregationi. hoc libertatis et expeditionis priuilegium de istis territoriis componere decreui, hoc est huitingtun et speac-

leahtun, et teolouualdingcoto et haec ab oriente est fluminis saebrino et his luculentissimis est liquidata confiniis ab a quilone et oriente amnis illa protendens quae est saloweorpe et de ea in headleage et sic in reliquos dudum ascriptos territoriorum terminos. et iterum in occidente [Sabrinae haec] terra est in uueogorena leage xxx. manentes ita circumquaq: terminat[a uidetur. inp]rimis of Moseleage in Subbingwic. et deinde in lawern exin certe in hagan quae post se trahitur in Temedam. liberam quoq: terram istam conscripsi ab omnibus aliis saecularibus rebus durisq: seruitutibus modicis et magnis notis ignotis preter tantum his tribus causis arcis et pontis constructione et expeditione [atq: a pascua regis et principis uel subditorum eorum]. Similiter hanc quoq: xxv. manentium in alia loca qui dr aet ceadresleage cum eadem libertatis priuilegio campis syluis omnibus modis sic liberam conscripsi. [Et si malus homo in aperta scelere tribus uicibus deprehensus sit ad uicum regalem reddatur]. Propter hanc uidelicet libertatem istam episcopus et eius familia mihi tradiderunt XIIII. manentes duobus in curtis in loco quae appellatur aet sture. Peracta est enim haec donatio anno dominice incarnationis DCCCXVI. indictione namq: nona. regni uero nostri a deo concessi XX°. augentem uero uel seruantem hanc nostrae donationis libertatem omnipotens deus dies suas et uita hic et in futuro augeat. corroborat et benedicat. minuentem utiq: uel frangentem hanc in magno seu in modico eius distrite examen eius nisi ante cum satisfactione emendauerit.

+ coenwulf rex Merc.
+ uulfrith arcepi.
+ herewine epi.
+ raethhun epi.
+ deneberht epi.
+ uulfheard epi.
+ eadulf epi.
+ aelfthryth regina.
+ wigberht epi.
+ aethelulf epi.
+ tidferth epi.
+ sibba epi.
+ beormoth epi.
+ aethelnoth epi.

+ .....lheard ab.
+ [ean]mund ab.
+ [wiht]red ab.
+ [tilberh]t ab.
+ peot prs.
+ eadberht dux.
+ uuigheard dux.
+ uulfred dux.
+ eadferth dux.
+ wulfred dux.
+ alhheard dux.
+ heardberht dux.
+ beornoth dux.
+ dynne dux.
+ mucel dux.
+ sigred dux.

CXVIII

COENUULF, 817

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Ego Coenwulf eius arridenti gratia [rex Merciorum] dabo uenerabili episcopo Deneberhto, sub potestate Uuegernensis aecclesiae, terram trium mansionum, in loco qui appellatur aet Stuhforda, in occidentali plaga fluminis quod uocatur Stur, perpetuam scilicet in hereditatem aecclesiae in Uuigorna ciuitate. Libera quoque sit terra ista ab omnibus rebus notis et ignotis, paruis et magnis regis siue principis. Uerum etiam qui eorum dominio sint subiugati. Acta est autem haec donatio anno dominicae incarnationis DCCC°XVII°. indictione uero x^a^. Porro autem primo et uicesimo anno regni nostri. His testibus consentientibus ac scribentibus, quorum subter caraxata liquescunt uocabula.

+ Ego Coenwulf rex Merciorum, hanc donationem signo sanctae crucis Christi confirmaui. + Ego Aelfthryth regina. + Ego Wulfred archiepiscopus. + Ego Hereuuine episcopus. + Ego Rethhun episcopus. + Ego Deneberht episcopus. + Ego Eadulf episcopus. + Ego Eadberht dux. + Ego Uuilheard abbas. + Ego Tidberht abbas. + Ego Peota presbyter. + Ego Eadferth dux. + Ego Wulfred dux. + Ego Beornoth dux.

CXIX

COENUULF, 817

+ Gubernante altithrono tonanti, cunctaque mundi monarchia moderanti, qui est et qui erat, et qui uenturus est, cuius melliflua gratia arridenti ego Coenwulf rex Merciorum regimina sceptri cum consilio ac consensu pantorum procerum praetorumque meorum quorum infra caraxata liquescunt uocabula, meo praeclaro pontifici Deneberhto et eius dilectae Uuegernensis aecclesiae congregationi, hoc libertatis et expeditionis priuilegium de istis territoriis com-

ponere decreui, hoc est Salouuarpe et Hamtun cum omnibus ad se bonis pertinentibus, perpetualiter ad habendum et possidendum atque fruendum, tamdiu quamdiu Christianitas in ista permaneat regione. Liberam scripsi ab omnibus aliis saecularibus rebus durisque seruitutibus modicis et magnis, notis, ignotis, praeter tantum his duobus causis, arcis et pontis constructione et expeditione. Similiter has terras, scilicet Beolne, et Broctun, et Forfeld, cum eodem libertatis priuilegio, campis, siluis, omnibus modis sic liberam descripsi. Peracta est autem haec donatio anno dominicae incarnationis DCCCXVII. Indictione nanque X. regni uero nostri a deo concessi XXI. Augentem uero uel seruantem hanc nostrae donationis libertatem omnipotens deus dies suae et hic et in futuro augeat corroboret et benedicat ; minuentem utique uel frangentem hanc in magno seu in modico, minuat deus bona sua hic et in futuro, et aeternaliter tradetur ad poenam nisi ante cum satisfactione emendauerit.

+ Ego Coenulfus rex Merciorum hanc donationem manu mea firmaui et signum sanctae crucis subscripsi. + Ego Wulfred archiepiscopus. + Ego Herewine episcopus. + Ego Deneberht episcopus. + Ego Wulfheard episcopus. + Ego Wihtred abbas. + Ego Tilberht abbas. + Ego Wulfred dux + Ego Beornoth dux.

CXX

COENULF, 821

+ In nomine domini et dei nostri Ihesu Christi ueri redemptoris mundi ! Anno uero dominicae incarnationis DCCCXXI Indictione XIIII. Ego Kenulfus ab eodem domino nostro populis et tribubus praeordinatus in regem, anno imperii nostri XXV. fui rogatus ab apostolica sede per priuilegium domni apostolici gloriosissimi papae Leonis, et Rethunum uenerabilem episcopum, ut sibimet seu familiae quae habitat in monasterio quod situm est in Abbendonia, quodque dedicatum est in honore sanctae Mariae semper uirginis et dei genitricis, dominae nostrae, ut illud monasterium seu omnia loca quae ad ipsum pertinere dinoscuntur, cum rebus mobilibus et inmobilibus, in notis causis et ignotis, in modicis et in magnis, in [nomine]

domini dei omnipotentis et beatissimi Petri principis apostolorum, donans donabo perpetuis temporibus aeternam libertatem in Sanctae Trinitatis patrocinio, omnia loca ad praefatum monasterium pertinentia; quorum infra nominantur nomina; Culeham; Chenitun; Hengestesie; Cumenoran; Earmundesle; Eatun; Sunningauuille; Sandford, x. manentium; Uudetun; Geinge; Denichesuurde; Ceornei; Goseig; Fernham; Uuacenesfeld; Scriuenham; Burgtun; Lechamstede; Boxora; Ueliford, cum appenditiis suis; Uuicham cum suis campis sicut Ceaduualla rex perdonauit, cum illa silua integra quae dicitur Spene, Pohanlech et Trinlech; Eatun cum omnibus agellulis ad praefata loca pertinentibus; concedens perdonabo sicut praediximus perpetuam libertatem. Et mandatum mandamus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ut nullus superueniat hominum superbia inflatus, nec rex suum pastum requirat, uel habentes homines quos nos dicimus festigmen, nec eos qui accipitres portant uel falcones, uel caballos ducunt siue canes, nec poenam mittere super eos quoquomodo audeat. Nec princeps nec graphio hanc lenitatem praefatam in alicuius honeris molestiam mutare audeat, aut in diebus nostris uel successorum nostrorum. Si pro aliquo delicto accusatur homo dei, ecclesiae illae custos solus cum suo iuramento si audeat illum castiget. Sin autem ut recipiat aliam iusticiam huius uicissitudinis conditionem praefatum delictum cum simplo praetio componat. Expeditionem cum XII: uassaliis et cum tantis scutis exerceant; antiquos pontes et arces renouent; caeterum plena et integra libertate glorientur. Maxime cum ipsi diebus singulis missas pro nobis saluberrimas offerant, et armis spiritualibus. c. psalteriis contra inuisibiles hostes dimicare non cessent. Si quis autem praescriptis statutis uoluerit obedire, sciat se alienum esse a consortio sanctae dei aecclesiae et a participatione corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi, per auctoritatem beati Petri apostoli, nisi digne emendauerit quod contra dei ecclesiam fecisset. Dederunt enim pro huiusmodi rei gratia in auro et argento c.xx. libras, et .c. manentes ad uillulam regalem quae dicitur Suthtun.

CXXI

COENUULF, S. D.

+ Ego etiam Coenuulf, rex Merciorum, eodem honorabili episcopo Deneberhto et eius familiae Ueogernensis aecclesiae, post uitae spatium dierum meorum, dabo terram . xxx. tributariorum in loco qui uocatur Fledanburh, propter traditionem istius praenominatae terrae, ut perpetualiter perfruantur in aeuum, et dimidiam partem huius agri possessionis praecipio, ut cum illo ad praedictam ecclesiam reddatur quae illis diebus illic aet Fledanbyrig habeatur. Liberabo quoque terram istam sub testimonio illorum quorum nomina praescripta liquescunt, ab omnibus saeculariarum rerum oneribus duris ac leuibus exceptis his, arcis et pontis constructione et expeditione, et singulare praetium foras aduersum aliud; ad poenam uero neque quadrantem minutam foras resoluat. Si quis autem hoc seruare uel adnuere uoluerit, sit benedictus a deo coeli, omnium possessori. Si uero aliquis, quod non optamus, hoc in aliquo frangere uel minuere tentauerit, sciat se anathematum a deo in die magno, nisi ante hic correctus cum satisfactione emendauerit.

CXXII

CEOLUULF DE MERCIA, 822

+ In nomine ihu xpi. saluatoris mundi qui est et qui erat et qui uenturus est. per quem reges regunt et diuidunt regna terrarum. sicut dispensatur uniuerse terre distribuit secundum mensuram sui propriae uoluntatis. ita iedem dei gratia concedente. ego ceolwulf rex merciorum uel etiam contwariorum. dabo et concedo uulfredo uenerabile arcepis. aliquam partem terre iuris mei. id est ·u· aratro. in prouincio cantiee ubi nominatur mylentun in proprià potestatem ad habendum possidendum. commutandumq: uel etiam post se relinquendam cuicumq: ei karorum placuerit cum omnibus usis ad eam rite pertinentibus. cum campis. silbis. pratis.

pascuis. aquis. molinis. piscationibus. aucupationibus. uenationibus. et quicquid in se abentibus. insuper etiam hanc pdictam terram liberabo. ab omni seruitute secularium rerum a pastu regis episcopis principum. seu prefectum exactorum. ducorum. canorum. uel equorum seu accipitrum ab refctione et habitu illorum omnium qui dicuntur faestingmen ab omnibus laboribus operibus et oneribus. siue difficultatibus quit plus minusue numerabo uel dico ab omni grauitatibus magioribus minoriis. notis ignotis undiq: liberata permaneat in aefum nisi is quattuor causis que nunc nominabo. expeditione contra paganos ostes. et pontes constructione seu arcis munitione uel destructione in eodem gente et singulare pretium foras reddat. secundum ritum gentes illius. Aet tamen nullam penam foras alicui persoluat set semper sine aliqua. ui. ullius cause. in integritate liber et secura perseueret. uulfredo episcopi et eredibus eius in posterum cum certissimis terminis suis. ab oriente cymesinc. in australe se hole welle. et occidente diorente. ab aquilone scorham silba similier qui dicitur cert. ab occidente. et aquilone greatan edesces lond in oriente cymesinges cert et in austra ondred. item in ondrede pastum et pascua porcorum. et armentum seu caprorum suis locis. in hyrst sciofingden. snad hyrst. et siquis scire desiderat. quare hanc donam tam deuotissime dedissem uel liberassim. sciat illi recitatur quod inprimis pro amore dei omnispotentis et pro uenerabili gradui. preticti pontificis. seu etiam consecrationis meae quam ab eo eodem die. per dei gratiā accepi. nec non pro eius placabili pecunia. id est anulus aureus abens . LXX.U. mancusas. ut ab eo accepi ⁝·

Actum est anno dominice incāti . DCCCXXII. indicti. .XU. die uero .XU. kl octob. in loco regale qui dicitur bydictun is testis consentientibus et scribentibus. quorum nomina infra abentur.

+ Ego ceolwulf rex merciorum hanc meam donationem proprio manu subscribo.

+ Ego wulfred arhc epis consensiens subscribo.

+ Ego ethelwald epis consensi et subscribo.

+ Ego rethhun epis consensi et subscribo.

+ Ego wulfheard epis consensi et subscribo.

+ Ego heaberht epis consensi et sub.

+ Ego sigered dux consensi et sub.

+ Ego eadberht dux consensi et sub.

+ Ego wulfred dux consensi et sub.

+ Ego muca dux consensi et sub.
+ Ego eatferth dux consensi et sub.
+ Ego bofa dux consens et sub.
+ Ego piot prs consens et sub.
+ Ego eadbald.
+ Ego cyneberht.
+ Ego wighelm.
+ Ego beadheard.
+ Ego tunred.

CXXIII

CEOLUULF, 823

+ In nomine dñi dei et saluatoris nri ihu xpi. Ego ceolwulf rex merciorum seu etiam cantwariorum pro remediō ānime maee et pro spe patriae celestis dabo et concedo aliquantulum partem terre iuris mei in prouincia cantie in duobus locis wulfredo honerabili. arcepis. in propriam potestatem ad habendam possidendā uel e'iam cuicumque ei placuerit derelinquendum in perpetuum. hereditatem. prima pars predicti tellurii habetur intra moenia urbis dorouerni. in ōriente plaga loci illius quae ante coenwulf rex dederat prenominati pontifici. in propriam potestatem. at nunc ego ceolwulf ad augmentum dedero paruam partem terre qui aderit eodem loci. id est. LX. pedum in longitudine. et. XXX. in latitudine. et in alio loco. ab āquilone ciuitatis. XXX. iugera. XXV. in arido campo et. V. pratum his terminibus circumdatis. ab oriente publica strato. et australe aldberhting tun in occidente stur ab aquilone terra regis cum omnibus ūsis ad se pertinentibus. et in se habentibus huic condicioni donabo. ut sit liberata ab omnium secularium rerum uel censum nunc et deinceps. hinc et inde magiorum minorumue causarum notis ignotis per cuiuscumque personis potestatis difficultatibus liber et secura perseuerat in aeuum. Et hanc meam donationem ēo firmior scribendam dictaui quam ab ēo placabilē pecuniam accepi. id est uas electi auri et argenti. quod est estimatione V. librum et semis. si quis autem regum aut principum uel qualibet magna paruaq: persona hanc nostram donationem corrumpere temtauerit. Sciat ille se esse damnatum. et ā deo separatam. hic

et in futuro. nisi digni satisfactione ēmendauerit inīquitatis sue. audacium. tamen manente ac cartula in suo nihilominus firmitate roborata. Actum est anno dominicae incarnat. DCCC.XXIII. indict. I. die uero. VII. kl, iunias in uillo regali. qui dicitur werburging wic. cum consensu et consultu. episcoporum meorum ac principum. quorum nomina adnotata tenentur et cum uexillo. sce crucis xpi. propriis manibus scripserunt.

+ Ego wulfred gratia dei arc epis huic reconciliatione consensiendo. signo sce crucis xpi subscribo.

+ Ego ceolwulf rex merciorum. mea. proprio manu cum uexillo crucis xpi subscribo.

+ Ego aethelwald epis cons et sub.

+ Ego beornmod epis cons et sub.

+ Ego sigered subregulus consês et sub.

+ Ego sigered dux cons et sub.

+ Ego beornnoth dux cons et sub.

+ Ego eadberht dux cons et sub.

+ Ego alhheard dux cons et sub.

+ Ego muca dux cons et sub.

+ Ego elfwald dux cons et sub.

+ Ego eatferth dux cons et sub.

+ Ego mucel dux cons et sub.

+ Ego bofa dux cons et sub.

+ Ego beornwulf dux cons et sub.

+ Ego eanmund abb cons et sub.

+ Ego feologeld abb cons et sub.

+ Ego biornhelm abb cons et sub.

+ Ego piot prs cons et sub.

+ Ego eadwulf prs cons et sub.

+ Ego aldred cons et sub.

+ Ego wighelm cons et sub.

+ Ego cyneberht cons et sub.

+ Ego eadbald cons et sub.

+ Ego beadheard cons et sub.

CXXIV

BEORNUULF DE MERCIA, 824

+ Regnante inperpetuum domino nostro Ihesu Christo, qui mundi monarchiam sua semper uirtute gubernat in aeternum! anno uero ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCXXIIII. Indictione autem II. regnante Beornulfo, rege Merciorum, factum est pontificale et sinodale conciliabulum in loco qui dicitur Clofeshoas, praesidente ibi rege praefato, ac uenerando uiro Wulfredo archiepiscopo illo conuentu regente [ac moderante]. Illic omnes episcopi [nostri,] et abbates, et uniuersi Mercensium principes, [et multi sapientissimi uiri] congregati adessent, [ubi,] inter alia plura colloquia, aliqua contentio allata est inter Heaberhtum episcopum, et illam familiam aet Berclea, de haereditate Aethelrici filii Aethelmundi, hoc est, monasterium, quod nominatur Uuestburh. Habuit autem episcopus ante nominatus terram illam cum libris, sicut Aethelricus ante praecepit, ut at Uueogernensem aecclesiam redderetur. Statuta est autem atque decreta ab archiepiscopo, et ab omni sancta sinodo illa consentienti, ut episcopus, qui monasterium et agellum cum libris haberet, cum iuramento dei seruorum presbiterorum, diaconorum et plurimorum monachorum, sibi in propriam possessionem terram illam cum adiuratione adiurasset. Et ita finita est praescripta illa contentio coram episcopo : post XXX. noctes illud iuramentum to Uuestmynstre deductum est. Quapropter, si quis hunc agrum ab illa aecclesia in Ceastre nititur euellere, contra decreta [sacrorum] canonum sciat se facere, quia sancti canones decernunt, quicquid sancta synodus [uniuersalis] cum catholico archiepiscopo suo adiudicauerit, nullo modo fractum uel irritum esse faciendum. [Haec autem gesta sunt. Hii sunt testes et confirmatores huius rei, quorum nomina hic infra notantur, a die III. kal. Nouembris.]

+ Ego Beornulf, rex Merciorum, hanc cartulam [synodalis decreti signo sanctae crucis Christi] confirmaui. + Ego Uulfred archiepiscopus [hanc synodalem sententiam cum signo gloriosae crucis corroboraui]. + Ego Oetheluuald episcopus [consensi]. + Hraethhun episcopus [consensi]. + Eadwulf episcopus [consensi].

+ Heaberht episcopus [consensi]. + Beonna episcopus [consensi]. + Ego Wigthegn episcopus [consensi]. + Ego Cioberht episcopus [consensi]. + Ego Wermund episcopus [consensi]. + Ego Cynred episcopus [consensi]. + Ego Hunberht episcopus [consensi]. + Ego Eanmund abbas [consensi]. + Ego Cuthwulf abbas [consensi]. + Ego Wihtred abbas [consensi]. + Ego Wilferth abbas [consensi]. + Ego Beornoth dux. + Sigered dux. + Eaewulf dux. + Mucel dux. + Eadberht dux. + Ecgberht dux. + Alhheard dux. + Uhtred dux. + Ludeca dux. + Bynna, frater regis. + Piot presbiter. + Cyneberht. + Nothhelm praeco a domno Eugenio papa. + Bola + Aldred theloniarius consensi. + Wighelm. + Beadheard. + Eeadbald consensi.

[+ Aet tham athe waes aet westmynstre efen fiftig maesse-preosta and x. diaconas. and ealra othra preosta sixtig and hund teontig

+ Her sindon thara maesse-preosta naman the on tham athe stodon [and on waeron].

+ Friomund abbas. + Eadberht abbas. + Ecgberht abbas. + Cuthbald presbiter. + Hehstaef presbiter. + Brada presbiter. + Ecgmund presbiter. + Brada presbiter. + Sucga presbiter. + Eadgar presbiter. + Alhhere presbiter. + Badheard presbiter. + Monn presbiter. + Plegberht presbiter. + Tidberht presbiter. + Cuthberht presbiter. + Ciolheard presbiter. + Ecgheard presbiter. + Hehferth diaconus. + Berhthelm diaconus. + Wigberht presbiter. + Berhthun presbiter. + Regngar presbiter. + Cuthberht presbiter. + Snyda presbiter. + Berhthred presbiter. + Tidberht presbiter. + Berhtwulf presbiter. + Alhmund presbiter. + Wigberht presbiter. + Hwita presbiter. + Beorhred presbiter. + Hunlaf presbiter. + Cynemund presbiter. + Byrnhelm presbiter. + Heathoberht presbiter. + Wighelm diaconus. + Cynemund diaconus. + Monn presbiter. + Cuthbald presbiter. + Alhmund presbiter. + Luhhede presbiter. + Ecgberht presbiter. + Tidbald presbiter. + Esne presbiter. + Preost presbiter. + Dudeman presbiter. + Eadberht presbiter. + Monnel presbiter + Beornwald presbiter. + Eastmund presbiter. + Mecga presbiter + Wigberht presbiter. + Beonred presbiter. + Ceofa diaconus. + Dynne diaconus.

CXXV

BEORNUULF, 825

+ In nomine trino diuino qui est deus benedictus in saecula. Amen. thȳ gere the wes from cristes gebyrde āgān eahta hund wintra and xxv and siō aefterre indictio waes in rīme and waes biornwulfes rīce mercna cyninges thā waes sionothlic gemōt on thaere mēran stōwe the mon hāteth clofeshoas and thaer se siolfa cyning biornwulf ond his biscopas ond his aldormenn ond alle tha wioton thisse thiōde thǣr gesomnade wǣron thā waes tiolo micel sprec ymb wudu-leswe tō sūthtūne ongaegum west on scyrhylte waldon tha swāngerēfan tha laeswe forthur gedrīfan ond thone wudu gethiogan thon hit aldgeryhto wēron thon cuaeth se biscop and thāra hina wiotan thet hiō him nēren māran ondeta thon hit ārǣded waes on Aethelbaldes daege thrīm hunde swīna maest ond se biscop tha tugen ahten twaede thaes wuda ond thaes maestes. thā gerǣhte uulfred arcebiscop ond alle tha wiotan thet se biscop ond tha higen mōsten mid āthe gecythan thet hit suā wǣre ārǣden on Aethelbaldes daege ond him māre tō ne sōhte ond he thā sona se biscop beweddade eādwulfe thǣm aldormen thaes āthaes biforan allum thǣm wiotum ond him mon thone gelǣdde ymb xxx naehta tō thaem biscopstole et wiogoerna ceastre in tha tiid waes hāma suāngerēfa tō sūthtūne ond he rād thaet he waes et ceastre and thone aath gesaeh ond gesceawade suā hine his aldormon hēht eādwulf ond he hine hwethre ne grētte. Hii sunt nomina et uocabula qui in synodali concilio fuerunt congregati.

Signum manus Biornwulfi regis Merciorum. + Wulfred archiepiscopus consensi hanc conditionem. + Oethelwald episcopus consensi. + Hraethhun episcopus consensi. + Heaberht episcopus consensi. + Bionna episcopus consensi. + Eadwulf episcopus consensi. + Wilred episcopus consensi. + Wigthegn episcopus consensi. + Alhstan episcopus consensi. + Humberht episcopus. + Ceolberht episcopus. + Cynred episcopus. + Torhthelm prior. + Eanmund abbas. + Wihtred abbas. + Cuthwulf abbas. + Eanmund abbas. + Eadberht dux. + Biornnoth dux. + Sigered dux. + Cuthred dux. + Eadwulf dux. + Mucel dux. + Uhtred dux.

+ Alhheard dux. + Bolam. + Aldran. + Bynna. + Wighelm. + Heabert. + Eadgar presbiter. + Wigberht presbiter. + Heahstaef presbiter. + Brada presbiter. + Cuthbald presbiter. + Regengar presbiter + Cuthbert presbiter. + Ecgmund presbiter. + Heahferhth diaconus. + Wighelm diaconus. + Cyneberht diaconus Mid allra otherra prīosta būtan thissum maesse priōstum efen LX.

CXXVI

WULFRED, 825

44.	Aethilbald	755-757	Chart. Cotton. VIII. 3.
45.	Aethilbald	S. D.	MS. Cott. Aug. II. 32.
46.	Cyneuulf de Wessex.	758	MS. Lansd. 417. fol. 5, b. Ang. Sac. ii. p. 25.
47.	Cyneuulf de Wessex.	759	MS. Harl. 61. fol. 19, b.
48.	Eanberht des Hwiccas . .	février 759	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 24, b.
49.	Aethilberht de Kent	762	MS. Aul. Trin. fol. 55. MS. Harl. 686. fol. 190.
50.	Dunuueald	762	MS. Aul. Trin. fol. 55. b. MS. Harl. 686. fol. 191.
51.	Ecgberht de Kent.	765	Text. Roff. fol. 126.
52.	Sigiraed de Kent.	759-765	Text. Roff. fol. 125.
53.	Offa de Mercia	767	MS. Cott. Aug. II. 26.
54.	Uhtred des Hwiccas	767	MS. Harl. 4660. fol. 3.
55.	Uhtred	770	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 144.
56.	Offa de Mercia	772	MS. Aul. Trin. fol 56, b. MS. Harl. 686. fol. 194, b.
57.	Offa.	772	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 15, b. MS. Cott. Nero. E. I. f. 391, d. MS. Cott. Vitel. C. IX. f. 126.
58.	Offa.	774	MS. Cott. Aug. II. 99.
59.	Offa.	774	Reg. C. C. Cantuar. C. V. f. 7. Reg. C. C. Cant. A. I. fol. 189. MS. Lamb. 1212. fol. 310.
60.	Offa.	février 774	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 194.
61.	L'évêque Milred	774	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 25, b.
62.	Aldred des Hwiccas. . . .	757-775	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 51, b.
63.	L'abbé Ceolfrith	757-775	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 52, b.

No.	Noms	Dates	Sources
64.	Offa et Aldred	777	MS. Harl. 4660. fol. 9. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 177.
65.	Ecgberht de Kent	778	Text. Roffens. fol. 129.
66.	Cyneuulf de Wessex	778	Chart. Cotton. VIII. 4.
67.	Offa de Mercia	775-778	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 42. MS. Cot. Tib. A. XIII. f. 169, b.
68.	Ecgberht de Kent	779	Text. Roff. fol. 130.
69.	Offa.	779	MS. Cott. Aug. II. 4.
70.	Offa.	780	MS. Cott. Aug. II. 30. Smith. Beda. App. p. 767.
71.	Offa.	22 sept. 780	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 44, b. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 143.
72.	L'évêque Heathored.	781	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 106.
73.	Aldred des Hwiccas. . . .	778-781	Smith. Beda. App. p. 765.
74.	Offa de Mercia	784	MS. Dodsworth. LV. 19. f. 47.
75.	Offa.	787	MS. Cott. Vitel. A. XIII. f. 31.
76.	Offa.	788	Text. Roff. fol. 131.
77.	Offa.	788	Chart. Ant. Cantuar. M. 340.
78.	Offa.	789	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 146, b.
79.	Offa.	789	Text. Roff. fol. 133.
80.	L'évêque Heathored.	789	MS. Harl. 4660. fol. 7. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 7, b. MS. Cott. Nero. E. I. f. 388, b.
81.	Offa de Mercia	789	Text. Roff. fol. 132.
82.	Beorhtric de Wessex	—790	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 10, b.
83.	Ecgberht de Kent	765-791	Text. Roff. fol. 127.
84.	Offa.	794	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 54.
85.	L'abbé Beonna	786-796	MS. Soc. Ant. LX. fol. 41.
86.	Offa de Mercia	791-796	MS. Tib. A. XIII. fol. 48. MS. Cott. Nero. E. I. f. 387, b.
87.	Offa.	791-796	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 52.
88.	Offa.	796	MS. Soc. Ant. LX. fol. 37, b.
89.	L'abbé Headda	781-798	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 26.
90.	Ecgfrith de Mercia	796	MS. Cott. Nero. E. I. f. 387. b.
91.	Ecgfrith	796	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 52.
92.	Coenuulf de Mercia	798	MS. Cott. Aug. II. 97.
93.	Coenuulf de Mercia.	801	Text. Roff. fol. 135.

No.	Noms	Dates	Sources
94.	L'évêque Deneberht. . . .	vers 802	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 41.
95.	L'évêque Deneberht. . . .	vers 802	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 147. b.
96.	L'évêque Deneberh. . .	6 oct. 803	MS. Harl. 4660. fol. 7. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 8, b. MS. Cott. Nero. E. I. f. 388, b.
97.	Les évêques Deneberht et Wulfheard. . .	6 oct. 803	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 22, b.
98.	L'archevêque Aethelheard.	6 oct. 803	MS. Cott. Aug. II. 61.
99.	Aethelric	804	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 49. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 195.
100.	Coenuulf	804	Somner's Ant. Cant. by Battely. App. 68.
101.	L'archevêque Aethelheard	805	MS. Cott. Aug. II. 55. MS. Lamb. 1212. fol. 314.
102.	Cuthred de Kent	6 août 805	MS. Cott. Aug. II. 87.
103.	Cuthred	805	MS. Cott. Aug. II. 100.
104.	Coenuulf.	808	MS. C. C. Cantab. CXI. f. 77.
105.	L'archevêque Wulfred . .	21 avril 811	MS. Cott. Aug. II. 42.
106.	Coenuulf de Mercia . . .	1er août 811	MS. Cott. Aug. II. 10.
107.	Coenuulf.	9 nov. 811	MS. Cott. Tib. E. IV. fol. 13, b.
108.	Coenuulf.	812	Chart. Ant. Cantuar. C. 1278.
109.	L'archevêque Wulfred	813	Somner's Ant. Battely. App. p. 35.
110.	Coenuulf de Mercia . . .	25 nov. 814	MS. Cott. Aug. II. 74.
111.	Coenuulf.	26 déc. 814	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 182, b.
112.	Coenuulf.	26 déc. 814	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 10.
113.	Coenuulf.	814	MS. Cott. Aug. II. 77.
114.	Coenuulf.	814	Somner's Ant. Battely App. p. 12.
115.	Coenuulf.	814	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 168.
116.	Coenuulf.	816	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 151.
117.	Coenuulf.	816	MS. Harl. 4660. fol. 5. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 1. MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 171, b.
118.	Coenuulf.	817	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 170.
119.	Coenuulf.	817	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 196, b.

No.	Noms	Dates	Sources
120.	Coenuulf de Mercia	821	MS. Cott. Claud. C. IX. f. 104. MS. Cott. Claud. B. VI. f. 9.
121.	Ceonuulf.	S. D.	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 11.
122.	Ceoluulf de Mercia . . .	20 sept. 822	MS. Cott. Aug. II. 93.
123.	Ceoluulf.	26 mai 823	MS. Cott. Aug. II. 75.
124.	Beornuulf de Mercia . . .	30 sept. 824	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 47. MS. Cott. Nero. E. I. f. 387.
125.	Beornuulf	825	Smith. Beda. App. p. 768.
126.	L'archevêque Uulfred	825	MS. Cott. Aug. II. 78. MS. Lambeth. 1212. fol. 316. MS. Cott. Claud. D. II. f. 27.
127.	Ecgberht de Wessex.	828	Text. Roff. fol. 137.
128.	Ecgberht de Wessex.	830	Chart. Ant. Cantuar. C. 1279.
129.	L'archevêque Uulfred . . .	805-831	MS. Cott. Aug. II. 72.
130.	Uulfred, Osuulf et Beornthryth	805-831	MS. Cott. Aug. II. 79.
131.	Uuiglaf de Mercia	831	MS. Cott. Aug. II. 94.
132.	Eadwald	831	MS. Cott. Aug. II. 19.
133.	Ealburh.	831	MS. Cott. Aug. II. 52.
134.	Werhard	832	MS. Lambeth. 1212. f. 319. MS. Lambeth. 582. fol. 128.
135.	Lufa	832	MS. Cott. Aug. II. 92.
136.	Ecgberht de Wessex. . .	26 déc. 833	MS. Harl. 61. fol. 17, b.
138.	Ecgberht de Wessex.	833	MS. Cott. Aug. II. 102.
139.	Ecgberht de Wessex.	835	MS. Cott. Claud. C. IX. fol. 104, b.
140.	Uuiglaf de Mercia.	836	MS. Cott. Aug. II. 9. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 21. MS. C. C. Cantab. CXI f. 138.
141.	Ecgberht de Wessex.	838	Chart. Cott. VIII. 30. Text. Roff. fol. 138.
142.	Ecgberht	838	MS. Cott. Aug. II. 20. MS. Cott. Aug. II. 21. MS. Cott. Aug. II. 37.

DEUXIÈME PARTIE

(839-966)

INTRODUCTION

La première partie de cette publication s'arrête à la période de l'Histoire anglo-saxonne, marquée par le développement du royaume de Wessex. La partie actuelle comprend les intervalles remplis par les luttes religieuses et politiques ; par les guerres civiles et étrangères, qui se terminent par la suprématie du Wessex, et par l'établissement du pouvoir des Gewissi, sur les autres tribus d'Angleterre. La première période fut marquée par la prédominance des Angles ; la seconde se distingue par celle de la race saxonne, dont l'influence demeure prépondérante, dans les mœurs et dans les lois, jusqu'à la Conquête.

Les présentes chartes commencent avec le règne d'Æthelwulf, dans le Wessex, et de Berhtwulf, en Mercie. Elles embrassent les périodes des guerres danoises, et de la conquête du Northumberland, de la Mercie, et de l'Anglia de l'Ouest, par les envahisseurs païens ; — des temps troublés d'Alfred le Grand ; — de la nouvelle conquête de la Mercie, et de son annexion au trône de Wessex, comme un grand fief aux mains d'Æthelred et d'Æthelflaed ; — de la dernière incorporation de la Mercie au Wessex ; — des règnes d'Æthelstan, d'Eadmund, d'Eadred, d'Eadwig et d'Eadgar, en partie ; enfin, de la transformation qui se fait dans l'Eglise anglo-saxonne, sous l'influence d'Oda, de Dunstan, d'Æthelwald et d'Oswald.

CHARTES ANGLO-SAXONNES

I

AETHELUULF DE WESSEX, 839

+ In nomine dei sùmi regis aeterni Ego aetheluulfus rex occidentalium saxonù centuriorù nec non cunctibus trali populi dñi adridenti grati regimini praelatus pro expiatione piaculorum meorù proq. spe remunerationis aeterne necnon et conpetenti pecunia quà accepi hoc ÷ . ⁻iii⁻. argenti tibi ithdan aliquà partem terrae iuris mei hoc ÷ unam uillam intra ciuitate dorouerniae et ad illis pertinentia xxiiii. iugeras tamen in duab. locis in dorouernia ciuitatis intra muros ciuitatis .x. iugera cum uiculis praedictis et in aquilone praedictae ciuitatis .xiii. iugera histis terminib: circùiacentibus in oriente publica strata in australe et aquilone terre ris quam bolis habet in occidente prata abb ad scm augustinam inter iacet fluminae sturae et hoc idem agellù cum uillis praedictis tibi duddan ad habendum et possidendum feliciterq. perfruendum et post dies duos cuacumq. heredi tibi placuerit derelinquendum in sempiternam hereditatem concedendo donabo et hoc idem ab omni iugo seculariù difficultatum maiorib: minorib: uae nas et ignotis cù signo scae crucis xpi perpetualiter liberabo nisi his duob: causis hoc ÷ expeditione et arcis munitione duobusq: carris dabo licentiam silfam ad illas secundù antiquam consuetudinem et constituidem in aestate perferendam in commune silfa quae nos saxonicae in

gemennisse dicimus Si quis hanc meam munificentiam istius donationis augere et amplificare uareq. uoluerit seruatur et benedictio aterna si ùo quod non optamus alicuius personis homo in aliqua frangere minuere q. temtabent aut in aliut conuertere eum a nob constitutù ÷ esse rationem esse eam et retribunal aterni iudicis nisi ante sa digna satisratione deo et hominib: emendare uoluerit manente hac kartula in sca meominus firmitate roborata. hactum ÷ k haec donatio anno dominicae incarnatì DCCCXXXVIII indict. in uilla regia añ uuiaegenweoras in fluuio q: dicitur stur siui iacenti et regenti mura q: parte usq: ad ter. scām orationem donam unam hereditatem ut supra ⁝· bale in cristo amen ⁝·

+ Ego Aetheuulf rex occident saxonum hanc meam donationem cum signo sca crucis xpi.

+ Ego ceolnoth . gratia dei arc episc hanc eandem donationem cum signo sca crucis xpi . confañ eñ et

+ Ego aethelstan rex idipsum consentì sub.

+ Ego herebearht dux cons et sub.

+ Ego aethuulf dux cons et sub.

+ Ego wulfred cons et sub.

+ Ego alhhere cons et sub.

+ Ego nothmund cons et sub.

+ Ego uulfred cons et sub.

+ Ego aethelharò cons et sub.

+ Ego nothuulf cons et sub.

+ Ego ealhhun cons et sub.

+ Ego oshere cons et sub.

+ Ego modulf cons et sub.

+ Ego boba cons et sub.

+ Ego aethered cons et sub.

+ Ego uuina cons et sub.

+ Ego aethelm cons et sub.

+ Ego duduc cons et sub.

+ Ego uulflaf cons et sub.

+ Ego aethelric cons et sub.

+ Ego huda cons et sub.

+ Ego sigebearht cons et sub.

+ Ego tucca cons et sub.

+ Ego ceoluulf cons et sub.

+ Ego tiruulf cons et sub.

+ Ego duddac cons et sub.

+ Ego uhtred cons et sub.

+ Ego aelfred rex occident saxonum hanc meam donationem cum signo sca cru crucis xpi. + Ego aethered gratia dei arc episc hanc eandem donationem cum signo sca crucis xpi.

II

BERHTUULF DE MERCIA, avant 840

+ In nomine sanctae trinitatis atque uerae unitatis dei uiui omnipotentis, qui cunctam mundi monarchiam, celsaque coeli climata, ac terram salsamque limbam latentis ponti, cum suo nutu aeterna stabilitate gyrando omnia gubernat. Certe fugitiuus et caducus est status istius mundi, et omnia, quae uidentur hic, uento uelocius ad finem trahuntur, et, quae non uidentur, fixa ac mansura in aeternum permanent. Ideo istis temporalibus ac transitoriis huius saeculi diuitiis aeterna praemia, ac semper gaudia manentia, studeamus in coelestibus comparare, uocante nos ad se domino nostro Ihesu Christo, qui ait : Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos. Qua de re ego Bertuulf, gratia diuina largiente, rex Merciorum, de remedio animae meae praecogitans, diemque tremendum districti examinis ante oculos cordis mei componens, cogitaui, quod aliquid de istius mundani regni perceptione per memet ipsum, in perpetuam elemosinam ac libertatem aecclesiasticam, deo uiuo in aeternum erogarem. Ideo, cum consensu et licentia episcoporum et principum meorum, et omnium seniorum gentis nostrae, do Eaberhto, meo uenerabili episcopo, huius libertatis priuilegium, et eius familiae in Uuegerna ciuitate, cum aliqua terrae portiuncula, quae appellatur Crohlea, scilicet. v. manentium, ut libera permaneat insempiternum: Soluta et libera sit ab omni iugo humanae seruitutis, ab omnibus saecularibus tributis et uectigalibus, cum cunctis utilitatibus ad illam aecclesiam recte pertinentibus, campis, et siluis, pascuis uel pratis, ab opere regali, ab omni seruitute, magna et modica, quamdiu fides Christianae religionis apud Anglos in Britannia insula permaneat. Siquis uero regum aut principum, uel praefectorum, aut alicuius gradus homo,

hanc nostram conscriptam libertatem, per diabolicam instigationem deceptus, frangere uel minuere temptauerit, sciat se separatum a consortio sanctorum omnium in die magni iudicii, et in aeterna dampnatione dampnandum cum diabolo et angelis eius, nisi ante hic theo pantocratori, et hominibus, cum bona satisfactione emendauerit. Hi testes affuerunt, quorum nomina hic infra flauescunt.

+ Ego Berhtuulf, rex Merciorum, hanc meam largifluam libertatem cum uexillo sanctae crucis Christi roboraui, ut fixa permaneat in aeternum. + Ego Saethryth regina consentio. + Ego Hunberht episcopus. + Ego Berhtric, filius regis. + Ego Heaberht episcopus. + Ego Mucel dux. + Ego Ceolred episcopus. + Ego Hunberht dux. + Ego Uuihtred episcopus. + Ego Sired dux. + Ego Eanmund abbas. + Ego Dudda dux.

III

BERHTUULF, 840

+ Alto et agio et omnipotentissimo deo nostro, ac sanctae et gloriosae Trinitati, uirtus, honor et potestas sit in perpetuum. Amen. Anno autem ab incarnatione eiusdem dei et domini nostri Ihesu Christi. DCCCXL°. Indictione III. Contigit autem quod Berhtuulf rex Merciorum, tollerat a nobis et tradidit terram nostram quod recte ac iure sub proprio potestate ac libera possessione cum firma donatione tradita est et concessa et firmata ad sedem episcopalem, id est, ad Uueogernensem aecclesiam rex praefatus suobus propriis hominibus condonauit, sicut se inimici homines docuerunt, hoc est, Stoltun, Cassanburna, Cyneburgingetun, Tateringetun, Codesuuelle. Tunc perrexit ille episcopus Heaberht, cum suis secum senioribus, in pascha, ad Tomeworthie et suas libertates et cartulas ante nominatorum terrarum secum habentes et ibi ante regem eiusque proceres fuerunt allecta et ibi Merciorum optimates deiudicauerunt illi, ut male ac iniuste dispoliati essent in suo proprio. Tunc illis terra sua reddita est cum pace, et simul etiam ille episcopus hanc donatiuum regem predonauit iterum in Uuelesburnan, hoc est IIII. caballos bene electos, et unum anulum in XXX. mancusis et discum

fabrefactum in tribus pundis et duas albas cornas in IIII. libris, et ille regina dedit duos equos bonos et duas steapas in twaem pundum, et unam cuppam deauratam in duobus pundis. Et tunc rex cum testimonio has terras firmiter liberauit sibi id aeuum coram suis archontis uniuscuiusque necessitatis et sustulionis et illud etiam cum signaculo sanctae crucis Christi suo manu firmiter roborando scripsit et muniuit. Siquis uero rex, aut princeps, uel alicuius gradus homo, hanc nostram elemosinam et libertatem per diabolicam auaritiam deceptus sit ut frangere uel minuere temptauerit, sciat se separatum a consortio omnium sanctorum dei in die magno iudicii, ante tribunal Christi, nisi hic deo et hominibus cum bona satisfactione emendauerit. Et hii testes adfuerant, qui hoc consenserunt et scripserunt quorum hic nomina in altera plaga cartulae flauescunt.

+ Ego Berhtuulf rex Merciorum hanc meam libertatem et donationem cum uexillo sanctae crucis munio ut fixa permaneat in aeuum. + Ego Saethryth regina consensi. + Ego Cyneferth episcopus consensi. + Ego Berehtred episcopus consensi. + Ego Cuthuulf episcopus consensi. + Ego Eammund abbud. + Ego Hunberht dux. + Ego Mucel dux. + Ego Cyneberht dux. + Ego Aetheluulf dux. + Ego Eaduulf. + Ego Wiega. + Ego Eaduulf. + Ego Aethelheard dux. + Ego Dudda dux. + Ego Sigered dux. + Ego Mucel dux. + Ego Aelfred. + Hwithyse. + Ego Aldberht.

IV

AETHELUULF DE WESSEX, 840

+ Regnante imperpetuo domino nostro Ihesu Cristo! Omnia speciosa regna huius labentis uitae regnorumque pispensatores cum uelocitate deficiunt, et cuncta quae uidentur cassabunda et moritura sunt; quae hic non uidentur aeterna sunt : ideo caducis et uanis rebus iugiter mansura gaudia mercanda sunt. Qua de re ego Atheluulfus domino largiente Occidentalium Saxonum rex, pro unicae animae meae redemptione et criminum meorum remissione, aliquam agri partem, id est decem cassatos, in loco qui dicitur Ascesdune, cum consilio et licentia episcoporum ac principum

meorum, Dudan ministro meo in ius proprium habendi et fruendi uita comite, et post obitum illius qualicumque haeredi prout illi placeat relinquendi, deuota mente largitus sum ; hancque libertatem in praedicto agello nos omnes unanimiter conscripsimus atque donauimus, ut ab omni fiscalium tributum grauedine nec non pastu episcoporum simulque principum et exactorum, et poenalium rerum et furis comprehensione, et ab omnium saecularium seruitutum molestia, secura et immunis aeternaliter permaneat. Scripta est haec cartula anno ab incarnatione Christi DCCCXL. in indictione tertia, in uilla regali quae appellatur Hamtun, hiis et consentientibus et subscribentibus quorum nomina infra praenotata cernentibus clare patescunt.

+ Ego Aetheuulf rex praedictae possessionis statuta signo crucis Christi sic subscribo. + Ego Alhstan episcopus consensi, signo crucis Christi sic subscribo cum multis aliis.

V

BERHTUULF, 25 déc. 841

+ Anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi DCCC°XLI°. indictione IIIIa. in die natalis domini in celebri uico Tomeuuorthie ego Berhtuulf domino disponente rex Merciorum mihi et omnibus Mercis in aeternam elemosinam donans donabo Heaberhto episcopo quandam ruris particulam, mansam scilicet unam, in uilla quam ruricolae Myttun appellant monachis uidelicet sanctae Mariae Uuigornensis aecclesiae perfruendum et possidendum iugiter usque in aeuum. Insuper omnipotentis dei nomine et nouem ordinum angelorum et omnium electorum dei praeceptum ponimus ut nunquam ullus regum uel principum aut alicuius personae homo magnus uel paruus hanc praescriptam libertatis gratiam infringere ausus sit sed semper stabilis et indiscussa firmiter firmata permaneat in aeuum. His testibus consentientibus et signum crucis Christi scribentibus quorum subter nomina notata sunt.

+ Ego Berhtuulf largiflua dei munificentia rex Merciorum hanc meam libertatis gratiam ac omnium Merciorum cum signo sanctae crucis firmiter consignabo. + Ego Saethryth regina consensi.

+ Ego Heaberht episcopus consensi. + Ego Kynefyrth episcopus consensi. + Ego Berhtred episcopus consensi. + Ego Cuthuulf episcopus consensi + Ego Uuihtred abbas consensi. + Ego Eanmund abbas. + Ego Ceolred consensii et subscripsi. + Ego Aethelheard dux. + Ego Hunberht dux. + Ego Aetheluulf dux. + Ego Eaduulf minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Uuiega minister. + Ego Eadberht minister.

VI

BERHTUULF, 841

+ Ego Beorhtuulf, diuina gratia dispensante rex Merciorum, terram VI. cassatorum ubi nominatur Daeglesford, pro redemptione animae meae, et pro eius pecunia placabile, id est, III. pundus argenti, Heaberhto episcopo in libertatem perpetuam liberabo, id est, notis et ignotis, regis et principis, seu subditorum eorum, magnis uel modicis, libera permaneat in sempiternum. Haec cartula scriptum est in loco qui dicitur Tomanworthie, anno dominicae incarnationis . DCCCXLI. indictione . III. Et praefata pretio fuit ibi regi redditum his testibus consentientibus.

+ Berhtuulf, rex Merciorum, hanc libertatem propria manu confirmo. + Saethryth regina consensi. + Cyneferth episcopus. + Heaberht episcopus. + Berehtred episcopus. + Uuihtred abbas. + Eanmund abbas. + Ceorred abbas. + Mucel dux. + Humberht dux. + Cyneberht dux. + Dudda dux.

VII

AETHELUULF DE WESSEX, 841

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Quapropter ego Etheluulf, rex occidentalium Saxonum, dabo et concedo Beornmodo, Hrobensis aecclesiae episcopo, aliquam partem terrae iuris mei, in loco quae appellatur Holanbeorgestuun, duo aratrorum, cum consilio et licentia episcoporum et principum meorum, ut

habeat et perfruet in haereditatem sempiternam, et cuicunque uoluerit relinquat; et sit illa terra liuera ob omne regale seruitute in magnis et minimis, notis et ignotis, cum pratis et pascuis, et paludis, cum omnibus rebus quae ad illam terram pertinet. Scripta est haec scedula anni dñi. DCCCXLI. indictione IIII. his testibus consentientibus et subscribentibus, quorum hic nomina continentur.

+ Ego Etheluulf rex hanc meam donationem cum uexillo sanctae crucis roborabi et confirmo. + Ego Ethelstan rex consensi et subscripsi. + Ego Ealhstan eps consensi et subscripsi. + Ego Helmstan eps consensi et subscripsi. + Ego Beornmod eps consensi et subscripsi. + Signum manus Etheluulf dux. + Signum manus Ealchere dux. + Signum manus Duduc. + Signum manus Ethelmod. + Signum manus Uchtred. + Signum manus Tuca. + Signum manus Ethelred. + Signum manus Sigbeorht. + Signum manus Boba.

VIII

AETHELUULF, 842

+ Regnante imperpetuo domino nostro Ihesu Christo! Omnis foelicitas fallentis uitae et pereuntis, regnorumque custodes et dispensatores, uelocissimis cursibus uelud fumus deficient; cum ruinosis rebus temporalibus et fugitiuis causis speciosa praemia et iugiter mansura gaudia aeternae beatitudinis mercanda sunt; quapropter ego Aetheluulf, donante domino occidentalium Saxonum rex, antecessorum meorum exemplo instructus, et delictorum meorum recordatione compunctus, pro adipiscendo sempiternae remunerationis gaudio [atque] expiatione piaculorum meorum, aliquantulam agri partem, id est, triginta cassatos, duobus tantum in locis, uiginti quinque habens ubi nuncupatur Dicesgate, et quinque ubi ruricoli appellant Lottisham, cum consilio et licentia optimatum meorum, Eanulfo principi meo in ius proprium libenti animo largitus sum; ut potestatem penes se habeat quicquid de hac eadem terra agere uoluerit, seu habendi, siue commutandi, uel etiam uendendi, aut post obitum eius qualicumque haeredi prout illi placatum fuerit relinquendi; hancque libertatem deuota mente

illi donabo, ut regalium tributorum et principali dominatione, et ui coacta operatione, et poenalium conditionum, furis comprehensione, et cuncta mundana onerositate, absque expeditione sola et pontium structura et arcium munitionibus, quod omni populo communis est, supradicta terra secura et immunis liberaque iugiter et firmiter permaneat. Hocque exopto et in nomine sanctae Trinitatis praecipio, ut nullus successorum meorum regum uel principum hoc infringere ullatenus audeat, et qui illud obseruare uoluerit misericordiam magni et aeterni regis consequatur hic et in arce poli ; si autem aliquis diabolica fraude deceptus et saeculari cupiditate inlectus, istud immutare uel irritum facere conauerit, sciat se anathematizatum ab omnibus fidelibus hic et in futuro, et in die iudicii coram Christo et angelis eius, nisi ante emendauerit, rationem redditurum esse. Termini uero horum agellorum isti sunt, etc.

Scripta est autem haec scedula anno ad incarnatione Christi DCCCXLII. indictione quarta, in loco celebri qui uocatur Andredeseme coram idoneis testibus, quorum nomina subter praenotata cernentibus clare patescunt.

+ Ego Ceolnothus gratia dei archiepiscopus, ad confirmandum huius testimonium carticulam signum sanctae crucis exaraui. + Ego Atheluulf rex ad roborandam hanc meam donationem almi trophei signaculum impressi.+ Cum multis aliis.

IX

AETHELUULF, 842

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi, regnante in perpetuum eodem deo et domino nostro Ihesu Christo ! Ego Aetheluulf rex Australium populorum, tibi fidelissimo meo praefecto Ceolmundo trado terram iuris mei, unius aratri, notissimis terminis circumdatum, unum uiculum ab oriente ciuitatis Hrobi, ut habeat et possideat, et cuicumque uoluerit, post se, aeternaliter possidendum relinquat. Et praecipio in nomine domini dei omnipotentis, ut praedicta terra et uicus libera ab omnibus molestiis permaneat in aeuum. Si quis uero hanc donationem meam augeat, augeat deus

partem eius in libro uitae; qui autem infringere uel minuere temptauerit, sciat se separatum a communione sanctae dei aecclesiae, nisi prius digne emendauerit. Scripta est haec cartula anno dominicae incarnationis DCCC.XLII. indiccione V. Hiis testibus consencientibus et subscribentibus, quorum infra nomina tenentur.

+ Aetheluulf rex. + Aetheluulf dux. + Aethelhun presbyter. + Aethelmod. + Aethelred. + Ceolnoth archiepiscopus. + Alhhere dux. + Beormod presbyter. + Aethelric. + Lulluc. + Beormod episcopus. + Werehard presbyter. + Muthsar minister. + Alhhard. + Beagnoth. + Aethelstan rex. + Dryhtnoth presbyter. + Tutta minister. + Hudda.

X

BERHTUULF DE MERCIA, 844

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Ceolred antistes, cum consciencia et licentia uenerabilium familiarum mearum, dabo Berhtuulfo regi Merciorum illud territorium at Peginga burnan. XIIII. manentium iuxta amnem quae dicitur Temes, pro libertate horum monasteriorum, ut habeat eandem terram, perfruat et possideat in diem illius, et post se cuicunque uoluerit relinquat in perpetuam haereditatem. Ego Berhtuulf rex Merciorum donabo Aetheluulfe duci libertatem et territorium et Paegeinga burnan in perpetuam haereditatem. Hoc est uerbi gratia ut sint liberati a pastu principum et a difficultate illa quod nos Saxonice dicimus festingmen; nec homines illuc mittant qui accipitros uel falcones portant, aut canes aut caballos ducunt; sed sint liberati perpetualiter in aeuum. Si quis autem haec seruare uel augere uoluerit, benedictionem a domino deo coeli percipiat hic et in futuro. Si quis autem, quod non optamus, in aliqua parte frangere uel minuere uoluerit, sciat se rationem redditurum ante tribunal nostri iudicis, nisi ante ea deo et hominibus emendauerit. Hoc autem factum est anno deminicae incarnationis. DCCC°.XL°.IIII°. Indictione uero. VI^a. regni autem regis Bertulfi. III°. anno. His testibus contestantibus et scribentibus et cum signo sanctae crucis corroborauerunt, quorum nomina infra notantur.

+ Ego Bertulf rex concessi et subscripsi. + Ego Saethryth regina consensi et subscripsi. + Ego Ceolred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Hunbirht episcopus consensi et subscripsi. + Ego Heabirht episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eanmund abbas consensi et subscripsi. + Ego Mucel dux consensi et subscripsi. + Ego Humbirht dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan dux consensi et subscripsi. + Ego Cynebirht dux consensi et subscripsi. + Ego Aethel dux consensi et subscripsi. + Ego Beornoth subscripsi. + Ego Aelfred subscripsi. + Ego Uulfred subscripsi.

XI

AETHELUULF DE WESSEX, mardi 19 nov. 845

+ Regnante in perpetuum dño deo nro omnipotenti Ego aetheluulf gratia dei rex occidentalium saxonum necnon et cantuariorum cum consensu ac licentia meorum optimatû dabo aliquantulam partem terre meae propriae iuris badonothe apparitori meo id ÷ uillam unam ab orientale parte muris dorouernie ciuitatis. XVIIII. q: iugera . hoc ÷ . VI. iugera ubi nominatur et uuihtbaldes hlawe et in australe parte puplice strate altera . VI. et in australe occidentale q: puplice strate ubi appellatur uueowèraget in confinioq: deoringlondes . VII. iugero seu etiam tria prata tradendo illi concedo una ab orienti fluminis qui dicitur sture que appellatur alingmed . altera que nominatur longan med et iacit be northan hege . tertia in media urbanorû pratorum . insuper etiam animalib: illius cum armentis regis pascuum donabo . hanc uero predictû donationem huius terre pro amore dei petitioneq: alchhere ducis et ac conpetenti pecunio quam ab eo accepi hoc ÷ . XV. mancusas auri in sempiternam hereditatem habendam et possidendam feliciterq: in dies eius pfruendû donabo et post dies eius cuicumq: ei heredi placuerit derelinquendum liberam p omnia habeat potestatem . hanc eandemq: agellum huius meae munificentia ab omni piscalia saecularium difficultatum intus et foris notis et ignotis penniter liberabo hoc idemq: omnib: successorib: meis regib: ducib: exactorib:q: in nomine regis aeterni obseruandum precipio Si k quod absit alicuius potestatis homo diabolica temeritate instigatus surrexerit

qui hanc meam munificentiam confringere uel minuere aut in aliut conuertere quod a nobis constitutù ÷ temptauerit. Sciat se ante tribunal aeterni iudicis rationem esse redditurum nisi ante digna satisfactione deo et hominib: emendare uoluerit manente hanc cartula nihilhominus in sua firmitate roborata.

Actum est k anno dominice incarnat. DCCCXL.V. indict. VIII°. die II. feria. XIII. kl. decemb in illa famosa uilla qui dicitur on uueg . his testib: consentientib: et signo sce crucis xpi confirmantib: quorû hic nomina in scedula caraxata continentur. uerte folium et inuenies nomina qui hoc ipsum propriis manibus conscripserunt.

+ ego aetheluulf gratia dei rex atq: donator hanc meam donationem cum signo scae crucis xpi confirmabo et subscribo.

+ ego aethelstan rex conseñ et sub.
+ ego tatnoth episc conseñ et sub.
+ ego alchhere dux conseñ et sub.
+ ego degberht p abb conseñ et sub.
+ ego wynhere p abb conseñ et sub.
+ ego aethelmod conseñ et sub.
+ ego eadwulf conseñ et sub.
+ ego osberht conseñ et sub.
+ ego ethelred conseñ et sub.
+ ego duduc conseñ et sub.
+ ego goda conseñ et sub.
+ ego wullaf conseñ et sub.
+ ego sigeberht conseñ et sub.
+ ego ethelric conseñ et sub.

XII

AETHELUULF, 26 déc. 847

+ Regnante dño nro ihu xpo in ppetuum. Siquidem sacris insertum.. ..... satisq: salutarib: cotidie instruimur oraculis. hoc solum superse homini in omni labore suo quod laborat... solo et in cunctis quae possidet diebus uanitatis suae. Si quid in elemoxsinarû largitate piis intentus operib: expenderet proximo-

rûq: communicanda necessitatib: pro possibilitate uirium faciat sibi secundû seluatoris pceptum amicos de mamona iniquitatis qui eum recipiant in aeterna tabernacula. Qua de re ego aetheluulf deo auxiliante occideñt saxoñ rex cum consensu ac licentia episcoporû et principium meorû aliquantulam ruris partem uiginti manentiû mihi in hereditatem propriam describere iusi. Id ÷ me ad habendû et ad pfruendû cum pratis et pascuis cum campis et siluis cum aquis currentiû et incurrentiû. Et iterû qualicumque prout me placabilis sit aeternaliter relinquendum. Terra k pdicta liber et securus omniû rerum pmaneat id ÷ reguliû et principaliû tributum et ui exactorum operû siue poenaliû causariû furisq: conphensione et omni saeculari grauidine sine expeditione et pontis instructione. Scripta ÷ k huius donationis pagina anno dominici incarnationis . DCCC°XLUIIIª. indict xª. Territoria uero ista sunt orum uigintorum cassatorum qui aetheluulfe regioni homme senatores eius concedissent. In illo loco qui nuncupater dornuuarana ceaster secunda die natalis dñi coram idoneis testib: quorû nomina infra aspicientium oculis caraxata liquescunt. Aerest on merce Cumb thonne on grenan pytt thonne on thone torr aet mercecumbes aewielme thonne on thene waldes stan thonne on thone dic thaer esne thone weg fordealf thonon of dune on thaes waelles heafod thonne thaer of dune on broc oth tiddesford thonne up on broc oth heottes dic to thaere flodan from thaere flodan of dūne thaer fyxan dic to broce gaeth and thonne of dune on broc oth sæ . thonne from thyrelan stane up on broc oth smalan cumb fram smalan cumbes heafde to graewan stane thonon withufan thaes waelles heafod on oden cole thonon on thone healdan weg with huitan stanes thonon to thaem beorge the mon hateth aet thaem holne thonon an haran stan thonon on secgwaelles heafod thonon on tha burg eastewearde thonon on tha lytlan burg westewearde thonon to straete thonan beniothan wuda on geryhte ut on hreodpol thonne up on afene oththaet the se alda suīnhaga utscioteth to afene thonne be thaem hagan on anne beorg thonne on sueordleage waelle thonon on wulfwaelles heafod thonon on wealweg on thone stan aet thaere flodan from thaem stāne forth on thone herepath an thone dīc thonon of dune oth wealdenes ford thonon on thone holan weg thonon of dune on brōc on hunburgefleot and thaer to sæ.

Si quis k huius munificentia conlationem quouis tempore qualibet occasione cuiuslibet etiam dignitates uel professiones uel gradus

puertere uel in irritum deducere sacrilega psumptione temptauerit sit a consortio xpi ecclesiae et a collegio scorû hic et in futuro dispartitus parsq: eius cum auaris et rapacib:q: ponatur et communionem habeat cum iudas scarioth qui tradidit dñm. Si quis k pia intentione potius pditus haec roborare hac defendere curauerit amplificet ds portionem eius in hereditate iustorû et cum omnibus .....sine fine gaudeat

+ Ego aetheluulf rex ad confirmandā hanc donationê uenerabiliter trophei signû scae crucis exarrabi. + Ego alhstan episc coñs et sub. + Sig mā ceorli priñ.

+ Sig mā..... + Sig mā aethelbaldi fiuel reg. + Sig mā osrici priñ. + Sig mā osmundi miñ. + Sig mā ecgheard miñi. + Sig mā uulfraed miñ. + Sig mā alhstan miñ. + Sig mā milred miñ.....

Sig mā lulling miñ. + uulflafi abb. + Sig mā ecguulfi miñ.

+ Sig mā lulluc ministris.

XIII

BERHTUULF DE MERCIA, 848

+ In nomine almae et agyae sophiae, qui monarchiam mundi totius ac celsitudinem coelorum abditamque profunditatem turgentis oceani in altis et in imis, omnia cum suo maiestatis imperio, qui in primordia mundi creauit, et nunc in aeuum gubernat et regit, summus pater, omnipotens deus! Status huius mundi in uelocitate deficiet, et rotunda saeculorum uolubilitas facesset, sic alternando creaturarum qualitas decrescit, sic mutando mortalis uitae fragilitas fatescit. De qua miserrima humani statu uicissitudine Aecclesiastes coelesti afflatus spiritu competentem protulit sententiam, generatio inquid uenit et generatio uadit. Alii nascuntur et alii moriuntur. Ita uniuersa diuitiarum facultas et temporalis gazae possessio quam praecessorum anxia sollicitudo per indefessa laborum emolumenta lucratur, proh dolor, incertis haeredibus, interdum optatis interdum optatis interdum exosis, relinquitur. Quemadmodum psalmista inprouidam humani generis socordiam conquaerens increpitet, Thesaurizat et ignorat cui congregat ea. Ideo sunt omnes nostras serie et sermocinationis litterarum apicibus confirmandos ne unquam

ulla obliuione tradantur sed perpetua memoria seruentur, quicquid reges ac praecedentes patres firmiter constituerunt. Qua de re ego Berhtuulfus diuino fultus suffragio rex Merciorum, cum consensu et consilio principum ac magistratuum Mercianorum gentis, donans donabo uenerabili abbati Aeanmundo et eius familiae sanctae congregationis Breodunensis monasterii istam libertatis gratiam illius monasterii aet Breodune, mihi et omnibus Maercis tam pro deo quam pro saeculo in eleemosinam sempiternam. Id est ut sit liberatum et absolutum illud monasterium ab illis causis quas cumfeorme et eafor uocitemus : tam a pastu accipitrorum meorum omnium quam etiam uenatorum omnium, uel a pastu equorum meorum omnium, siue ministrorum eorum. Quid plura, ab omni illa incommoditate aefres et cum-feorme, nisi istis causis quas hic nominamus : praecones si trans mare uenirent ad regem uenturi, uel nuncii de gente Occidentalium Saxonum uel de gente Northanhymbrorum, si uenirent ad horam tertiam diei uel ad medium diem, dabitur illis prandium : si uenirent supra nonam horam, tunc dabitur eis noctis pasium, et iterum de mane pergent in uiam suam. Ob huius ergo rei gratiam, ipse uero supradictus Eanmund abbas ac illius supranominata familia aet Breodune ad commercium huius libertatis cum testimonio optimatum gentis Merciorum, dederunt Berhtuulfo regi Merciorum CLXXX. mancusas in auro puro, et terram XV. manentium, in duobus locis, aet Stanlege, et aet Bellanforde. Ut ista libertatis gratia cum dei testimonio, et omnium sanctorum in coelo, et eorum hominum in terra qui dei praecepta custodiunt, et tremendum diem iudicii metuunt, et honorem sanctae crucis Christi colunt, ac illorum baptismatis donum firmiter perenniterque firmatum, nullo hominum interdicente, sed deo fauente ac angelis eius, stabilis permaneat tamdiu fides Christania ac baptismum Christi apud Anglorum gentem in Britannia maneat. Insuper etiam ego Humberht princeps optinebam a domino meo Berhtuulfo regi Merciorum, cum consensu optimatum, illo abbati Eanmundo et familiae illius supradictae on Breodune, hanc libertatis gratiam pro eorum uenerabili pecunia quod mihi impendebant in uno uaso praetioso potatorio, quod fuit de nobile genere pulchraliter factum, et ex parte cum auro ornatum. Hoc est ut sit illud monasterium on Breodune liberatum et absolutum ab omnibus causis, magnis uel modicis, notis ac ignotis, quae mihi aut principibus Tonsetorum unquam ante ea pertinebant ex illo monasterio, tamdiu uoluerit

deus ut baptismi gratia et recta fides cum regibus ac principibus Christianis in populo fideli firmiter fideliterque permaneat in aeuum. Et ut memoria regis Beorhtuulfi, ac Humberhti principis, et omnium optimatum gentis Merciorum, in eorum sacris orationibus, diebus ac noctibus, memoretur, et nullus homo alicuius personae, rex aut princeps, magnus siue modicus in aliquo tempore, diabolica potestate fretus, per tirannicam phylargiriam vel gastrimargiam hanc nostram statutionem fringere praesumat, sed semper stabilis et indiscussa haec donatio conseruetur inperpetuum, et ut merita ac elemosinae nostrae ante deum florescant, ac nomina nostra coram throno domini scribentur in libro uiuentium, Amen. Haec scedula scripta est anno dominicae incarnationis . DCCC.XLIIII. Indictione uero XI. in uenerabili monasterio primum aet Hrypadune, et iterum karaxata atque confirmata fuit cum istorum testimonio quorum subter nomina notata sunt.

+ Ego Berhtuulf domino disponente rex Merciorum hanc nostram diui et meam donationem, mihi et omnibus Mercis in elemosinam sempiternam, firmiter donabo, atque cum signo sanctae crucis consignabo. + Ego Saethryth regina consensi et subscripsi. + Ego Tumberht episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ciolred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Berhtred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Alchun episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cuthuulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eanmund abbas consensi et subscripsi. + Ego Uuithred abbas consensi et subscripsi. + Signum Muceli principis. + Signum Humberhti principis. + Signum Aethelhardi principis. + Signum Aldberhti principis. + Signum Dudan principis. + Signum Sigredi principis. + Signum Uuiglafi principis. + Signum Muceli principis. + Signum Aelfstanis principis. + Signum Hunstanis principis.

XIV

ALHHUUN, 849

+ Status namq: saeculi praesentis lubricus et instabilis uariis rerũ pturbationibus atque procellis fluctiuagi adinstar maris conquatitur atque pturbatur. Quia modo prospera et laeta nobis tem-

porù serenitates adrident Modo uero tristia et aduersa rerù fata mortalium mentes huc illucq : uertendo iactant. Ideoq: pnecessarium ÷ litterarum serie decreta nra omnia firmiter commendare . ne forte temporù curriculis aut labentiù rerù euentis posteris ex memoria patrum labentur procedentium condicta. Qua de re ego alhhunus eps cum mea familia in weogerna ciuitate pro nostra defensione donamus berhtwulfo regi aliquam partem telluris nri hoc est in wearsetfelda . v . manentium. et an coftune aet thaem hamstalle . v . cassatorù on wreodan hale . v . manentiù and in alio loco in weorsethylle . et in hopwuda duorù manentium. Similiter in tertio loco . iii . manent . id ÷ nominatus witlafes feld . in quinque dierum hominum spatium. Ut habeant aut pfruant cum iusticia and post numera dierù illorù sine aliqua dissensione and sine conflictu reddatur ad supradictam aecclesiã in weogerna ciuitate. Et illi dabant terrã illam ea tamen condicione ut ipse rex firmius amicos sit episcopo pfato and familia eius in omnib: bonis eorù. Quam in terrarù possessione tam in libertate illorum usquam conscripte. Et nec ipse nec heredes eius unquam aliquid aliquam in illis bonis quae ad weogernessem ecclesiã recte ptinent. aut ante datis aut in posteris aliquis amicorum dare uellet. Numquam praesumant minuere . sed semper cum amicis augentibus and defendentibus illius aecclesiae bonum augere and defendere et adiuuare . and numquã minuere nec minuentibus plus consentirent . and hos terminos ptinent ad coftune, etc. Gesta est at huius reconciliationis kartula anno dom incarnationis dccc°.xl°.uiiii°. Indict u° xii°. in loco qui nominatur. aet glenne corã his testibus cum signo sce crucis xpi fixerunt quorù hic nomina notantur.

+ Ego alhhun epis huic decreta and concordia nra consentiend subscribo.

+ alhmund pr consen et sub.
+ wulfheard pr consen et sub.
+ ceolberht pr consen et sub.
+ ecgberht pr consen et sub.
+ putta ppos consen.
+ ceolmund pr consen et sub.
+ eadwulf pr consen et sub.
+ daegheh pr consen et sub.
+ eadberht diac cons.

XV

AETHELUULF DE VESSEX, 850

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo, cum cuius imperio hic labentis saeculi prosperitas in aduersis successibus sedulo permixta, et conturbata cernitur, et omnia uisibilia atque desiderabilia ornamenta huius mundi cotidie ab ipsis amatoribus transeunt ! ideo beati quique ac sapientes cum hiis fugitiuis saeculi diuitiis aeterna et iugiter permansura gaudia coelestis patriae adipisci properant. Quamobrem ego Betheluulf Occidentalium Saxonum rex, cum consensu episcoporum ac principum meorum, etiam pro remedio animae meae et pro expiatione facinorum meorum, aliquam partem iuris mei, hoc est decem mansiones, uenerandae Maldubiensi familiae, sancto Petro ueneranti imperpetuam possessionem illi aecclesiae largitus sum, in loco qui dicitur Dometesis. Et qui hanc meam donationem amplificare uoluerit, amplificet deus illi uitam aeternam. Et qui minuerit, imperpetuum dampnetur. Anno domini hii sunt D.CCC.L. huius operis.

+ Et ego Aetheluuf rex hanc meam donationem signo sanctae crucis confirmaui et coroboraui. + Ego ceolnothus archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Alhstanus episcopus subscripsi. + Tuddan princeps. + Uullaf abbas. + Aethelbald dux. + Eanuulf dux. + Eeallrinc dux. + Aelfstan minister.

XVI

AETHELUULF, 850

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Ego Aetheluuf rex Occidentalium Saxonum, seu Aethelstan rex Kanciae, dabo et concedo Ealhhere humili atque dilecto principi meo, aliquantulam partem terrae iuris mei, id est unum dimidium agrum, quod nostra lingua dicimus Healue aker, in orientali plaga extra murum ciuitatis Hrofli, in merididie partie quod multum notum

est, et in illa terra est aecclesia dedicata in honore sanctae Mariae uirginis : ut habeat et perfruat, cum pratis et pascuis, cum omnibus rebus quae ad illam pertinent, et qualicumque homini illam placuerit derelinquat in haereditate in sempiternum ; et sit liber ab omni regali seruitio, praeter tribus, pontis et arcis et expeditione. Si quis hanc donationem augere uoluerit, augeat illi deus bona sua ; et si minuere uoluerit, minuat illi deus dies bonos, nisi ante obitum suum emendauerit. Scripta est haec carta anno ab incarnatione domini DCCCL. indictione XII. Hiis testibus consentientibus et subscribentibus.

+ Ego Aetheluulfus rex hanc donationem meam cum signo sanctae crucis roboraui et subscripsi. + Ego Aethelstan rex consensi et subscripsi. + Ego Ceolnothus archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Osric dux consensi et subscripsi. + Ordbriht miles consensi et subscripsi. + Ego Aethelbald filius regis consensi et subscripsi. + Ego Ealhere dux consensi et subscripsi. + Ego Cineberht miles. + Ego Eaduulf dux consensi et subscripsi. + Ego Lulla miles consensi et subscripsi. + Mucel miles consensi et subscripsi.

XVII

CEOLRED, 852

+ In nomine patris et filii et spiritus sancti ! Ceōlred abbud and tha higan on Medeshāmstede sellath Wulfrede thet land aet Sempingahām in thās gerednisse ; thet he hit haebbe and bruce suā lange suā he life and ānum aerfeuuarde aefter him ; and ēlce gēre sextig fothra wuda tō thæm hām on Hornan thæm wuda, and tuelf fother graefan and sex fothur gerda. End forthon we him this land sellath, thet he thes landes fulne friodōm bigete in æce aerfeweardnisse aet Sempingahām and aet Slioforda, and brūce thēre cirican lāfard on Medeshāmstede thes landes aet Slioforda, and Wulfred thes on Sempingahām : and he geselle ēghwelce gēre tō Medeshāmstede tuā tunnan fulle luhtres aloth, and tuā sleg-neāt, and sex hund lāfes and ten mittan waelsces aloth, and thēre cirican lāforde geselle ēghwelce gēre hors and thrittig scillinga, and hine āne niht gefeormige fīftene mitta luhtres aloth, fīf mitta welsces aloth, fīftene ses-

tras lithes : and hī siōn symle in allum here life eādmōde and heārsume and undertheōdde, and ofer here tuega daeg thonne āgefe hiō thet land intō there cirican tō Medeshāmstede mid freothōme ; and we him this sellath mid felda and mid wuda and mid fenne suā ther tō belimpeth. Sith heora tuuēge daeg āgān sīe, thonne āgefe mon tuuenti hida higuum tō biōdland and thēre cirican lāfarde XII. hida landes aet Forde and aet Cegle, and he thes feormied tuuege hida landes aet Laebeotum his erfeweorda sweolcum swelce him thonne gesibbast wāre, and that wēre fuld fredes cynne ge fre swā suā thet ōther intū thēre cirican. Anno uero dominicae incarnationis DCCC.LII. indictione XV.

Her sindan tha naman thēre monna the this wreotan and festnedan :

Burgred rex. + Caelnōth archiepiscopus. Tūnberht episcopus. + Ceored episcopus. + Alchun episcopus. + Berhtred episcopus. + Wihtred abbas. + Werheard abbas. + Aethelhard dux. + Hunberht dux. + Aldberht dux. + Beornhard dux. + Mucel dux. + Osmund dux. + Aelfstān dux. + Aldred dux. + Wēnberht dux. + Eādulf.

+ Ic Ceōlred abbud thās ūre selene mid Cristes rōde tācne trymme and festnie. + Aldberht praepositus. + Alcheard presbyter. + Eānred presbyter. + Wilheard presbyter. + Cēnferth presbyter. + Cyneweald presbyter. + Eāduuald presbyter. + Egberht diaconus. + Humberht diaconus. + Byrnuuald. + Tūnwulf.

XVIII

AETHELUULF DE WESSEX, 853.

⁊ Regnante in perpetuum dño deo nro omnipotenti ego ethelwulf rex occidentalium saxonum nec non et cantuariorum cum consensu ac licentia meorum optimatum seu pro expiatione piaculorum meorum et absolutione criminum meorum dabo et concedo meo fideli ministro ealdhere pro eius humili oboedientia et quia mihi in omnibus rebus semper fidelis minister extitit dono hei aliquam partem terre iuris mei in prouincia cantuariorū hoc ÷ unum aratrum ubi ulaham nominat siui auendum et possidendū feliciterq: in dies

eius perfruendum et post dies eius cuicumq: hei eredi placuerit derelinquendum liberam per omnia abeat potestatem cum campis siluis pratis pascuis aquis uenationib: et cum omnib: utilitatibus rite et recte ad eandem terram pertinentib: hanc k terram supranominatam et ulaham. ego ethelwulf rex ab omni seruitute regali operis intus et foris magnis ac modicis notis et ignotis perennitir liberauo nisi his tantum trib: causis hoc ÷ expeditione et arcis munitione pontisq: constructione hec terra suprascripta et ulaham his notissimis terminib: undiq: circumcincta est ab occidente hodowortha ab aq^{i}lone winterburna ab oriente prata illo to liminge a meritie bromteag hsi quis uero heredù successorùq: meorù hanc meam donationem uel liuertatem seruare uoluerit seruet ei desup benedictio sempiterno hsi k aliquis quod absit diabolica temoritate instigatus surrexerit q^{i} hanc liuertatem uel munificentiam infringere uel minuere aut in aliut conbertere quam a nobis constitutum est temptauerit. sciat se coram xpo iudice et celesti exercitu rationê reddituru esse nisi prius digna satis q: placauili factione deo et hominib : emendare uoluerit.

Hactum est k anno dominice incarnationis.DCCC.LU. ind. I. his testib: consentientibus et signo sce crucis xpi confirmantib: quorù hic nomina infra ac in scedula karaxata notant.

+ ego ethelwulf rex hanc meam donationem cû signo sce crucis xpi rob et subsc.

+ ego cialnothus gratia dei arciepis hanc donationem consensi et subs.

+ ego ethelbearht rex hanc donationem cum signo sce crucis xpi. rob et subs.

+ ego lullede dux cons et sb scr.

+ ego ethelmod dux cons et sb scr.

+ ego eadred dux cons et sb scr.

+ ego elfred fili regis cons et sb scr.

+ ego otheric dux cons et sb scr.

+ ego duduc m cons et sb.

+ ego cyneheard m cons et sb.

+ ego wiohtgar m cons et sb.

+ ego cialmund m.

+ ego milred m.

+ ego lulla m.

+ ego wullaf m.

+ ego ethelred m.

XIX

AETHELUUFF, 23 Avril, 854

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

+ Haec sunt termini. XII. cassatorũ. Ærest on linleage middewearde and on heanleage westewearde and an gabuldene eastewearde . thanne on stapolas . and an beornan thorn . thonne an tuddeles thorn and an hroceswylle . thonne on wulfbeorh . and an tuddanhām westeweardne . thanne on bradingleage westeweardne . and on fearnlege westeweardne . thanne on beberburnan . thonne an lawernwylle and an pegdes setl eastewerd . haec sunt termini unius cassati. Aerest on hroceswylle . thanne up on thaene weg oth grenan hlinc . thanon on oden uuielle. thanne on deaneheardes hegeraewe . thanon on tha hegerǣve on humbord ford . thanne andlang humber . thanon on eabbincgwylle thanne on riscbroc . thanon on tha westran fearnleage . thanne on thaet land thē aethelswyth cwēn and athelbold ealdorman him gethingedon aet athulfe cynge. Si quis hanc meam donationê augere et multiplicare uoluerit augeat deis bona illius hīc et in futuro. Si autem aliquis quod absit diabolica fraude deceptus in magnis aut in modicus hoc infringere uel minuere temptauerit nouerit sē ab omni aecclesia catholica sequestratum et in die iudicii quando cœlum et terra mouetur coram xpo et exercitu cœlesti nisi ante emendauerit rationê reddat. Scripta est autem hāc cartula anno dñicae incarnationis . DCCCLIIII. indict. I. in uilla regali qui appellatur uuiltūn . die secundo quo pascha celebratur his testibus consentientibus et subscribentibus quorum nomina infra prenotata cernentibus clare patescunt.

XX

BERHTUULF DE MERCIA, —.

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi regnantis imperpetuum, uniuersa quae subsistunt condita confirmata sit ! Et pro cuius aeque

+ Ego rex Aluredus, in honore dei et sanctae Mariae uirginis et omnium sanctorum, dono et concedo uiuens et in prosperitate adhuc uigens, Sceptoniensi aecclesiae centum hidas terrae cum hominibus et aliis pertinentiis, quemadmodum modo se habent, et Ayleuam filiam meam cum eisdem, quae cogente infirmitate in eadem aecclesia facta est sanctimonialis. Praeter haec iura quae ad coronam meam pertinent, scilicet forsteal et hamsockne et munbreck. Et haec sunt nomina terrarum quas supradictae aecclesiae dedi et concessi; Dunehefda et Kuntune quadraginta hidas; in Henlee et Gersicg uigenti hidas; in Tarente decem hidas; in Hyuuerna quindecim hidas; in Funtemel quindecim hidas. Huius rei testes sunt, Edwardus filius meus, Athelredus archiepiscopus Alfredus episcopus, et Adelheacus episcopus et Uulfere, Raduulfus, Kudredus ealdreman, Turebertus abbas, Mildredus et Atheluulfus et Osricus et Berthuulfus et curia mei. Quicunque haec auerterit sit a deo et sancta Maria uirgine et omnibus sanctis maledictus in aeternum. Amen.

XLIII

AETHELRED DUC DE MERCIA, 880

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo, cuius imperio huius saeculi labentis prosperitas in aduersis successibus

sedulo permixta et conturbata cernitur. omniaque uisibilia atque desiderabilia pomparum mundi ornamenta ab ipsis amatoribus suis cotidie fugiendo transeunt ! Quapropter quique sapientes ac beati cum his fugitiuis saeculi aeterna gaudia iugiter mansura coelestis patriae magnopere mercanda sunt. Quapropter ego Aethelred, gratia domini largiflua concedente, dux et patricius gentis Merciorum, cum licentia et impositione manus Aelfredi regis, una cum testimonio et consensu seniorum eiusdem gentis, episcoporum uel principum, pro redemptione animarum nostrarum, et pro sospitate nec non et stabilitate regni merciorum, nobis in aeternam elemosinam, quandam ruris portionem domino deo et sancto Petro, liberatam ab omni tributo regali, magno uel modico, noto uel ignoto, hoc est, aet Berhtan uuellan . VI. mansiones, et aet Uuaetlinctune . VIII. cum omnibus pertinentibus ad rura eadem, in siluis et in campis, sicut exterius finibus certis dinota consistunt, ad aecclesiam illam quae uocatur aet Readenoran pertinentes, utrasque terras in unam possessionis haereditatem, id est, ad episcopalem sedem, scilicet Uuigornensis ciuitatis, plena uidelicet mentis deuotione concedendo humiliter donauimus. Insuper etiam huic donationi in augmentum sex homines, qui prius pertinebant ad uillam regiam in Beonsinctune, cum omni prole stirpeque eorum, ad eandem conscripsimus aecclesiam, cum consensu praefati regis et eorundem optimatum meorum ; ut, sine contradictione alicuius nobilis uel ignobilis, semper ad terram aecclesiae supradictae pertineant, in sempiternam haereditatem haec possidenda donauimus. Si qui autem, quod absit, ausum philargire, hoc nostrum donationis donum in aliqua corrumpenda foedare pertemptent, sciant se rationem reddituros in die iudicii cum Anania et Saphira, nisi prius digna satisfactione emendare maluerint. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis DCCCLXXX. indictione uero V^a^.

This earon thaera manna noman the gewritene earon from binsinctune to readanoran to thaet bisceoprice to Wigerancastre mid heora teame and mid thy tuddre the from him cume a on ece yrfewardnesse. Alhmund. Tidulf. Tidheh. Lull. Eadwulf. Haec nomina sunt, qui hanc libertatis donationem consentientes signo crucis subscripserunt.

+ Ego Aelfred rex consensi et subscripsi. + Ego Aethered dux hoc nostrum donum signo crucis confirmaui. + Ego Aethelflaed

coniunx subscribens confirmaui. + Ego Uulfred episcopus. + Ego Uuerfrith episcopus. + Ego Deorlaf episcopus.

XLIV

AETHELRED, 883

+ Saeculi namque labentis tempora sicut umbrae fugientes sic uelociter tranant, uarieque euentuum status in cogitationes hominum conscendunt. Ideo omnes firmas statutiones nostras litterarum serie confirmamus ne posteris cadant ex memoria praecedentium decreta patrum; Grecorum talibus exemplis statuta sunt, qui quod scire uolunt litteris tradunt, ne ex memoria labetur. Estque nobis necesse praemeditandum in fugabundis temporibus saeculi quomodo ad aeternam felicitatem peruenire ualeamus; quia cuncta quae uidentur fugitiua sunt et caduca, quae autem non uidentur perhenniter sunt manentia . for thaere wisan ic Aethelraed ealdorman inbryrdendre godes gefe gewelegod and gewlenced mid sume daele Mercna rices for godes lufan and for alesnessa minra gylta and synna and for benum abbodes and thaere heoraedene aet Berclea and eac for ealre Merce ic heo gefreoge ecelice thaes gafoles the hio nu get to cyninges handa ageofan sceolan of tham daele the thaer ungefreod to lafe waes thaere cyningfeorme ge on hlutrum alath... Acta est autem huius donationis munificentia anno dominicae incarnationis DCCC.LXXXIII. indict. autem I. his testibus consentientibus et subscribentibus, quorum hic nomina notescunt.

+ Ego Aelfred rex huius traditionis munificentiam signo sanctae crucis adfirmo. + Ego Aethelred dux hanc meam donationem signo sanctae crucis inpono. + Ego Wulfred episcopus consensi. + Ego Werferth episcopus consensi. + Ego Deorlaf episcopus consensi. + Ego Earduulf consensi et subscripsi. + Ego Aethelwold dux consensi. + Ego Eadnoth consensi et subscripsi. + Ego Aelfred consensi et subscripsi. + Ego Aethelhun abbas consensi et subscripsi. + Wigheard presbiter. + Wighelm. + Luda. + Wilferth. + Ecghun. + Acha.

Terra autem ista hiis circumcingitur terminibus, etc.

XLV

WERFRITH, 889.

+ Diuina fauente gratia . anno eiusdem sacre incarnatiō. DCCC.LXXX.VIIII°. indictio . VII^a. ego werfryth eps anno presulatus mei . XVI . a dilecta mihi familia in ecclesia weogornensis cui xpo ihu auctore deseruio terrā .v. manentiū in uilla qui alchmunding tuun dicitur . que antea ad monasteriū to clife ptinebat. Cum hominib: ad illā ptinentibus quarum nomina paup inferius scripta sunt. et cum omnib: utilitatibus in siluis et in campis dies triū hominum adquisiui. Cuius quidē supra memorate familie consensu et testimonio et roboratione insignis uexilli in hac pagina firmata consistit illa condicione ut postquā uitā duorū mihi succedentiū heredū terminata sit . iterū sine alicuius contrarietatis refragatione ad ecclesiam wiogornensem terra prememorata reddatur . et tamdiu totius debiti certi uel incerti libera psistat quā diu in manib : meis meorūue heredum sit . nisi tantum ut omni anno censum aecclesie secundum rectitudinē to clife reddantur. Haec sunt nomina familiae cuius deuotione mihi terra pdicta subscripta signo crucis et firmata concessa ÷.

+ Ego werfryth eps huic beneficio uexillū scissimū inprimo.

+ Signū beornheardi pr. + Signū berhuni pr.
+ Signū werfrythi pa. + Signū cut7baldi pr.
+ Signū wulfere pr. + Signū alchere pr.
+ Signū wulflafi pr. + Signū tidbaldi pr.
+ Signū burgheardi diaco. + Uuiheard.

+ Uulfhun. + Cynehelm. + beornferth. + Cynehelm. + wulfred.

XLVI

AETHELUULF, 897.

+ Anno dominicae incarnationis . DCCC.XCVII. indictione uero .XV. eo anno contigit quod Aetheluulf uenerabilis dux recitauit et inestigauit haereditarios libros Cenuulfi regis, et in priuilegiis illius

scriptum inueniebat, quod nullus haeres post eum licentiam haberet haereditatem Cenuulfi quae pertinet ad Wincelcumbe alicui hominum longius donandam uel conscribendam quam dies unius hominis; sed si quis hoc obseruare uoluisset uel contraire, longius spatium addendo, conatus fuisset, sciret se anathematizandum esse, nisi digna satisfactione emendaret. Accidit autem tunc inter alias locutiones, quod Aetheluulf loquebatur de illa terra quae appellatur Inuptune .v. manentium, ad Uullafum qui tunc eam possidebat, quoniam de haereditate ipsius Cenuulfi fuit. Tunc ille dicebat quod Cynethryth patri suo illam terram, dies trium hominum donasset, et Aelflaed sibi postea trium addidisset; sed Aethelred et illi omnes adiudicabant, quod illa donatio aliter stare non posset, nisi sicuti in diebus Cenuulfi constitutum erat. Tunc ille praedictus Wullaf reddidit Aetheluulfo pristinos libellos a Cynethrytha et Aelflaeda conscriptos, et Aetheluulfus ei istum postea scribere praecipiebat : ea namque dictione, ut habeat et perfruatur per tempora uitae suae, et postea sine contradictione reddatur ad sedem episcopalem quae est in Uueogernensi ciuitate, antistiti qualiscumque rector et gubernator illius tunc existerit, pro redemptione animae Cenuulfi regis et omnium haeredum ipsius, necnon quoque et pro renouatione et reconciliatione pacis inter illam familiam quae est in Uueogernensi ciuitate et illam quae est in Uuincelcumbe, et sedatione discordiae et conuitiarum quas ante inter se habuerunt. Et ut illa pax quam Uuaerfrithus episcopus et Aetheluulfus dux, cum testimonio Aelfredi regis et Aethelredi ducis Merciorum atque omnium senatorum ipsorum, inuenerunt, firmior ac stabilior inter illas perpetualiter permaneret. Et haec diffinitio cum Uullafo facta est cum testimonio supradictarum familiarum et eorum hominum quorum nomina infra caraxata patebunt.

+ Ego Uuaerfrith episcopus consensi. + Ego Berhthun presbiter. + Ego Berhtmund presbiter. + Ego Tidbald presbiter. + Ego Cynelm diaconus. + Ego Ecgferth diaconus. + Ego Wigheard. + Ego Aetheluulf dux. + Ego Wigred. + Cenbritht. + Wynhelm. + Alhelm. + Ego Deorbriht. + Aethelswyth. + Wigswyth. + Lulle.

XLVII

AELFRED DE WESSEX, 898

+ In nomine dñe ego aelfraedus gratia dei saxonum rex . meo fideli duce sigilmo concedo in perpetuam possessionem terram iuris mei uniusque manentis in loco qui dicitur fearnleag and an myclan wisce ui aeceres maede into tham lande an northeweardre with eadweald sibirhtigne pro eius amabilii pecunia ut abeat et possedeat quamdiu uiuat . postque suum ab ac uita decessum liberam abeat potestatem dandi cuicumque placuerit. acta est autem haec donatio anno ab incarnatione xpi. DCCC.XCUIII. in loco qui dicitur wulfamere. hiis testibus consentientibus quorum nomina infra karaxata esse fidentur.

+ ego aelfred rex saxonum hanc meum donationem signo sce crucis confirmo.

+ eadweard rex . hanc regis donationem stabilito.

+ ordlaf dux.
+ sigulf dux.
+ wullaf dux.
+ beorhtsige miñ.
+ osferth miñ.
+ wulfhere miñ.
+ eadweald miñ.
+ aethelstan sacerdos.
+ cuthulf miñ.
+ ecgferth miñ.
+ eadhelm miñ.

ista autem praefata terra hiis terminibus circumcincta esse uidetur, etc.

XLVIII

WERFRITH, 899

· Regnante inppetuum dño nro ihu xpo cui non solù caelestia sed etiam terrestria legibus aequitatis inpio gubernante . anno autem eiusdè incarnationis humane . DCCC. nonagesima nona . indictione uero . II . ego uuerefridus gratia dei gratuita . episcopus hwicciorù terram quinque manentiù iuxta cunelgnan ubi noto uocabulo eadbaldingtun uocitatur . dies duorù hominum uuerwulfo praesbitero

pro nra antiqua sodalitate et sua fideli amicitia atque oboedientia . donando concedo. Ea tamen conditione interposita . ut illi qui hanc terram habeant sint fideles et amici episcopo et suam rectitudinem quam circsceat et sawlsceat dici solet et tobegan byrg reddant. Facta ÷ autem haec traditio cum consensu et licentia totius familiae que sita ÷ in weogerna ciuitate et omnes pres simul inponendo manuus cum signaculo scae crucis atfirmabant quorù nomina hic infra caraxata consistunt.

+ Ego werfridus episcopus consensi et subscri.
+ Ego cynelm abb et diaconus consensi.
+ Ego werfrith pr. + Ego ecfrith diac.
+ Ego berhtmund pr. + Ego berhtelm.
+ Ego admund pr. + Ego cynath.
+ Ego tidbald pr. + Ego cynelaf.

XLIX

AETHELRED, DUC DE MERCIA, 901

+ Regnante rege regnum qui in tribus psonis sue sce . diuini-
+ tatis consistit qui angelos . nec non et animas celum terramque
+ sine materia creauit. Corpora namque de . IIII . id est ex aere et
+ aqua et de terra . igneue . p ipsius excelsi regis nutu transiet
+ temptus psens et qua ..... lis dies fugiunt et
+ ut sapiens salomon ait generatio uenit generatio recedit . et quos
+ uidi non uideo et quos uideo non uidebo et semp omnia ad
+ finem festinant . ideo atramento . litteras chartulis comendamus.
+ ut que cupim ..... possint ad euitandam sup
+ uenientium scandalorum . periculosam contentionem. ne a posteris labentur sine memoria priscorum procerum statuta. His itaque . p. dictis ad memoriam reuocemus . quod Aethered Aed ..... pitulante gratuita dei gratia monarchiam . merceorum tenentes honorificeque gubernantes et defendentes. in sup eorum congregatio wininicensis eclesie. consentiens consensit ..... rum dominio terram manentium . VIII. in east hope . III. in peattingtune . V. in hereditatem ppetuam habendi possidendique . pro commutatione illius terre in stantune . X.

cassatarum que prius . erat foras concessa in dominium regalem . pro libertate illius monasterii. Sed nos iterum cum licentia et testimonio pantorum procerum merceorum comodauimus ea condicione ut sit sub dominio senioris illius . eclesie et ... ad mensam sed et terram . III. manentium que dicitur cahinglaeg ad mensam illius congregationis ppetualiter donauimus que antea in trium hominuminum diem foras concessa fuerat. Ista ..... supradicta terra idest . in easthope et in peatingtune . libera scripta constat ab omnium psonarum iugo seruitutif. Nos etiam condonauimus . kalicem aureum pensens .XXX. mancusos . ad istam ..... dei amore honoreq: uirginis uenerabilis mildburge . abbatisse ut securius possimus pfrui huius terre possessionem ea condicione ut pmaneat indesinenter semp in ista eclesia . quamdiu ..... indecussa pmaneat . nisi ..... sub iurem istius eclesi ad illorum mensam si necessitas euenerit. Acta . est k ista chartula anno dominice incarñ DCCCC°I°. ind .... in ciuitate scrobbensis. Trina magestas conseruet conseruantes . condemnet ledentes . hii sunt testes . huius . chartule.

+ Ego aethered.....	wired.	aelfric
+ Ego aethefled	cuthulf.	wulfsig.
.....	tidelm.	aldred.
	wigburg.	burgred.
	aethelswith.	wulfsig.
	wulfgyth.	
	culfre.	
	cineburg.	

L

EADWEARD, 901

+ In nomine domini ! Ego Eaduuardus dei gratia Angol Saxonum rex, depraecanti uenerabili familia Maldubiensis aecclesiae, aliquantulum terrae meae, id est, X. cassatorum dedi praedictae familiae in loco qui dicitur Hanekyntone, pro commutatione alterius terrae eiusdem quantitatis ubi ruricolae Fearnberngas appellant, in aeternam

haereditatem. Sunt autem praedictae terrae ab omnibus saecularibus negotiis liberae. Hanc autem commutationem depraecantibus fratribus pro eorum commoditate feci, quia terra quam praedictis fratribus dedi duobus tantum distat miliariis ab eorum monasterio, illa autem quam accepi distat a praedicto monasterio ferme xx. miliariis. Si quis autem, quod non optamus, regum seu principum hanc libertatem infringere audaciter praesumpserit, in die districti examinis sit anathema maranata, nisi digne emendauerit quod impie agere praesumpserit. Scripta uero est haec libertas, anno ab incarnatione domini DCCCC.I. indictione VII.

+ Eadward rex. + Ealhswith mater regis. + Aelfled coniunx regis. + Occa minister. + Uffa minister. + Beorhthelm minister. + Aelfheab minister + Aethelward minister.

LI

EADWEARD, 903

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo cuius nutu et imperio simul cuncta creata sunt, et uisibilia reguntur omnia et inuisibilia, qui in principio uerum apud deum patrem erat uerbum, nostrae particeps fragilitatis factus est pro nobis, oboediens patri usque ad mortem, qui etiam mortalitatis nostrae corruptionem suscipiens participium nobis aeternorum pollicitus est praemiorum ! Cuius ope et auxilio ut arbitror, gratia dei inspirante, ego Eadward Angul Saxonum rex, pro petitione atque flagitatione mei fidelis principis nomine Ordlaf, adcommodaui magistratibus consensum ut ei licentiam dedissem prius perditi neque bene seruati libri ius perhenne restaurarem, quam prius Aetheluulf Saxonum rex suo fideli ministro nomine Cenwold iure haereditario possidendam codonauit, terram utique xx. cassatorum, in loco ubi a ruricolis Stantun nominatur, cum omnibus ad se rite pertinentibus, id est pratis, pascuis, aquarumque decursibus ; istam autem praenominatam terram liberam esse conscribimus ab omni saeculari grauidine, praeter arcis pontisue constructione atque expeditione. Praeterea uero ante nominatus Cenwald adhuc uiuens praedicens ait, ut si ille suus filius Cenfus ad utilitatem uel ad obsequium regis peruenire potuisset, ut

illius terrae dominio uita comite fungeretur, postque suum ab hac uita decessum, ad praefati ducis monarchiam iure haereditario redigatur. Acta est autem huiuis kartulae redintegratio anno dominicae incarnationis . DCCCCIII indictione IIII. in loco celebri ubi ab incolis Middeltun nominatur. His testibus adstipulantibus quorum nomina infra caraxata esse uidentur.

+ Eadward rex. + Aethelweard filius regis + Asser episcopus. + Wulfsie episcopus. + Athelstan messepreost. + Ordlaf dux. + Ordgar dux. + Wulfsige dux. + Aelfred miles. + Heahferth dux. + Wihtbrord miles. + Aelfric miles. + Sigric miles. + Cufa miles.

Territoria autem istius agelli his terminibus circumdata esse uidentur, etc.

Si quis autem hanc nostram donationem augere uel multiplicare uoluerit, augeat deus omnipotens dies eius prosperos hic et in futuro. Si autem, quod non optamus, euenerit, ut aliquis maliuolo animo istam nostram munificenciam confringere uel in aliud mutare conauerit, sciat se esse maranatha cum Iuda proditore in die aduentus domini.

LII

EADWEARD, 904

+ Dispensante et gubernante domino nostro Ihesu Christo incommutabiliter omnia uisibilia et inuisibilia ! Quamuis uerba regum et procerum decreta uelut fundamenta montium ad modicum fixa uideantur, tamen plerumque tempestates et turbines saecularium rerum regnorum statuta pulsantes quatiunt. Quapropter literarum memoriae commendare procuraui ego Edward rex Anglorum, quod pro aeterna redemptione animae meae dedi ad monasterium Wyntoniensis aecclesiae sancti Petri x mansas aet Micheldeuer intus ad refectorium fratrum Christo inibi seruientium. Et has portiones cum consensu optimatum meorum, quorum nomina infra scripta habentur, eidem familiae in perpetuam concessi haereditatem, cum omnibus ad se pertinentibus, siluis, campis, pratis, pascuis, et etiam piscium capturis, habendis et possidendis et etiam suis successoribus in eodem refectorio relinquendis. Ea autem conditione datae sunt

illae decem praedictae manentes, ut semper imposterum permaneant liberae et expeditae ab omnibus saecularibus negotiis, excepta expeditione et arcis ac pontis constructione. Et hoc dei omnipotentis simul et mea authoritate confirmatum est, aeterno cyrographo, in cruce domini et saluatoris nostri Ihesu Christi. Siquis hanc nostram donationem et commutationem custodire et augere uoluerit, custodiat illum deus et augeat ei omnia bona praesentis et futurae uitae; sin uero minuere uel infringere mala mente uoluerit, sciat se in horrendo illo die seueri examinis coram summo iudice ineuitabilem redditurum rationem, nisi hic prius digna emendauerit poenitentia. Hiis terminis praefatum rus undique giratur, etc. Haec autem cartula anno dominicae incarnationis DCCCCIIII. indictione VII^a^. scripta est, in illa uenatoria uilla quae Saxonice dicitur Bicanleag, coram ueridicis testibus quorum nomina subter caraxata sunt.

+ Eadward rex. + Plegmund archiepiscopus. + Denewlf episcopus. + Asser episcopus. + Wulfsige episcopus. + Aethelward filius regis. + Ordulf dux. + Osulf dux. + Ordgar dux. + Heanferth dux. + Aelfuuald dux. + Iohan presbyter. + Thoneulf presbyter. + Tata presbyter. + Aethelstan presbyter. + Byrnstan presbyter. + Searu presbyter. + Thald presbyter. + Frithestan diaconus. + Wighelm diaconus. + Wihtbord minister. + Deormod minister. + Beorhthelm minister. + Odda minister. + Wulfred minister. + Buga minister. + Ealhmund minister. + Wulfstan minister. + Aethelferth minister. + Wulfhelm minister. + Wulfhun minister. + Wulfhere minister. + Wulfric minister.

LIII

EADWEARD ET AETHELRED, 904

+ Regnante imperpetuum et mundi monarchiam gubernante altithroni patris sobole, qui coelestia simul et terrena moderatur ! illius etenim incarnationis anno DCCCCIIII. indictione uero sexta, contigit quod Aethelfritho duci omnes haereditarii libri ignis uastatione combusti perierunt. Tali igitur necessitate cogente, praedictus dux rogauit Eaduuardum regem et Aethelredum quoque et Aethelfledam,

qui tunc principatum et potestatem gentis Merciorum sub praedicto rege tenuerunt, omnes etiam senatores Merciorum, ut ei consentirent et licentiam darent alios libros rescribendi. Tunc illi unanimiter omnes deuota mente concesserunt, ut alii ei libri scriberentur eodem modo quo et priores scripti erant, in quantum eos memoriter recordari potuisset. Si uero quoslibet recordari minime potuisset, tunc ei ista cartula in auxilio et affirmatione fieret, ut nullus eum contentiose cum aliis libris affigere ualuisset, nec propinquus nec alienus, quamuis aliquis homo aliquem de uetustis libris protulerit, quem prius fraudulenter, uel hora ipsius incendii uel alio quolibet tempore, per furtum abstraxisset; nouimus namque quod omnia quae in hoc mundo contigere solent, aliquando citius aliquando tardius, ex memoria mortalium delapsa deueniunt, nisi in scedulis litterarum caracteribus annotentur : qua propter in hac cartula innotescere ratum atque gratum satisque comodum duximus, de illa uidelicet terra at Wringtone, huius quantitas est uiginti cassatorum. Et hanc praefatam largitationem ego Edred rex et totus senatus Anglorum deuoto animo Aethelfritho duci in perpetuam haereditatem persoluimus, ut nemo post nos percipientes sine indignatione dei omnipotentis illam irritam faciat. + Ego Aethelred consensi et confirmaui. + Ego Eaduuard rex consensi et subscripsi. Hii sunt termini praefati ruris a rege recuperati, etc.

Hanc praefatam haereditatem Aethelstan dux filius Aethelredi conuersuus et factus monachus, optulit secum ad monasterium Glastingense, illamque sibi largitus est Aethelstan rex.

LIV

WIGFERTH, 904

+ Regnante ac dispensante deo omnipotente mundana regimina cuius uidelicet incarnationis anno .DCCCC. indictione . VII. eo scilicet anno wigfrith rogabat eadwerdum regem et aethelredum ducem et aethelflaede senatoresq : eorum ut ei istum librum scribere iussissent . hoc . è . illius terre quinq: manentiû que nominatur eatun illam deniq: terram alchun episcopus a burgredo rege aethelswitha regina cõparauit eandemque terram iterum waerfrith episcopus

ceolwulfo regi pro recta retributione tradebat ipseq : rex postea hungithe illam tribuit . post hec namq: wigfrith eam terram ab hungithe cum placabili pecunia cû testimonio optimatum merciorum comparauit. Et tunc eadweard rex et aethelred dux et dominator merciorum necnon quoq: et aethelflaede cû testimonia episcoporum et principu aliquorumq: senatorû sibi subiectorû wigfritho hunc librû rescribere pceper . ad eandem condicionê ad quâ pdictis possessorib: erat conscripta id . ê . in perpetuam hereditatem quia uetustus liber illius terre quocûq: modo pdictus erat et si umquam euenerit ut antiquus liber in palam uenerit sit pscriptus et interdictus nisi ad manum wigfrithus ueniat uel heredum ipsius Circûcincta . ê . hec terra his terminib : etc.

Nomina autê testiû huius reparationis hic subt caraxantur.

+ Ego eadweard rex consensi et subscripsi.

+ Ego aethered dux merciorum. + Ego aethelflaed cons. + Ego wigmund.

+ Ego waerfrith eps. + Ego eadgar episcopus. + Ego alfwald dux.

+ Ego aethelfrith dux. + Ego eadnath m. + Ego aelfere m. + Ego sigeric.

LV

AETHELSTAN

+ Fortuna fallentis saeculi procax, non lacteo inmarciscibilium liliorum candore amabilis, sed fellita heiulandae corruptionis amaritudine odibilis, foetentis filios ualle in lacrimarum carnis, rictibus debachando uenenosis mordaciter dilacerat, quae quamuis arridendo sit infelicibus adtractabilis, acherontici tamen ad im alti subueniat boantis, impudenter est decurribilis. Et ideo quia ipsa ruinosa, deficiendo tanaliter dilabitur, sumopere festinandum est ad amoena indicibilis letitiae arua, ubi angelica ymnidicae iubilitationis organa, mellifluaque uernantium rosarum odoramina, a bonis beatisque naribus inaestimabiliter dulcia capiuntur, sineque calce auribus diuipparum suauia audiuntur ; cuius amore felicitatis illectus, fastidiunt iam infima, ulcescunt superna. Ex quibus pro percipiendis semperque specie concupiscibili fruendis, ego Aethelstanus rex

Anglorum per omnipatrantis dexteram, totius Britaniae regni solio sublimatus, quandam telluris meae particulam, meo fideli ministro Wulfsigio feminaeque eius, id est uiginti cassatarum, in loco quem solicolae aet Cildmearc uocitant, libenter tribuo; ut illi eam sine iugo exosae seruitutis, cum pratis, pascuis siluis, riuulis, omnibusque ad eam utilitatibus suis pertinentibus, quamdiu aura naribus aspirabili, ocellorumque conuolatu cernibili potiantur, liberaliter habeant; et post generalem qui omnibus incertusque homunculis constat transitum, cuicumque successsionis haeredi uoluerint, in perpetuam haereditatem, contradendo derelinquant. Praedicta siquidem tellus hiis terminis circumcincta clarescit, ...
. . . . . .
. . . . . .

LVI

AETHELSTAN, 929

+ Uariante iam temporû statu et presentis erumne termino propemodû adpropinquante plurima nos que olim euangelicû paradigma predixit presentialit impleta fore cognoscimus. promens inter cetera ita prenuntiauit. Surget gens contra gentê et regnû aduersus regnû. quod presentialit impletû nos ut ita dicã . êê. in nobis expti sumus. Que cum ita se res habeat necessarium cuique fidelium fore uidetur quo infuturo sibi psistentê preuideat mansionê. Unde ego aethelstanus regnum totius albionis deo auctore dispensans conpunctus quandã terre particulã in loco qui ab indigenis aet austan nuncupatur uocabulo . ad aecclesiã beate dei genitricis marie que ÷ in wigorna ciuitate sita ad pisciû uidelicet utilitatê capiendorû animo concedo beniuolo. Constabat enim iam ante predictû rũs pertinens ad eandê basilicã . sed ut firmior esset stabilitas eius rogante me epo eiusdê ecuele coenwaldo scilicet uocabulo testibus probabilibus consentientibus haec caraxata cartula constat. Beneuolentis autê et augentibus meã donationê et libertatê . augeatur uita illorû hic et in ppetuû. qui uero minuere temptauerint tradentur in manus gladii et cum iuda proditore in ppetuum damnentur . Nisi hic satisfactione poenituerint digna. Iis terminis circumcincta predicta

terra . ȩe. uidetur, etc. Scripta ÷ haec cartula anno dominice incarnationis .ᴅcccc.xxviii. ac sexto regni aethelstani regis xpo ihu gubernante renouando in melius cum senatorũ signaculo confirmauit.

+ Aethelstan rex sceptris fretus regalibus hanc cartã signauit cũ manibus. + Wulfhelm archieps cum ceteris presulibus. + Aelfwino . theodredo . frythestano . sigehelmo . wynsigio . beornheho. eadgaro . aelfhaeho . odano . consignauit. + Osferth comes cum ducibus ac ceteris optimatib: aelfwaldo . wulfsigio . guthrumo . urmo . aethelstano . oddano . wulfhelmo . wulfgaro . eadrico . aelfhaego . sigeredo . aelfwaldo . burhredo . eadmundo aelferio . aelfrico . hunlafo . consignã . rodeward quoque archipre sul cum eboracensis suffraganeis . aesceberhto . wigredo . earnulfo . columbano . consignauit.

LVII

AETHELSTAN, 929

+ Culmen catholicae fidei, quod deus est, teste clauigero, qui portam pulsantibus nutu deificae Trinitatis in arce pandit Bethleemita, cunctis sanam sapientibus sententiam dat euuangelico paradigmate taliter dicens: Qui non renuntiat quod possidet, sinistram uuertendo in dexteram, esse et reliqua, id est, subsidia praebens postulantibus, quia manus Lazari est gazophilacium Christi. Qua de re ego Aethelstan. dei prouidentia gubernante rex Anglorum, cum mihi indigno, et absque ulla meritorum praerogatiua ineffabilis dei clementia regalem dignitatis honorificentiam contulisset, utile mihi fore mente praecogitaui, ut aliquid ex percepti mundani regni distributione pro aeterna salute animae meae, quamuis, minus dignum, ad aecclesiasticae liberalitatis seruitium expenderem: atque ideo terram . v . cassatorum, id est uicum qui nominatur Eatum, iuxta flumine Cearwellan cum consensu et assensu uenerabilium episcoporum ac principum meorum, quorum infra signa et nomina conscripta demonstrabo, libenter pro domino ad aecclesiam dei genetricis Mariae, quae sita est in Weogorna ciuitate, in perpetuum perdonabo. Pax seruantibus et custodientibus hanc nostram

donationem et libertatem ; contradicentibus uero et negantibus atque frangentibus deleantur nomina eorum de libro uitae, et cum iustis non scribentur, et cum Iuda traditore dei sint damnati in aeternum, nisi ante hic emendauerint. Scripta est haec cartula anno dominicae incarnationis .DCCCCXXIX. ac sexto regni Aethelstani regis, Christo Ihesu gubernante renouando in melius, cum senatorum signaculo confirmata.

+ Ego Aethelstanus rex sceptris fretus regalibus, hanc cartam manibus signaui. + Ego Wulfhelm archiepiscopus signaui. + Ego Aelfwinus episcopus signaui. + Ego Rodeweardus archiepiscopus signaui. + Ego Theodredus episcopus signaui. + Ego Freothestanus episcopus signaui. + Ego Aelfwaldus dux. + Ego Sigehelmus episcopus signaui. + Ego Guthrummus dux. + Ego Beornhegus episcopus signaui. + Ego Urmus dux. + Egos Osferth comes signaui. + Ego Aethelstanus dux. + Osferth comes cum ducibus ac ceteris optimatibus.

LVIII

AETHELSTAN, 12 Nov., 931

+ Flebilia fortiter detestanda . totillantis saeculi piacula . diris obscene horrendeq ; mortalitatis . circumsepta latratibus . non nos patria indoepte pacis securos . sed quasi foetide corruptele in uoraginem casuros . prouocando ammonent . ut ea toto mentis conamine cum casibus suis . non solum despiciendo . sed etiam uelud fastidiosam melancolie nausiam . abhominando fugiamus . tendentes ad illud euuangelicum ; date et dabitur uobis ; Qua de rê infima . quasi peripsema . quisquiliarû abiciens . superna adinstar pretiosorum monilium eligens . animum sempiternis in gaudiis figens . ad adipiscendam melliflue dulcedinis misericordiam . perfruendamque infinite letitie iucunditatem ; Ego aethelstanus rex anglorum . per omnipatrantis dexteram totius bryttanie regni solio sublimatus . quandam telluris particulam . meo fideli ministro wulfgaro . id est nouem cassatarum . in loco quê solicole aet hamme uocitant tribuo . ut ille eam sine iugo exose seruitutis . cum pratis . pascuis . siluis . riuulis . omnib;q; ad eam utilitatibus . rite pertinentibus . liberali-

ter ac eternaliter . quamdiu uiuat habeat ; et post generalem . qui omnibus certus incertusque homunculis . constat transitum . cuicumque successionis heredi uoluerit . imppetuum derelinquat . predicta siquidem tellus . his terminis circumcincta clarescit . . . . . Si autem quod absit . aliquis diabolico inflatus spu . hanc mee cōpositionis ac confirmationis breuiculam . infringere uel elidere temptauerit . sciat se nouissima ac magna examinationis die . stridula clangente archangeli salpice . bustis sponte dehiscentibus . somata iam rediuiua reliaquentibus . elementis omnib ; pauefactis . cum iuda proditore . qui ā satoris pio sato . filius perditionis dicitur. eterna confusione . edacibus ineffabilium tormentorum flāmis periturum . huius namque a dō dñoque ihu xpo . inspirate . atq; inuente uoluntatis scedula . Anno dominice incarnationis .DCCCC°XXX°I°. regni uero gratis mihi commissi . VII° . indictione IIII^a. epacta nulla. concurrente U°. .II. idus nouembris . luna. XX^a. VIII^a. in uilla omnib; notissima . que leowtun. nuncupatur . episcopis . abbatibus . ducib; . patrie procuratoribus . regia . dapsilitate ouantib; perscripta est ; cuius etiam inconcusse . firmitatis auctoritas: his testibus roborata constat . quorū nomina subtus caracteribus depicta annotantur. + Ego aethelstanus florentis brytanie monarchia preditus rex . huius indiculi fulcimentum: cum signo sce sempq; amande crucis . corroboraui et subscripsi. + Ego wulfhelmus dorobernensis eclesie archiepisc . consensi . et subscripsi. + Ego wulfstanus eboracencis eclesie . archiepisc . consensi. et subscripsi + Ego howael subregulus . csensi . et subscripsi. + Ego iuthwal subregulus . c et subscripsi.

+ Ego aelfwine . epsc. c et sbs.
+ Ego eadulf . epsc. c et sbs.
+ Ego cunan . epsc. c et sbs.
+ Ego aelfheh . epsc. c et sbs.
+ Ego sigelm . epsc. c et sbs.
+ Ego cenwald . epsc. c et sbs.
+ Ego beornstan . epsc. c et sbs.
+ Ego oda . epsc. c et sbs.
+ Ego wynsige . epsc. c et sbs.
+ Ego wulfhun . epsc. c et sbs,
+ Ego theoderd . epsc. c et sbs.
+ Ego cyneferth . epsc. c et sbs.
+ Ego tidelm . epsc. c et sbs.

+ Ego cynsige . epsc. c et sbs.
+ Ego eadward . epsc. c et sbs.
+ Ego aescberht . epsc. c et sbs.
+ Ego wired . epsc. c et sbs.
+ Ego aelfwald . dux c et sbs.
+ Ego osferth . dux c et sbs.
+ Ego aldred . dux c et sbs.
+ Ego uhtred . dux c et sbs.
+ Ego aescberht . dux c et sbs.
+ Ego aelfstan . dux c et sbs.
+ Ego uhterd . dux c et sbs.
+ Ego urm . dux c et sbs.
+ Ego guthrum . dux c et sbs.
+ Ego haward . dux c et sbs.
+ Ego gunner . dux c et sbs.
+ Ego thurferth . dux c et sbs.
+ Ego aelferd . dux c et sbs.
+ Ego hadd . dux c et sbs.
+ Ego scule . dux c et sbs.
+ Ego aelfric . abb. c et s.
+ Ego eadwine . abb. c et s.
+ Ego aethelnoth . abb. c et s.
+ Ego biorhtsige . abb. c et s.
+ Ego seaxhelm . abb. c et s.
+ Ego odda. m. c et s.
+ Ego wulfgar . m. c et s.
+ Ego aethelstan. m. c et s.
+ Ego aelfheh . m. c et s.
+ Ego aethelferth . m. c et s.
+ Ego aelfhere . m. c et s.
+ Ego aethelwold . m. c et s.
+ Ego eadric . m. c et s.
+ Ego aelfwald . m. c et s.
+ Ego buga . m. c et s.
+ Ego aelfric . m. c et s.
+ Ego ealhelm . m. c et s.
+ Ego aethelstan . m. c et s.
+ Ego aelfric . m. c et s.
+ Ego aelfstan . m. c et s.
+ Ego beorhtulf . m. c et s.
+ Ego hefa . m c et s.
+ Ego aelfric . m. c et s.
+ Ego aelfsige . m. c et s.
+ Ego sigeric . m. c et s.
+ Ego aetheric . m. c et s.
+ Ego aelfheh . m. c et s.
+ Ego swithulf . m. c et s.
+ Ego wullaf . m. c et s.
+ Aethelm . m. c. et s.
+ Ego eadric m. c et s.
+ Ego aethelweard . m. c et s.
+ Ego aethelmund . m. c et s.
+ Ego Ealhhelm . m. c et s.
+ Ego aethelnoth . m c et s.
+ Ego wulfsige . m. c et s.
+ Ego wynsige . m. c et s.
+ Ego aelfhelm . m. c et s.
+ Ego aelferd . m. c et s.
+ Ego wulfric . m. c et s.

+ Ego wulfric . m. c et s.
+ Ego aethelmund . m. c et s.
+ Ego burherd . m. c et s.
+ Ego wulfsige . m. c et s.
+ Ego beorhtric . m. c et s.
+ Ego aethelstan . m. c et s.
+ Ego aethelm . m. c et s.
+ Ego wulfnoth . m. c et s.
+ Ego wulfmaer . m. c et s.
+ Ego wulfbold . m. c et s.
+ Ego wulfsige . m. c et s.
+ Ego wihtgar . m. c et s.
+ Ego aelfric . m. c et s.
+ Ego aethelweard . m. c et s.
+ Ego eadulf . m. c et s.
+ Ego aethelsige . m. c et s.
+ Ego wiferth . m. c et s.
+ Ego wulfhelm . m. c et s.
+ Ego cyred . m. c et s.
+ Ego aethelstan . m. c et s.
+ Ego aelfnoth . m. c et s.
+ Ego aelfsige . m. c et s.
+ Ego aethelstan . m. c et s.
+ Ego aelfsige . m. c et s.

LIX

AETHELSTAN

In nomine altithroni qui cuncta supra simul et in imis gubernat atque regit, quique sua multimoda potentia omnibus ut uoluerit finem imponit, et de secretis humanae naturae mysteriis docet, ut cum his fugitiuis sine dubio transitoriis possessiunculis iugiter mansura aeternaliter regna mercanda dei suffragio adipiscenda sunt! Qua de re ego Aethelstan diuina mihi adridente gratia rex Anglorum et aeque totius Albionis, rogatus fui a meo fideli ministro nomine Aelfheah, ut aliquam iuris mei partem in aeternam hereditatem laxarem; eiusque precibus annuens, pro eius amabili subiectione atque oboedientia, cum consensu optimatum meorum, terram x. manentium, ubi ab incolis nominatur Feornbeorgan, ut ille bene perfruatur ac possideat quam diu uiuat, et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supra diximus, in aeternam haeternam haereditatem, cum omnibus ad se rite pertinentibus, pascuis, pratis, síluis síluarumque nemorimus. Sit praedicta terra libera in omnibus mundialibus causis, praeter pontis et arcis constructione expeditionisque adiuuamine. In cunctis successoribus hoc ius donationis augendo conseruantibus, feliciter perueniant inter caelibes coelestium turmarum et sine fine in aeterna doxa laetentur. Si quis autem, quod non optamus infringere temptauerit hoc nostrum

donum, sciat se in examine tremendi iudicii redditurum temeritatis audaciam perpessum esse, nisi pura emendatione et singulta lamentatione emendauerit.

+ Ego Aethelstanus rex totius Brytanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Wulfhelm Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphalem trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Cenwaldus episcopus praedictum donum consensi. + Ego Wulfhum episcopus consensi. + Ego odda episcopus confirmaui. + Ego Burhric episcopus confirmaui. + Ego Aelfheah episcopus consensi. + Aelfwold dux consensi. + Uhtred dux consensi. + Odda minister. + Wulflaf minister. + Beorhtnoth minister. + Eadric minister. + Ealhhelm minister. + Aelfric minister. + Aethered minister. + Aelfric minister. + Aelfred minister. + Wulfmaer minister. + Eadmund minister. + Wulfsige minister. + Aelfhere minister. + Wihtgar minister. + Aethelwold minister. + Sigered minister. + Aethelmund minister. + Sigulf minister. + Aethelstan minister. + Wulfgar minister. + Aelfsige minister. + Wulfnoth minister. + Ordheah minister. + Aelfric minister. + Aelfheah minister. + Aelfric minister. + Wulfhelm.

LX

AETHELSTAN, 931

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo qui imperio patris cuncta disponit, simul sancti spiritus gratia uiuificante ! Quamuis enim uerba sacerdotum et decreta iudicum in robore firmitatis iugiter perseuerent, attmaen, pro incerta futurorum mutabilitate annorum, cirographorum testamento sunt roboranda : quapropter ego Aethelstan totius Brittanniae basileus, quandam telluris particulam, XII. uidelicet cassatos, loco qui celebri ad Scaringaford nuncupatur uocabulo, domino nostro Ihesu Christo sanctaeque eius aecclesiae beatae dei genitricis Mariae dicatae, loco qui celebri ad Abbendune nuncupatur onomate, ad usus monachorum dei inibi degentium, cum omnibus ustensilibus, pratis uide-

licet et pascuis, Godescalco obtinente presbytero, aeterna largitus sum haereditate. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Siquis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priatus a consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis baratri incendiis lugubris iugiter cum Iuda proditore eiusque complicibus puniatur, sinon satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Scripta est haec carta anno dominicae incarnationis DCCCCXXXI. indict. III. Cuius etiam inconcussae firmitatis auctoritas his testibus roborata constat, quorum subtus nomina caracteribus depicta annotantur.

+ Ego Aethelstan singularis priuilegii monarchia praeditus rex, huius singraphae fulcimentum cum signo sanctae semperque amandae crucis corroboraui et subscripsi. + Ego Wulfhelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracencis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwine episcopus consensi. + Ego Birnstan episcopus consensi. + Ego Sigelm episcopus consensi. + Ego Cenwald episcopus consensi + Ego Aelfheah episcopus consensi. + Ego Eadwulf episcopus consensi. + Ego Odo episcopus consensi. + Ego Aelfric abbas consensi. + Ego Eadwine abbas consensi. + Ego Burhsige abbas consensi. + Ego Osferth dux consensi. + Ego Aelfwold dux consensi. + Ego Aldred dux consensi. + Ego Oscbyrht dux consensi. + Ego Aelfstan dux consensi. + Ego Odda minister consensi. + Ego Aelfheah minister consensi. + Ego Aethelstan minister consensi. + Ego Aelfric minister consensi. + Ego Eadric minister consensi.

LXI

AETHELSTAN, 933

+ Flebilia fortit detestanda totillantis scueli piacula diris obscene horrende que mortalitatis circumsepta latratibus non nos patria indepte pacis securos sed quasi fetide corruptele in uoraginem casuros proucando ammonent ut ea toto mentis conamine cum casibus

suis non solum descipiendo sed etiam uelut fastidiosam melancolie nausiam abominando fugiamus tendentes ad illud euangelicum date et dabitur uobis. Qua de re infima quasi peripsema quisquiliarum abiciens superna ad instar pretiosorum monilium eliens animum sempiternis in gaudiis fiens ad nanciscendam melliflue dulcedinis misericordiam perfruendamq: infinite letitiae iocunditatem ego aethelstanus per omnipatrantis dextam apice totius albionis sublimatus Circumquaq : basilicas in honore dei Scorumq : eius dedicatas prout potero ab antiquo ritu uectigalium redimam quod sibi mei antecessores usurpatiue decreuerunt habere . nunc uero pro dei omnipotentis amore et beate dei genitricis marie ueneratione scorumq: omium auctoritate necnon pro uenerabilis epi eadulfi placabilis pecunie datione id ÷ .LX. librarum argenti tantam libertatê episcopatui cridiensis ecclesie perdonare diiudicaui . ut sit perpetualiter tutus atq: munitus ab omnibus secularib : seruitutib: fiscis regalib: tributis maiorib: et minorib: atq: expeditionalib: uidelicet taxationib: omniunq: rerum nisi sola expeditione et arcis munitione. Siquis autem post hoc subdola cauillatione deceptus nostrum non perhorrescat machinari decretum sciat se nouissima ac magna examinationis die classica archangeli clangente salpice busis sponte patentib: somata iam rediuiua propellentib: cum iuda proditore infaustoq: pecuniarum compilatore suisq: impiissimis fautorib: sub aeterne maledictionis anathemate edacib : innumerabilium tormentorum flammis sine defectu periturum. Acta est haec pfate libertatis munificentia .DCCCC.XXXIII. dominice incarnationis anno . Indictione .VI. his testib: consentientib signumq: crucis xpi adponentitb: quorum nomina infra caraxata esse monstrant.

+ Ego aethelstanus gratia dei largiente totius brittannie rex pfatam libertatem cum sigillo sce crucis confirmaui.

+ Ego wulfhelm dorobornensis ecclesie archieps eiusdem regis largitatem cum tropheo sce crucis consignaui.

+ Ego aelheah wintaniensis eclesie eps triumphalem agie crucis tropheum impressi.

+ Ego theodred lundoniensis eclesie eps consignaui.

+ Ego coenwald eps consensi.

+ Ego oda eps confirmaui.

+ Ego wulfhun eps roboraui.

+ Ego aelfhere dux.

+ Ego wulfgar dux.

+ Ego uhtryd dux.
+ Ego odda minist.
+ Ego eadmund minister.
+ Ego wulfsige minister.
+ Ego wulmaer minister.
+ Ego aelfsige minister.
+ Ego eadric minister.
+ Ego ealhhelm minister.

LXII

AETHELSTAN, 15 déc. 933

+ Regente et moderante domino nostro Ihesu Christo imperpetuum ! Ego Aethelstanus rex et rector totius huius Britanniae insulae, largiente domino et omnibus sanctis eius, has terras subscriptas aeternilater dono et confirmo uenerabili familiae quae est in Certeseye, sicut ab antiquis temporibus illi honorabili familiae aecclesiae praenominatae a uenerabilibus patribus praedecessoribus nostris constitutum et confirmatum fuit. Haec autem sunt nomina uillularum huius meae donationis et confirmationis : hoc est in loco in quo situm est monasterium sancti Petri, id est in Certeseye, et Thorp, et Egcham, et Chebeham, et Fremeley, Weybrugge, Wodeham, Whonewaldesham, Getinges, Muleseige, Piterichesham, Totinge, Stretham, Micham, Suttone cum Thunresfelda siluatica, Euualtone, Bedintone, Whatindone, Cuthredesdone, Chepstede cum Suthemeresfelda, Cheham, Cudintone, Euuelle, Ebesham, Weddeuuerthe, Bocham, Effingeham, Clendone, Coueham et Pontintone, Aldeburi et duas mansas in altera Clendone, Biflete, Dritham, Busseleghe et Waltham. Et praecipio in nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, ut hae supranominatae terrae sint aeternaliter liberae ab omni iugo terrenae seruitutis. Uolo autem ut quamdiu christianitas permanserit in hac insula sint monachi de Certeseya mei intercessores ad dominum. Siquis uero hanc meam donationem et confirmationem adaugere uoluerit, adaugeat ei deus omnipotens praemium in regno coelorum ; si quis autem minuerit, minuatur merces eius hic et in regno dei, nisi prius cum satisfactione digna emendauerit. Uolo

necnon et praecipio, ut omnes eorum terrae, quas antecessores mei seu aliqui alii fideles illis dederunt, in hac eadem libertate permaneant. Hoc uero constitutum fuit confirmatum in regali uilla quae Anglice Kingestone uocatur, anno dominicae incarnationis .D.CCCC.XXX.III. indictione sexta XVII. kalendis Ianuarii, cum eorum testimonio quorum nomina infra conscripta uidentur.

Ego Aethelstanus rex totius Britanniae, dei gratia in regni solio sublimatus, signo sanctae crucis + hoc corroboraui et confirmaui. Ego Howael subregulus subscripsi +. Ego Wulfstan archiepiscopus subscripsi +. Ego Aelured episcopus subscripsi +. Ego Odda subscripsi +.

LXIII

AETHELSTAN, 28 Mai, 934

+ Fortuna fallentis saeculi procax non lacteo inmarciscibilium liliorum candore amabilis . sed fellita heiulandae corruptionis amaritudine odibilis foetentis filios ualle in lacrimarum carnis . rictibus debacchando uenenosis mordaciter dilacerat . quae quamuis arridendo sit infelicibus adtractabilis archerontici ad ima cociti ni satus alti subueniat boantis . impudenter est decurribilis . et ideo qui ipsa ruinosa deficiendo taliter dilabitur . summopere festinandum est ad amoena indicibilis laetitiae arua . ubi angelica ymnidicae iubilationis organa . mellifluaque uernantium rosarum odoramina . a boni beatisque naribus inestimabiliter dulcia capiuntur . sineque calce auribus cliuipparum suauia audiuntur . cuius amore felicitatis illectus fastidiunt . iam infima dulcescunt superna eisque pro percipiendis semperque specie indefectiua fruendis ego aethelstan rex anglorum p omnipatrantis dexterã totî britanniae regni solio sublimat quandã telluris particulã meo fideli ministro aelfwaldo . id . ê . XII. cassatorû eccuele xpi cantuarie ciuitatis subiacens in loco quem solicolae . aet derantune . uocitant tribuo. Ut ille eam sine iugo exose seruitutis cum pratis . pascuis . siluis . riuulis . omnibusque ad eam utilitatibus . rite pertinentibus . quamdui aura naribus spirabili ocellorumque conuolatu cernibili potiatur habeat. et post generalem qui omnibus certus incertusque humulis constat

transitum . cuicumque successionis heredi uoluerit inperpetuum contradendo liberaliter . derelinquat. Predicta siquidem tellus his terminis circumcincta clarescit.... Si autem quod absit aliquis diabolico inflatus spiritu . hanc meae compositionis ac confirmationis breuiculam elidere . uel infringere temptauerit . sciat se nouissima ac magna examinationis die . tuba perstrepente archangeli. bustis sponte dehiscentibus . somata iam rediuiua relinquentibus. cum iuda proditore qui a satoris pio sato filius perditionis dicitur . eiusque complicibus iudeis cristum blasphemantibus . aeterna confusione . edacibus . ineffabilium tormentorum flammis . periturum ; hius namque a deo dñoque ihu xpo inspiratae atque inuente uoluntatis scedula . anno dominice incarnationis DCCC°. XXX°.III°. regni uero mihi commissi. X°. Indictione .VII^a. epacta .III^a. concurrente II°. quinctis iunii kalendis . luna XI^a ; in ciuitate opinatissima . quae winteceaster nuncupatur . tota populi generalitate . sub alis regiae dapsilitatis ouanti . perscripta est ; cuius etiam inconcusse firmitatis auctoritas. his testibus roborata constat quorum nomina. subtus . caracteribus.

+ Ego aethelstanus singularis priuilegii . ierarchia preditus rex. huius indiculi acumen cum signo sce semperque adorande crucis . coroboraui . et subscripsi.

+ Ego wulfhelmus dorobernensis ecuele archiepiscs consensi et subscripsi.

+ Ego wulfstanus . eboracencis ecuele archiepiscs consensi et subscripsi.

+ Ego howael . subregulus consensi et subscripsi.

+ Ego iuthwal subregulus consensi et subscripsi.

+ ..... subregulus consensi et subscripsi.

+ Ego teowdor . subregulus consensi et subscripsi.

+ Ego aelfwine . episcopus . consensi et subscripsi.

+ Ego eadulfe . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego cenwald . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego biornstan . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego thiodred . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego wulfhun . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego wynsige . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego aelfred . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego tidhelm . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego burhric . episcopus . consensi . et subscripsi.

+ Ego aelfred . episcopus . consensi . et subscripsi.
+ Ego conan . episcopus . consensi . et subscripsi.
+ Ego wulfhelm . episcopus . consensi . et subscripsi.
+ Ego cynsige . episcopus . consensi . et subscripsi.
+ Ego wired . episcopus . consensi . et subscripsi.
+ Ego saexelm . episcopus . consensi . et subscripsi.
+ Ego aescberht . episcopus . consensi . et subscripsi.
+ Ego ordheh . m . consensi . et subscripsi.
+ Ego aelfgar . m . consensi . et subscripsi.
+ Ego aethelelm . consensi . et subscripsi.
+ Ego aethelwold . m . consensi . et subscripsi.
+ Ego eadstan . m . consensi . et subscripsi.
+ Ego aethered . m . consensi . et subscripsi.
+ Ego aelfric . abbas . consensi et subscripsi.
+ Ego eadwine . abbas . consensi . et subscripsi.
+ Ego aethelnoth . abbas . consensi . et subscripsi.
+ Ego biorhtsige . abbas . consensi . et subscripsi.
+ Ego aelfwald . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego osferth . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego aethelstan . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego urm . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego inhwaer . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego halfdene . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego osulf . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego uhtred . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego aescbesht . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego aelfstan . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego scule . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego hadd . dux . consensi . et subscripsi.
+ Ego wulfheh . m . consensi . et subscripsi.
+ Ego wullaf . m . consensi . et subscripsi.
+ Ego wulfgar. m . consensi . et subscripsi.
+ Ego wulfmaer . m . consensi . et subscripsi.
subditus operibus mihi placabile obsequium praebeat, et meum post obitum cuicunque meorum amicorum uoluero eadem fidelitate immobilis obediensque fiat. Sicque omnes posteriores praefatam terram possidentes in hoc decreto fideliter persistant, sicuti decet ministro ut fidelitatem custodiat coram deo et omnibus elestis eius, cum pratis, pascuis, nec non et siluis siluarumque densitatibus ; donans donabo libertatem, ut haec prospere possideat et aeternaliter teneat, dum huius labentis aeui cursum transeat illaesus, atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat ; post se autem ueluti affirmauimus cuicumque uoluerit haeredi derelinquat. Fiat etenim praefata terra ab omni seruili iugo libera cum omnibus sibi recte pertinentibus, exceptis his tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero atri daemonis face inflammatus contra hoc nostrum decretum, quod neutrum aut optamus uel desideramus, machinari infringereque aliquid uoluerit, sciat se trusum sub unda Stigei fluminis atque cum illis nefandis legem dei blasphemantibus in picea custodia tetrae tortionis mancipatum, nisi prius Christi cohortatione compulsus ad satisfactionem uita comite festinanter peruenerit. Facta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCC.XLVI. indictione III.

Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae + indeclinabiliter concessi atque roboraui. Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beneuolentiam sub sigillo sanctae + conclusi. Ego Theodred Londoniensis aecclesiae episcopus corroboraui +. Ego Kenewold episcopus consignaui +. Ego Aelfric episcopus confirmaui +. Ego Aethelgar episcopus consensi +. Ego Aelfred episcopus roboraui +. Ego Wulfsige episcopus impressi +. Ego Wulfhelm episcopus conclusi +. Aethelwold dux +. Aethelstan dux +. Eadric dux +. Ealhhelm dux +. Uhtred dux +. Wulfgar dux +. Aethelstan dux +. Eadmund dux +. Aelfstan minister +. Uulfric minister +. Eadmund minister +. Aelfsige minister +. Uulfric minister +. Aelfheach minister +. Uulfsige minister +. Aethelsige minister +. Beorhtsige minister +. Aethelgard minister +. Uulfgar minister +.

LXXXV

AETHELGIFU, 944-946

+ Ego Aethelgiue aperio domino meo regi, et reginae dominae meae, et omnibus amicis meis, quomodo testamentum meum dispono. Id est, imprimis, domino meo regi, xxx. mancusas auri et duos equos, et omnes canes meos ; et dominae meae reginae xxx. mancusas auri, et terram Westwicam ; et sancto Albano terram quae uocatur Gatesdene, eo tenore ut fruantur ea fratres communiter ; et xxx. mancusas auri, et xxx boues, xx. de Getesdene, et x. de Acersce. et xx. uaccas, x. de Getesdene, et x. de Acersce ; et ccl. oues, et gregem porcorum, et subulcum cum ipsis ; et duos ciphos argenteos, et duo cornua, et unum librum, et unam cortinam, et unum bancale, concedo cum consensu domini mei regis. Et illam terram apud Longaforde, Aelfnotho dies suss ; eo tenore, ut singulis annis det ad Hiccam pastum trium dierum ; et post dies suos supradictam terram. Et Leofwino nepoti meo unam hidam apud Cliftune, et illam dimidiam quam Winemannus habuit : et Aelfwoldus terram Mundene dies suos habeat, eo tenore quod dabit annis singulis, in quadragesima ad Brahcingum sex modios de brais, et ad hoc farinam et pisces, et tantumdem ad Wellingum, et ad singula monasteria quatuor porcos ad festiuitatem sancti Martini, et post obitum suum, medietatem terrae supradictae ad Brahcingum et medietatem ad Wellingum. Et Leofsinus habeat Standune, et post ipsum Ifwoldus, et post mortem amborum, sanctus Albanus praedictam terram habeat, pro suis animabus, dominorumque suorum. Et Leofsius terram Offanlege, et omne quod liber docet, et terram Ciwingum, ad porcos ibi nutriendos, eo tenore, ut annis singulis pro firma de istis duabus uillis, omnem congregationem sancti Albani tribus diebus pascat, aut pro firma dabit hoc quod ego testificata sum testimonio optimatum domini mei. Et terram apud Weodune, et pro illa similiter faciat quod testificata sum. Et terram Offanlege dabit filio suo, si de desponsata muliere filium habet ; sin autem, dabitur sancto Albano, praeter illam, ubi Cuthulfus sedet, et Aethelferthus et Aethelswith, illa dabitur filiae dominae suae Aelgiue, si adhuc uiuit ; si non, tota sancto Albano reddatur. Et

Aelfwoldus medietatem terrae apud Lundoniam habeat; et filius eius Aelfheah medietatem; et dabitur Leofrune terra Watford, et apud Weotune duos homines, et octo boues, etc.

+ Ego Edwardus rex concessi. + Ego Theodredus praesul. + Ego Wulgarus episcopus concessi. + Ego Burgricus episcopus. + Ego Aelfredus episcopus. + Ego Wulfhelmus episcopus. + Ego Aethelgarus episcopus. + Ego Coenwaldus episcopus. + Ego Wulfhelmus episcopus. + Ego Cynsius episcopus. + Ego Aethelwaldus episcopus. + Howell subregulus + Eadgarus etheling. + Wulgarus comes. + Ego Oda archiepiscopus. + Ego Aelfhelgus pontifex. + Ego Aelfricus antistes. + Ego Wulsius episcopus. Aethelstanus + dux. Bethelwaldus + dux. Aethelmundus + dux. Athelmus + dux. Aethelstanus + dux. Eadricus + dux. Uhtredus + dux. Scule + dux. Haldene + dux.

LXXXVI

EADRED, 946

+ Concedente gratia dei anno dominicae Incarnationis DCCCC.XLVI. contigit post obitum Eadmundi regis . qui regimina regnorum . Angulsaxna et Northhymbra . Paganorum . Brettonumque septem annorum interuallo regaliter gubernabat . quod Eadred frater eius uterinus . electione optimatum subrogatus . pontificali auctoritate eodem anno catholice est rex et rector . ad regna quadripertiti regiminis consecratus, qui denique rex in uilla quae dicitur regis . Cyngestun . ubi et consecratio peracta est . plura plurimis perenniter condonauit charismata ; hoc potest pro certo . Wulfric . pedisequus alacriter conlaudare . quem honorifice idem rex locupletata largitate laetificat . concedens ei terram VII. manentium iure perpetuo perfruendam certis tramitibus uti fertur inferius terminatam ad wurcingtune . magnis rebus ac modicis praeter arcem . atque pontem . agonisque obsequium usurpatam ; Ista porro usurpatio . Anno dominicae incarnationis DCCCC.XLVI. et primo temporalis cicli laterculo quo sceptra diadematum Angulsaxna cum Northhymbris . et Paganorum cum Brettonibus gubernabat . his testibus quorum nomina subsequuntur conscribentibus hoc modo peracta est :·

+ Eadred rex . cum Archiepis . ceterisque praesulibus hanc tellurem triumphali tropheo usurpauit :· + Oda Archiepisc. + Wulfstan Archiep. + Theodred Episco. + Aelfheah Episcopus. + Wulfgar episcopus. + Koenwald Episcop. + Aelfric Episcop. + Wulfhelm Episcopus. + Wulfsige pontif. + Aelfred pontif. + Aethelgar pontif. + Aethelwald pontifex. + Howael regulus. + Marcant + Cadmo. + Aethelmund dux. + Alhhelm aldermon. + Aethelstan comes. + Eadric princeps. + Osulf heahgerefa. + Urm. + Imorcer eorl. + Grim. + Hndcoll eorl. + Eadred abbud. + Wigstan abbud. + Uunstan abbud. + Uhtred.

Augentes regale elogium . beatae regis aeterni retributionis augmentum accipiat. Amen.

LXXXVII

EADRED, 947

+ In nomine sce trinitatis. Quã uis decreta pontificù et uerba sacerdotù uelud fundamenta montiù indistrictis ligaminib; fixa sint. Tamen plerumque tempestates et turbines saecularium rerum etiam religio sce dei aeccuele maculis reproborù dissipabitur ac rûpitur. Idcirco incertû futurorû temporû statu prouidentes posteris succedentibus profuturû esse decreuimus ut ea que communi tractu salubri consilio definiuntur sertis litterulis roborata confirmentur. Quapropter . ego eadredus . rex anglorum ceterarûque gentium in circuitu persistentiù gubernator et rector . Cuidam mihi fidelissimo ministro . oswig . nomine . deuotionis eius sollertia eiusdèque placatus obsequio dignatus sù impertire . bis denas mansas . quod anglice dicitur . twentig hida . in illo loco ubi iam dudum solicole illius regionis nomen imposuerunt . aet mearsaetham. Tali autem tenore hoc praefate munificentie munus tradendo concessi . Ut possideat et firmiter teneat usque ad ultimum cursù uite sue cum omnibus utensilibus que deus coelorum in ipso telluris gramine creauit. Tam in notis causis et ignotis . in modicis et in magnis . campis . pascuis . pratis . siluis . siluarûque densitatibus donans donabo libertatè. Et postquã humani generis fragilitatè deseruerit et ad desiderabilem iucunditatis uiã per gratiã superni iudicis adierit. Succedentium sibi cuicumque placuerit aeternaliter derelinquat ceu

superius prenotaui. Sit autem predictû rus liber ab omni fiscali tributo seculariûque seruitutum exinanitum . Sine expoeditione . et pontis . arcisue instructione. Precipioque in nomine dei summi tam nobis uiuentibus quã etia qui xpianitatis nomine et diuine agnitionis fidei censentur huius libertatis statuta ad irritû deducere minime quispiã presumat. Quisquis beniuola mente meam donationê amplificare satagerit in hoc presenti scuelo uitã illius prospera feliciter longiturne uite gaudia teneat. Si quis uero atri demonis face inflammatus contra hoc nrum derretum quod neutrû aut optamus uel desideramus machinari infringereque aliquid uoluerit . Sciat se trusû sub undam stigei fluminis atque cû illis nefandis legem dei blasphemantibus in picea custodia tertre tortionis mancipatum. Nisi prius xpi coortatione compulsus ad satisfactionê uita comite festinanter peruenerit.

Acta est haec prefata donatio . Anno ab incarnatione dñi. nri. ihu xpi. DCCCCXLVII. Indictione .v.

+ Ego eadredus rex anglorû prefatam donationê sub sigillo sce crucis + indeclinabiliter consensi atque roboraui.

+ Ego eadgifu eiusdem regis mater predictum donum cum sigillo sce crucis + confirmaui.

+ Ego oda dorobernensis aeccuele archieps eiusdem regis principatû et beniuolentiam cum sigillo sce crucis + conclusi.

+ Ego wulfstanus archons diuine seruitutis officio mancipatus eborace ciuitatis archieps sigillum sce crucis + impressi.

+ Ego theodred lundoniensis aeccuele eps corroboraui.

Ego aelfheah wintaniensis aeccuele eps testudinem sce crucis + subscripsi et confirmaui.

+ Ego cenwald eps consensi.
+ Ego aelfric eps consignaui.
+ Ego aethelgar eps corroboraui.
+ Ego aelfred eps confirmaui.
+ Ego wulfsige eps conclusi.
+ aethelstan dux.
+ eadrid dux.
+ aethelstan dux.
+ wulfgar dux.
+ ealhhelm dux.
+ aethelmund dux.
+ aelfar dux.
+ scule dux.
+ eadmund mis.
+ aelfstan mis.
+ wulfric mis.
+ aelfsige mis.
+ wulfric mis.
+ wulfsige mis.
+ aethelgeard mis.
+ beorhtsige mis.
+ aethelnoth mis.

LXXXVIII

WULFRIC, 947

+ Anno dominicae incarnationis DCCCCXLVII. Ego Uulfricus annuente et sentiente et praesente domino meo rege Eadredque eius regina Ediua, Odone quoque archiepiscopo Doroberniae, Uulstano etiam archiepiscopo Eboracae, multisque aliis episcopis ducibus Angliae coram positis, concessi aecclesiae Christi in Dorobernia terram iuris mei nomine Peccinges, in Suthsexa, quam praefatus rex Eadredus mihi dedit in perpetuam haereditatem, cum libro eiusdem terrae, liberam ab omni saeculari seruitio, exceptis expensis pontis et arcis et constructione. Si quis hanc donationem meam uiolare praesumpserit, post mortem raptus a Tartareis ministris in flammigera domo pestifera morte concludetur.

LXXXIX

EADRED, 947

+ Regnante imperpetuo domino nostro Ihesu Christo ! Manifestum est cunctis quod omnia coelestia et terrestria prouidentia dei gubernantur, quae sollicitudo mortalis uitae totis nisibus in carorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur ; ideo certis adstipulationibus mellita oracula diem clamationis nos frequentatiuis ortationibus suadent, ut cum hiis fugitiuis et sine dubio transitoriis possessiunculis iugiter mansura regna dei suffragio adipiscenda sunt ; quamobrem ego Eadredus rex Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo fideli comiti uocitato nomine Eadrico, ob illius amabile obsequium eiusque placabilem fidelitatem, uiginti mansas ei libenter largiendo concedens perdonabo, illic ubi uulgus prisca relatione uocitat at Aysshedoune ; quatenus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat illaesus, atque uitalis

spiritus in corruptibili carne inhaereat, et post se cuicunque uoluerit perhenniter haeredi derelinquat, sicuti praediximus. Sit hoc praedictum rus liber ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Si qui denique, mihi non optanti, hanc libertatis cartam liuore depressi uiolare satagerint, agminibus tetrae caliginis lapsi uocem audiant examinationis die arbitri sibi dicentis, Discedite a me maledicti in ignem aeternum; ubi cum daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. Istis terminibus praedicta terra circumgirata uidetur, etc. Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCC. quadragesimo septimo.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem et beneuolentiam cum sigillo sanctae crucis conclusi ; cum multis aliis.

XC

EADRED, 948

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Beantis uniuersorum uoce monemur praeclara, procuremus incessanter, sine amaritudine mentis, huius saeculi ambitione, interga libertate, apertis ianuis, intrare ad eum qui suo cruore scelera nostra detersit iniusta. Idcirco ego Eadredus rex Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, secundo anno imperii mei, litteratoriis apicibus roboraui, quod cum consensu heroicorum uirorum tradidi cuidam religios aefeminae uocitatae nomine Aelfthryth, et pro amabili petitione patris sui .VIII. mansas agelluli, necnon et pro placabili pecunia quam mihi in suae deuotionis obsequio detulit, hoc est LX. mancusas purissimi olei, in loco ubi turbarum collatione iam dudum nomen illatum hoc adesse profertur, pars telluris Purbicinga ; ut terram iam praefatam in eo scilicet ouante concessu tramitibus suae possideat uitae ; deinceps namque sibi

succedenti cuicunque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc inmobile donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto communi labore, et expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Si qui denique, mihi non optanti, hanc libertatis cartam liuore depressi uiolari satagerint, agminibus tetrae caliginis lapsi, uocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, ubi cum daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerit poenitentia. Istis terminibus praedicta terra circumgirata esse uidetur, etc. Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini .DCCCCXLVIII. indictione VI^a^.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui +. Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi +. Ego Theodred Lundoniensis episcopus corroboraui +. Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi +. Ego Aelfric episcopus consignaui +. Ego Wulfgar episcopus roboraui +. Ego Wlsige episcopus conclusi +. Ego Aelfred episcopus consensi +. Ego Aethelstan dux +. Ego Eadric dux +. Ego Ealhhelm dux +. Ego Eadmund minister +. Ego Aelfstan minister +. Ego Wlfric minister +. Ego Aelfsige minister +. Ego Wlfric minister +. Ego Aelfric minister +. Ego Aethelsige minister +. Ego Aelfred minister +. Ego Aethelgeard minister +.

XCI

EADRED, 948

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Agonista sanctae praedicationis ortator talem protulit sententiam dicens, Omnia nuda et aperta sunt coram oculis dei, et a luce prima usque continicium unus cuiusque actus prospicit, qui monarchiam totius mundi ac celsitudinem coelorum abditamque profunditatem cum suae maiestatis imperio nunc et in aeuum gubernat. Quapropter ego Eadredus rex

Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo fideli ministro uocitato nomine Wlfrico, dedi quinque mansas agelluli in illo loco, ubi iamdudum solicolae illius regionis nomen imposuerunt, at Idemestone ; tali autem tenore hoc praefatae munificentiae munus tradendo concessi, ut possideat et firmiter teneat usque ad ultimum cursum uitae suae, cum omnibus utensilibus, quae deus coelorum in ipso telluris gramine creauit, tam in notis causis quam ignotis, in modicis et in magnis, campis, pascuis, pratis, siluis, donans donabo libertatem. Et postquam humani generis fragilitatem deseruerit, et ad desiderabilem iocunditatis uiam per gratiam superni iudicis adierit, succedentium sibi cuicumque libuerit aeternaliter derelinquat, ceu superius praenotaui. Sit autem praedictum rus liber ab omni fiscali tributo, saeculariumque seruitutum, sine expeditione, et pontis arcisue instructione tauratione. Siquis hoc propria temeritate uiolenter inuadere praesumpserit, sciat se proculdubio ante tribunal districti iudicis titubantem tremebedumque rationem redditurum, nisi prius hic digna satisfactione emendare maluerit. Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCCXLVIII. indictione .VI. Hiis igitur terminis praefatum rus usquequaque circumgirari uidetu, etc.

XCII

EADRED, 948

+ In nomine almi et agie sophie. Qui monarchiam mundi totius ac celsitudinem coelorû abditamq. profunditatem turgentis oceani in altis et in imis . oma cum suae magestatis imperio nunc et in euum gubernat . ceu pupillarû obtutus p triquadrû mundû cotidie cernitur ac manifestata signa declarantur quomodo transeuntis mundi uicissitudo diuturnis horis crescendo decrescit . et ampliando minuatur. Tamen supno fulti adminiculo prosequi indigemus ad alta . Cuius scilicet feruoris igne succensus . Ego eadredus . basileus anglorû ceterarumq : gentiû in circuitu persistentiû gubernator et rector scae dei eccuelae uuentana ciuitate beato petro apuelorû principi eiusq: coapuelo paulo . ob reuerentiae trinitatis honore . aelfheago eiusdem sedis pontifice impetrante uti cyneuualh in

exordio xpiane religionis dño nro ihu xpo eiusq. prenominatis apuelis deuotus concesserat . successoresq: sui . cyneuulf . et egcbriht reges . ratis territoriis renouando cum signo crucis itidem confirmauerat .c. mansas . in duntune et in eblesburnan .LV. uidelicet in duntune . et XLV. in eblesburnan . restituendo quod in iuste tam a me quam a predecessorib: meis posessû fuerat uel minutum. eterna largitus sû hereditate. Maneat igitur meum hoc immobile donum aeterna libertate iocundû . cum omibus quae rite ad predicta loca ptinere dinoscuntur . campis . pascuis . pratis . excepto communi labore . expeditione pontis . arcisue constructione. Si qui deniq: mihi non optanti hanc libertatis cartam liuore depres..... tagerint . agimib : tertre caliginis lapsi uocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis . discedite a me maledicti in ignem aeternum ubi ..... nib: crudeli torqueantur in poena . si non..... mortê digna hoc emendauerint poenit.....

Acta est haec pfata donat . anñ ab incarñ. dñi. DCCCCXLVIII. Indict. VI.

..... ionem sub sigillo sce crucis + indeclinabiliter consensi atq: roboraui.

..... lo sce crucis + conclusi.

..... em principatû et beniuolentiã cû sigillo sce crucis confirmaui.

..... o mancipat eboraci ciuitatis archieps sigillu sce crucis + impressi.

..... e crucis + subscripsi et confirmaui.

..... ignaui.

..... + ego aethelgar eps confirmaui.

..... + ego aelfred eps corroboraui.

..... + aethelstan dux.

..... + eadric dux.

..... + ealhhelm dux.

..... + aethelmund dux.

..... + aelfgar dux.

..... + eadmund miñ.

..... + aelfstan miñ.

..... + uulfric miñ.

..... + aelfsige miñ.

..... + aethelnoth miñ.

..... + aelfred miñ.

XCIII

EADRED, 948

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Omnipotens factor atque monarchus dispensator in sua unica praescientia quaecumque abdita aut se ostendentia sint, inscrutabili atque intelligibili dispensatione disposuit ac gubernat. Nam ego Eaddredus, rex Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo ministro, uocitato nomine Alfheaco, modicam numinis mei partem, id est x. mansas agelluli, aeternaliter tradendo concessi, pro eius amabili oboedientia, et pro antiqua fidelitate quam mihi meisque indeficienter studiose peragebat, ubi turbarum collatione iamdudum nomen illatum hoc adesse perfertur, aet Cnugel ; ut habeat ac possideat quamdiu uiuat, et, postquam uniuersitatis uiam adierit, cuicumque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc immobile donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, in campis, pascuis, pratis, siluis ; excepto communi labore, expeditione, pontis arcisue confectione. Si qui denique mihi non optanti hanc libertatis cartam, liuore depressi, uiolare satagerint, agminibus tetrae caliginis lapsi uocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis, Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, ubi cum daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. Istis terminibus, etc. Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCCXLVIII. indictione VI^a^.

+ Ego Eadredus, rex Anglorum, praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego eadgife, eiusdem regis mater, cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Odo, Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beneuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Wulfstanus, archons diuinae suruitutis officio mancipatus, Eboracae ciuitatis archiepiscopus, sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus

corroboraui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Aelfric episcopus consignaui. + Ego Aethelgar episcopus roboraui. + Ego Wulfsige episcopus confirmaui. + Aethelstan dux. + Eadric dux. + Ealhhelm dux. + Aethelmund dux. + Eadmund miles. + Aelfstan miles. + Wulfric miles. + Aethelgeard miles. + Aelfsige miles. + Wulfric miles. + Aelfric miles. + Aethelsige miles. + Aelfsige miles.

XCIV

EADRED, 949

+ Perpetuae prosperitatis priuilegium quod constat coelesti paradiso sublimatum sanctae Trinitatis dei monarchia gubernat magnopere : quae quoque deitatis essentia terrenae haereditatis patrimonium cunctis praestat, prout uult, promerentibus. Hoc apparet proculdubio in rege Anglorum gloriosissimo beato dei opere praetio Eadredo ; quem Northhymbra paganorumque seu caeterarum sceptro prouinciarum rex regum omnipotens sublimauit, quique praefatus imperator semper deo grates dignissimas larga manu subministrat. Cuius regis largitatem Aethelmaerus praeses iam prouulgat de perenni usurpatione terrarum, quem denique honorifice locupletat, sibi suisque haeredibus liberaliter largiendo, praeter urbis atque pontis constructionem expeditionisque obsequio. Ast sequitur terminatio uiginti manentium ad Cētwuda et aet Hīldes dūne hoc modo etc. this lond aelfstan sald aethelflede with thaem. Huius certe codicis conscriptio peracta est anno dominicae incarnationis DCCCC.XLVIIII et tertio praefati regis anniculo, tali optimatum stabilitate conscribentium,

+ Eadred rex et rector. + Oda aercabis. + Wulfstan archiepiscopus. + Theodred pontifex. + Aelfheh praesul. + Aelfric et Wulfsige episcopi. + Aelfred antistes. + Aethelgar pontifex. + Koenwald monachus. + Wulfhelm bis. + Cynsige consul. + Aldred episcopus. + Aethelwald praesul pontificale cum augusto

eulogiam cum iubilando dogmatizaui.....o Eadgeofu felix. + Howel reguel. + Morcant..... + Cadmon. + Osulf ad bebb. hehgr. + Aethelstan dux. + Urm eorl. atque Coll. + Alhhelm comes. + Uhtred eorl. et grim. + Aethelmund alderman. + Eadric princeps. + Scule eorl. + Aelfgar comes. Aelfstan miles et Eadmund thegn. Aelfsige miles et Wulfric thegn. Berhferth miles regis. Wigstan abbud et Aldredus. Dunstan abbud. + Eadhelmus et Aethelgeard. Berhtsige miles. + Aethelmaer praeses. Aelfheah miles et Eadsige. Hi porro praefati primates regale praerogatiuum scribendo consignabant cum triumphali uexillo solidantes. Omnes sancti dei beatificent hoc beneficium stabiliter conseruantes. Si qui uero fraudulenter hanc regalem libertatem minuendo denihilent, ad nihilum redigantur, nisi digne coram deo satis et satis faciant, emendantes in melius quod necligenter deliquerant. Adtendat unusquisque fidelium quod imperat auctor Christus, Date et dabitur uobis : amen. Contulit nempe hic mās ēn magno regi II° cornua auro argentoque decorata ut eo liberius hoc praerogatiuum roboretur.

XCV

EADRED, 949

+ Perpetue libertatu..... coelesti paradiso sublimatum sanctae Trinitatis dei monarchiam gubernat magnopere..... essentia terraenae hereditatis territoria cunctis praestat prout uult; hoc proculdubio praeualet + Eadredus rex Anglorum, gloriosissimus rectorque Northanhymbra et paganorum imperator Brittonumque propugnator, intimare. Quem rex regum omnipotens regali gubernaculonem conflagrauit; quique rex confert alacriter larga lucra lictoribus, ut deinceps accipiat caritatis charismata. Eius donum dignanter rite refert cum ceteris Wulfric miles, de perenni huius ruris libertate, quod sibi nunc atque suis contulerat haeredibus perfruendum in Burgtune nuncupatum, taliterque terminatum in XII. cassatibus : etc. Actum est anno nongentesimo quadragesimo atque nono dominicae incarnationis, quarto quoque

quo regebat Eadredus rex regimina; et cum archiepiscopis caeterisque consulibus hanc tellurem ad Burgtune consignauit.

+ Oda. + Wulfstan. Theodred. Aelfheah. Aelfred. + Aelfric. Wulfsige. Aethelgar. + Koenwald. Wulfhelm. Cynsige. Aelfred. roborabant conscribendo cum laicis, Howael rex. Marcant regulus. + Osulf bebb Aethelmund. Aethelm. + Urm. Grim. Gunner. + Uhtred. Aelfgar. Scule. Coll. Morcar. + Wulfric. Berhtferth. Aethelgeard. Aelfnoth. + Aelfhaeh. Clare. Wigstan. atque + Aelfsige. Dunstan abbas ond Oscetel circwaerd triumphali signaculo sigillabant caelotenus titulantes.

XCVI

EADRED, 949

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi! Anno uero dominicae incarnationis DCCCCXLIX. indictione .VII. Ego Eadredus rex Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, audiui a sapientibus et prudentibus hanc mellitam dulcedinem sermocinationis seriem, quod bona uoluntas in die examinationis pro bono opere reputabitur. Idcirco dedi cuidam meo homini uocitato nomine Aelfsige arciselus, ob studium quam mihi auri argentique fabricae solicite deseruit atque decorat, duas mansas ei libenter largiendo donaui, unam mansam in Uecta Insula, aliam in gente Gewisorum, in illo loco ubi solicolae regionis illius nomen indiderunt aet Uuinterburnan; quatenus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu uiuat, et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat aeternaliter. Sit autem praedictum rus liber ab omni fiscali tributo, saeculariumque seruitium exinanitum, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, syluis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis autem infringere temptauerit, quod absit, sciat se in tremendo die iudicii rationem redditurum coram deo et angelis eius, nisi prius hic digna satisfactione emendare maluerit. Istis terminibus praedicta terra, etc.

+ Ego Eadredus, rex Anglorum, praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui.

+ Ego Aelfheah, Wintoniensis aecclesiae episcopus, testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Aelfric episcopus consensum praebui figens crucem. + Ego Aethelgar episcopus crucis uexillo corroboraui. + Ego Aelfred episcopus confirmaui uexillum crucis. + Ego Wulfsige episcopus crucis modum depinxi. + Aethelstan dux. + Eadmund dux. + Eethelmund dux. + Ealhhelm dux. + Wulfric minister. + Aelfsige minister. + Wulfric minister. + Aethelgeard minister. + Wulfric minister. + Byrthtferth minister. + Aelfric minister. + Aelfred minister. + Aelfheah minister.

XCVII

EADRED, 951

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi! Omnibus quibus christianitatis censuram a dei arcipotentis poli per suam largifluam misericordiam concessum est quod huius instantis labentisque uitae prosperitas totis nisibus restaurare perditos ac nefandos per illius auxilium possumus seu psalmographus fando dixit, Initium sapientiae timor domini. Quam ob rem ego Eadredus, diuina indulgente clementia rex Anglorum, cuidam meo fideli ministro, uocitato nomine Wulfrico, xxv. mansas, cum pascua quae in quodam monte habetur, quam a me impetrauit aeternaliter concedo, in illo loco ubi iam dudum ruricolae illius terrae nomen indiderunt aet Cifanlea, quatenus habeat ac possideat quamdiu uitalis spiritus aluerit corpus; cum autem dissolutionis suae dies aduenerit, cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supra diximus in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc immobile donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto communi labore, expeditione pontis arcisue coaedificatione. Si qui denique, mihi non optanti, hanc libertatis cartam liuore depressi uiolare satagerint, agminibus tetrae caliginis lapsi uocem audiant examinationis die, arbitris sibi dicentis, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, ubi cum daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna emendauerint poenitentia. Acta est haec praefata donatio

anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCC.LI. indictione IX.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadgifu eiusdem mater cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus, eiusdem regis principatum et beneuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus, corroboraui. + Ego Aelfheah Wintaniensis aecclesiae episcopus, testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Aelfric episcopus consensum praebui figens crucem. + Ego Wulfsige episcopus donum regis confirmaui + Ego Aethelgar episcopus crucis uexillo corroboraui + Ego Aelfred episcopus confirmaui uexillum crucis. + Ego Byrhtsige episcopus crucis modum depinxi. + Eadmund dux. + Aethelstan dux. + Ealhhelm dux. + Aethelmund dux. + Aelfgar dux. + Aelfsige minister. + Wulfric minister. + Aethelgeard minister. + Aelfheah minister. + Wulfric minister. + Aelfnoth minister. + Byrhtferth minister. + Wulfstan minister. + Byrhtsige minister. + Aelfred minister.

XCVIII

EADRED, 955

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Apostolicis imbuti uesagiis, quos quondam olim in tempore moererentur aut trudire munia uocis praecelsa conditoris, reminiscimus proprii ab ore tonantis, Uos qui secuti estis me, centuplum accipietis et uitam possidebitis : quos etiam caducis opibus implicari tamen superni fulti amminiculo prosequi indigemus ad alta. Cuius scilicet feruoris igne coartus, ego Eadredus basileos Anglorum huiusque insulae barbarorum, ministro meo cuidam dilecto, nomine Wihtsige, XVI. mansas gratuito datu perhenniter tribuo, quodam in loco priscorum uocabulo aet Corf and aet Blecenhamwelle, cum optimatum meorum consilio : ut ille uiuens secure possideat, in successoribus uero suis cui uoluerit sibi concedat haeredi. Imminentia denique uitae curricula haec nostra traditio illaesa liberaque permaneat, cum appen-

diciis suis, tam pascuis quam pratis, siluis, exceptis tribus, expeditione, pontis arcisue confectione. Nam siquis saeculorum in generatione Belial grauatus, nostrum hoc uolumen immutare temptauerit, Iudae reus scelere, iudicii die, magna cum turma, truces trudatur in flammas, nisi hoc in saeculo poenitentiae prius fletu detersus hinc se corrigere studuerit. Istis terminibus praedicta terra circumgirata esse uidetur. etc. Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCC.LVI. indictione XIII.

Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui +. Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi +. Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et roboraui ; et caeteri plurimi +.

XCIX

EADWIG, 955

+ In nomine dei et domini nostri Ihesu Christi, anno dominicae incarnationis DCCCCLV. Ego Eadwig, diuino fulciente numine, nunc nuperrime rex regimina tentans, audiui a sapientibus ac prudentibus hanc mellitam dulcedinem sermocinationis seriem, quod uoluntas in die examinationis pro bono opere reputabitur. Idcirco uenerandae sanctimonialium congregationi, in monasterio quod dicitur Wiltun, terram quae dicitur aet Ceolcum, centenis estimatam mansiunculis, in ius perpetuum, ab omni saeculari seruitio liberam, praeter arcem, pontem, expeditionem, libenter admodum concedo. Et interposito tenore quin nostrorum nemo successorum, nec cum antiqua carta, nec cum alicuius ingenii sagacitate, quamdiu christianitas uigeat, hoc nostrum decretum audeat uiolare. Et quisquis beniuola mente meam donationem amplificare satagerit, in hoc praesenti saeculo uitam illius prospera foeliciter longiturnae uitae gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate uiolenter inuadere praesumpserit, sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum, nisi

prius digna satisfactione emendare maluerit. Et hiis limitibus haec telluris particula, etc.

+ Ego Eadwig rex Anglorum, praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadgar frater eiusdem regis, cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Odo Doroborensis aecclesiae archiepiscopus, eiusdem regis principatum et beneuolentiam signo sanctae crucis perstrinxi. + Ego Wulfstan archiepiscopus praedictum donum consensi. + Ego Aelfsie Wintoniensis aecclesiae episcopus corroboraui. + Ego Cenwald episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus consignaui. + Aelfwold episcopus roboraui. + Ego Byrhtelm episcopus consensi. + Ego Wulfsie episcopus subarraui. + Ego Wulfhelm episcopus signum crucis inpressi. + Ego Oskitel episcopus conclusi. + Ego Kynesie episcopus consensi. + Ego Athulf episcopus consignaui. + Ego Daniel episcopus benedixi. + Ego Dunstanus abbas testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Byrhtelm diaconus hoc praedictum donum laudaui. + Ego Aethelferth diaconus libenter consensi. + Ego Aelfgyth magistra praefati monasterii cum gaudio magno recepi. + Aethelstan dux. + Aethelmund dux. + Eadmund dux. + Aethelstan rota dux + Byrhtferth dux. + Leofwine, propinquus regis, minister. + Aelfhere, ex parentela regis, minister. + Aelfheah frater eius minister. + Aelfsie minister. + Aethelmaer minister. + Aelfric minister. + Aelfgar minister. + Byrhtferth minister. + Osweard minister. + Aelfsie dyring minister. + Cynesie minister. + Aynsie minister. + Aelfred minister. + Aelfheah minister. + Aethelgeard minister. + Aethelbriht minister. + Osulf minister. + Oswig minister. + Irdwold minister. + Wulfgar minister. + Aelfric minister. + Aelfwold minister.

C

EADWIG, 956

+ Prouidentia summi architectoris uniuersa ualde bona fabricans coelum sibimet, terram autem dedit filiis hominum, cuius incolae laboriose et cum dolore, quasi ex debito morientes, coelum ipsum fas est promerere, illis inquam ratione uiuentibus ut sint et ipsi

dii gratia dei. Sed cum scimus nos pignoribus acceptis esse uocatos ad id, ignorantibus tamen utrum sumus electi, nobis adeo timendum est, ne nos cupido huius mundi uel pompa immittat in os Leuiathan Iordanem expectantis et regni sullimitus ne omnino ulla prosperitas inflet, immo deiiciat. Unde ego Eadwig, dei gratia rex Anglorum, pro Christi nomine, familiarissimo meo fideli qui dicitur Hehelm .v. mansas Hamtun nomine, in haereditatem concedo perhennem, cum omnibus ad se pertinentibus, pratis, siluis, pascuis, uenationibus, sine fisco regali, absque tribus communibus, expeditione uidelicet, arcis pontisque constructione, anno primo regni mei, ab incarnatione uero dominica DCCCCLVI. indictione XIIII. Ille uero pro me et pro se, post sui obitum, aecclesiae Christi quae sita est Bathum praefatam terram iam offert in elemosinam, etc.

Ego Eadwig totius Albionis monarchus hoc monogramum crucis Christi sigillo +. Ego Odo archipraesul signaculum crucis apposui +. Ego Aelfsige antistes sponte annui +. Ego Osulf pontifex confirmaui +. Ego Byrhthelm episcopus annotaui +. Ego Daniel episcopus subscripsi +. Aethelstan dux +. Aethelsige dux +. Eadmund dux +. Aethelstan dux +. Aelfhere dux +. Aelfsige minister +. Aethelmaer minister +. Aethelgeard minister +. Aethelsige minister +.

Si quis igitur hoc donum custodiendo muniuerit, trabeatus inueniat stolam immortalitatis, rapere uero machinans praecipitetur in Cociti palude, nisi prius emendare satagerit.

CI

EADWIG, 956

+ In nomine cosmi saluatoris et humani generis redemptoris, Ihesu Christi domini nostri, qui solus cum Patre et Spiritu Sancto regnum tenet immortale ! Ego Eaduuig, diuina dispositione gentis Angligenae et diuersarum nationum industrius rex, uni meo ministro cui nomen est Aelsige x. cassatos perenniter impendo, penes illum locum quo assertione multorum hominum profertur ita, aet Cytringan ; a modo cum securitate nostrum donum uita comite sibi usurpet, se obeunte cuicumque uoluerit in karisma perenne imper-

tiat, cum campis, pascuis, pratis, siluis. Sit uero haec terra ab omni saeculari negotio libera, excepta expeditione et pontis ac arcis constructione. Si quis uero tirannica inflatus potestate infringere temptauerit huius nostri decreti cyrografum, sciat se coram Christo et angelis eius in tremendo examine rationem redditurum, nisi hic prius emendare satagerit. Istis terminis haec tellus ambita uidetur, etc. Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis DCCCCLVI. indictione XIIII.

+ Ego Eaduuig rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda archiepiscopus cum signo sanctae crucis + corroboraui. + Ego Aelfsinus praesul sigillum agyae crucis + impressi. + Ego Cenuuald episcopus consignaui. + Ego Oscytel episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Byrhthelm episcopus non renui. + Ego Aelfuuold episcopus consensi. + Ego Athulf episcopus conclusi. + Aethelstan dux. + Eadmund dux. + Aethelstan dux. + Aelfhere dux. + Aelfsige dux. + Aethelmund dux. + Aelfsige minister. + Aelfheach minister. + Wlfric minister. + Aethelgeard. + Aelfuuold. + Aelfric. + Aelfsige. + Aelfgar. + Byrhtferth. + Aetheluuold. + Aelfsige. + Aelfuuine. + Wulfgar. + Eadric ministri.

CII

EADWIG, 956

+ Summo almae et indiuiduae Trinitatis fatimine! Egregius symphonista sanctae praedicationis hortator talem protulit sententiam, dicens : Omnia munda sunt et aperta coram domini oculis, et a luce prima usque ad conticinium uniuscuiusque actus prospicit. Ideo ego Eadwig totius Albionis insulae illustrissimus archons, cuidam meorum charorum propinquorum, qui per dei prouidentiam ad episcopalem gradum electus nec non praedestinatus foeliciter conscendit..... Byrhtelm v. mansas in aeternam stabilitatem concessi, apud locum ubi uulgari dicitur nomine aet Stowe : ut uita comite sicut optamus possideat..... post discessum uero sui componat aeternaliter quem desiderauerit haeredem sibi, cum omnibus.....rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis,

siluis : expeditionis, pontis et arcis non expers sit hoc donum, sed caeterarum rerum. Si quis uero tyrannica inflatus potestate infringere temptauerit huius nostri decreti chirographum, sciat se coram Christo et angelis eius in tremendo examine rationem redditurum nisi hoc prius emendare satagerit. Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis DCCCC.LVI. indictione XIIII^a^.

+ Ego Eadwig rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Cenwald episcopus consignaui. + Ego Oscytel episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus corroboraui. + Ego Byrhtelm episcopus adquieui. + Ego Athulf episcopus conclusi. + Aethelstan dux. + Eadmund dux. + Aethelstan dux. + Aethelsige dux. + Aelfgar minister. + Aelfwold minister. + Aethelwold minister. + Aelfric minister.

CIII

EADWIG, 956

+ Anno herrice incarnationis DCCCCLVI. indictione .XIIII. Eadwig numine coelesti gentis geuuisorû orientaliûq: nec non occidentaliû simul etiã aquilonaliû Saxonû archons cuidã meorû principû quê nonnulli uocitant noto uocamine . wulfric .VII cassatos perpetualiter trado . illic ubi uulgariter dicitur . aet melebroce . quandiu hīc corpus animatû habere uidebitur nri doni priuilegiu sibi uendicet et postero denique suo quemcûque elegerit perenniter impertiat cû campis . pascuis . pratis . siluis. Haec tellus a cuncto sit immunis seruitu nisi pontis . et arcis . ac expeditionis iuuamine. Si quis autê infringere temptauerit quod absit. Sciat sē rationê redditurû corã deo et angelis eius. Nisi prius hīc digna satisfactione emendare satagerit. Istis terminis, etc.

+ Ego eadwig rex anglorû indeclinabiliter concessi.
+ Ego eadgar eiusdem regis fr consensi.
+ Ego oda archieps cum signo sce crucis + roboraui.
+ Ego aelfsinus presul sigillû agie crucis + impressi.
+ Ego oscytel eps consignaui.
+ Ego osulf eps adquieui.

+ Ego wulfsige eps subscripsi.
+ Ego byrhthelm eps conclusi.
+ Ego aethelstan dux.
+ Ego eadmund dux.
+ Ego byrhtferth dux.
+ Ego aelfhere dux.
+ Ego aelfsige mis.
+ Ego wulfric mis.
+ Ego aethelgeard mis.
+ Ego aelfheah mis.
+ Ego aelfgar mis.
+ Ego byrhtferth mis.
+ Ego aelfred mis.

CIV

EADWIG, 956

+ Cuncta quae cernuntur inter coelum et terram practice temporalia sunt, et quae non uidentur in coelestibus theorice catholica fide credenda sunt. Quapropter antiqui dudum decreuerunt, cum terrenis aeternalia et caducis coelestia collucrari. Ideoque illuc anhelando toto mentis conamine alacriter, Eadwi rex, nutu dei Angulsaexna et Northanhumbrorum imperator, paganorum gubernator, Breotonumque propugnator, gratanter, ut dictum est, deo cohortante, Gratis accepistis, gratis date, dat, precibus et suasionibus Brihtnothi, regalis praesidis, monasterio Wigornensi quinque cassatos ad Fepsetnatune, cum omnibus ad eam.... pertinentibus, ut libere ac perpetualiter habeant, ab omnibus scilicet superuenientibus negotiis, praeter expeditionem et emendationem pontis et arcis. Praeterea .v. salsuginis fornaces ad eandem uillam in perpetuum iure haereditario subiacere, in nomine altithroni conditoris, praecipit ac permittit. Haec carismata caraxata sunt Cirnaceastre, anno dominicae incarnationis .DCCCC.L.VI. et primo anno regiae dignitatis Eadwi, quo sceptra rexit regalia. Constat etiam hic codicellus magna auctoritate catholicorum sic titulatus. Beatus agonista totius Brittanniae Eadwi en imperat obsecrando, et obsecrat impe-

rando, per munus euangelicae auctoritatis, ut nullus fraudulenter hoc eius donum audeat uiolare, ne poenas luat mortis amarae. Sed unusquisque, qui animae suae amicus et custos uelit esse, huic donationi suae studeat augmentando et seruando prodesse, ut gaudiis ciuium coelestium ualeat interesse. Eadwi, regum praecellentissimus, hoc praerogatiuum cum triumphali uexillo, et Oda archiepiscopus, cum caeteris praesulibus aliisque obtimatibus, quorum uocabola subnotantur, consignat.

+ Osketel summus pontifex. + Aelfsie episcopus. + Wlsie episcopus. + Oswlf episcopus. + Ast regulus. + Eadgar regulus. + Morgant regulus. + Eadmund dux. + Aethelmund dux. + Aelfhere dux. + Aelfwald didasculus. + Dunstan dogmatista. + Kenwald monachus + Brithtferth minister. + Urm minitesr. + Gunner minister.

CV

EADWIG, 956

+ In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, cui omne genu flectitur, coelestium, terrestrium, et infernorum ! Ego Eadwig [rex] totius Albionis insulae, primo anno imperii mei, qui est annus sacrosanctae incarnationis domini nostri Ihesu Christi DCCCCLVI. indictione .XIIII. cuidam meorum optimatum, uocamine Aelfredo, pro sua humilitate et fideli oboedientia, aliquam terrae partem duobus in locis concedo, id est .v. mansas ubi uulgariter dicitur aet Dydylingtune, et unam mansam ubi uocitatur, aet Uddingc ; quatenus firmiter in domino possideat tramite uitae suae, cum omnibus quae sibi pertinere asseruntur, tam campis, pratis, siluis, quam pascuis uberrimis. Et sit sibi in sempiternam haereditatem possidendi et habendi, et post obitum suum, donandi et derelinquendi cuicumque haeredi uoluerit. Sit uero haec terra ab omni saeculari negotio libera, excepta expeditione, et pontis ac arcis constructione. Si quis uero tyrannica inflatus potestate, infringere temptauerit huius nostri decreti cyrographum, sciat se coram Christo et angelis eius in tremendo examine rationem redditurum, nisi hic prius emendare satagerit. Istis terminis, etc. Consentientibus et confirmantibus

episcopis et proceribus quorum nomina infra adscripta sunt, haec cartula scripta est.

+ Ego Eadwig gratia dei totius Brittannicae telluris rex, meum donum proprio sigillo confirmaui. + Ego Eadgar eiusdem regis frater celeriter consensi. + Ego Odo Dorouernensis aecclesiae archipraesul almae crucis signo roboraui. + Ego Aelfsinus Wintaniensis aecclesiae diuinus proprium sigillum impressi. + Ego Oscytel placabili mente consensi. + Ego Osul-us non renui. + Ego Byrhtelm adquieui. + Ego Athulf conclusi. + Aethelstan dux. + Eadmund dux. + Aethelstan dux. + Aethelsige dux. + Aelfsie miles. + Wulfric miles. + Aethelgeard miles. + Aelfhere miles. + Aelfheah miles. + Aelfric miles. + Aelfgar miles. + Byrhtferth miles. + Aelfsige miles. + Aethelwold miles. + Wulfgar miles. + Cynesige miles.

CVI

EADWIG, 956

+ Sapientiam dei propter culpam protoplasti carnem nostram induere haud dubium est. Verbo igitur incarnato terra diu despecta uisitur ab angelis, discordia extinguitur, pax intromittitur, ac sic cyrographo diaboli exinanito, gratia pro gratia regnat in mundo. Cuius etiam dono, ego Eadwig, rex Anglorum gratulabundus insisto, ac post caritatem quam late infudit in cordibus nostris misericordia dei, ditari dispono meos quoque fideles : huic quoque meo fideli Wistano nomine, IIII. mansas concedo in haereditatem perpetualiter possidendam, tradendamque cuicunque uoluerit haeredi, cum omnibus ad se pertinentibus, pratis, pascuis, primo anno regni mei, incarnatione dominica DCCCCLVI. indictione XIIII. This syndon tha land gemaere, etc.

+ Ego Eadwig rex hoc donum signaculo crucis impressi. + Ego Odo archiepiscopus corroboraui. + Ego Aelfsige episcopus adfui. + Ego Osulf episcopus annui. + Ego Wulfsige episcopus subueni. + Ego Brihtelm episcopus conspiraui. + Ego Aefwold episcopus adnotaui. + Ego Daniel episcopus subscripsi. + Aethelstan dux. + Aethelsige dux. + Eadmund dux. + Aelfhere dux. + Aethelmund dux. + Byrhtferth dux. + Aelfheah minister. + Aelfsige minister.

+ Aethelmaer minister. + Aethelgerd minister. + Aelfred minister. + Aelfwine minister.

Quisquis igitur hoc nostrum decretum amplificando munierit, talionem recipiat beatitatis; sin autem, quod absit, frangere quis temptauerit, luens poenas arguatur rapinae et cupidinis.

CVII

EADWIG, 956

+ In nomine Patris et Filnii et Spiritus Sancti! Cum ob recordationem aeui labentis memorandi litterae inuentae dinoscuntur, uisum est regibus sua dona, praecipue praedia tyronibus accommodata, grammate praenotari, ut postgenitis luceat dignitas merita singulorum. Quapropter ego Eadwig rex Anglorum cuidam fideli feminae nomine Aelfswythae decem mansas ubi dicitur aet Corsantune, in ius haereditarium concedo, cum omnibus ad se pertinentibus, ad possidendum et ad dandum, perhenniter solutum omni iugo regali, praeter expeditionem, pontis et arcis munimen. Etenim liquet nemini licere amouere hoc donum nisi anathema fieri pro minimo ducat. Peractum est hoc anno diminicae incarnationis DCCCC.LVI. imperii uero mei primo anno, etc.

Ego Eadwig rex Albionis hoc donum per triumphum sanctae + impressi. Ego Eadgar indoles clito consensi +. Ego Oda archiepiscopus corroboraui +. Ego Aelfsige episcopus confirmaui +. Ego Oscytel episcopus adquieui +. Ego Osulf episcopus dictaui +. Ego Byrhtelm episcopus annui +. Ego Daniel episcopus subscripsi +. Aelfgar dux +. Aelfhere dux +. Eadmund dux +. Aethelwold dux +. Aethelstan dux +. Aethelstan dux +. Aethelmund dux +. Aethelmaer minister +. Aelfric minister +. Aelfwine minister +. Byrhtferth minister +. Aelfred minister +. Wulfgar minister +. Aethelgeard minister +.

CVIII

EADWIG, 956 ?

+ Cum Aecclesiastes noster non solum parabolis uerum etiam euidenti et perspicua ratione omnia mundiala friuola esse satis ostenderit, et mentis perturbationem, cur anhelando nititur cupido humani moliminis possidere ea quae uelut umbra transeunt nequaquam reuersura ? Sed eo festinatius proficisci adgrediamur, quo finem mundi iam credimus appropinquasse ; une Ueritas, Ambulate dum lucem habetis : et apostolus, Quae sursum sunt quaerite non quae super terram. Quocirca ego Eadwig, basileus Albionis monarchus, uiris aecclesiasticis prae caeteris operam impendere curabo ; quatinus meritis et precibus sanctorum eorum numero merear coniungi in coelis. Unde et mansas .v. aet Aelfstune et alias .v. mansas aet Aesctune, quas patruelis meus Aethelstan rex obtulerat aecclesiae beatri Petri apostolorum principis, quae sita est Bathonis ciuitate, iam nuper tyrannide abstractas, reddere procurat imperialis nostra potestas, et in diocesim perpetuam eidem praefatae aecclesiae denuo innotat et nostra condonatio ; quo minus posteritas uiolare audeat hoc donum deo et apostolo oblatum, omi regali sarcina solutum, salua expeditione, pontis arcisue munitione. Quicumque amodo hoc diripere uel in aliquo sollicitare temptauerit, anathema sit iudice Christo.

CIX

EADWIG, 956 ?

+ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ! Aetheriarum praesentiumque productor ex nihilo rerum, ante omne tempus, condidit deus angelicam uidelicet creaturam et informem materiam, qua ignis, aqua, terra, aer, prima elementa astiterunt ; ex quibus omnia quae uidentur esse sumpserunt, insuper genus humanum. Sed dum uartatis ordinibus, sicut modo apparet in posteris, alii

principes alii subditi concrescentes maiores minores condonauerunt. Ego igitur Eadwig rex totius Albionis x. mansas, quod Cnugel uocitatur, meo fideli uassallo, nomine Wiferth, in haereditatem perpetuam libenter concedo. Et cuicumque uoluerit thare post obitum, liberalem habeat potestatem. This sint tha lond gemaero, etc.

+ Ego Eadwig rex totius Albionis hoc donum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Oda archiepiscopus impressi. + Ego Aelfsige episcopus consensi. + Ego Wulfsige episcopus adquieui. + Ego Osulf episcopus confirmaui. + Ego Daniel episcopus, rege iubente, tonscripsi. + Ego Eadgar clito roboraui. + Ego Aethelstan dux testis. + Ego Aethelsige dux testis. + Ego Eadmund dux testis. + Ego Aelfsige minister testis.

Quisquis igitur hoc donum conseruare uoluerit, custodiat deus illum hic et in futuro. Si quis uero, quod absit, uiolare temptauerit, dies eius non dimidiauerit, et poenam sentiat sempiternam. Amen.

CX

EADWIG, 957

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Omnibus namque sapientibus notum ac manifestum constat, quod dicta futura uel facta, pro multiplici aerumpnarum perturbatione et cogitationum uagatione, frequenter ex memoria recedunt, nisi litterarum apicibus et custodiae cautela reseruentur, et ad memoriam reuocentur. Iccirco ego Eadwig rex Anglorum, caeterumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, coenobitis consistentibus atque deo seruientibus in monasterio sancti Petri apostolorum principis, quod in Bathonia mira fabrica constructum cognoscitur, x. mansas pro salute atque remedio animae meae, perpetualiter concedo, cum consensu meorum heroicorum et petitione mei uenerandi sacerdotis Wulfgari, in loco ubi antiquorum relatu nominatur aet Forda ; ut sit praedicta donatio immunis ab omni fiscali tributo et uectigali regali, excepto communi labore expeditionis, pontis arcisque munimine, cum omnibus quae sibi rite pertinent,

tam in campis, pratis, pascuis, nemorumque densitate, quam in magnis et in minimis. Si quis uero hoc nostrum karisma aliqua machinatione infringere conatus fuerit, ueniam non hic mereatur, nec in futuro regni coelestis clauigerum propitium habeat, nisi prius hic ad satisfactionem uenire maluerit. Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis DCCCC.LVII°. indictione XV.

Ego Eadwig rex Anglorum indeclinabiliter concessi +. Ego Eadgar eiusdem regis frater celeriter consensi +. Ego Odo archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui +. Ego Aelfsinus praesul sigillum agyae crucis impressi +. Ego Byrhthelm episcopus confirmaui +. Ego Cenwald episcopus acquieui +. Ego Oscytel episcopus consignaui +. Ego Osulf episcopus corroboraui +. Ego Aelfwold episcopus consensi +. Ego Athulf episcopus subscripsi +. Ego Daniel episcopus conclusi +. Aethelstan dux +. Eadmund dux +. Aethelsige dux +. Byrhtnoth dux +. Aelfhere dux +. Aethelwold dux +. Aelfsige minister +. Aethelgeard minister +. Aelfric minister +. Aelfwig minister +. Aelfheah minister +. Aelfwine minister +. Aelfred minister +. Aelfsige minister +. Wulfgar minister +. Aelfgar minister +. Byrhtferth minister +. Aethelmaer minister +. Wulfric minister +. Wulfstan minister +. Eadric minister +. Byrnric minister +.

CXI

EADWIG, 957

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Coelestis patriae hierarchus diuersis gradibus suae largitatis largifluam donationem late distribuit, regibus, episcopis, principibus, abbatibus, praepositis; quatenus unusquisque in suo ordine pro terreno lucro sibi commisso talento, in die examinationis duplicatum negotium, nulla obtinente segnitia, repraesentet. Nam ego Eadwig rex Anglorum in mei praecordii penetralibus uolutans, quod mercedem aeternae beatitudinis recepturus sim si cunctis uelle dei subiicientibus fauere non recusabo, ueritas mellita suae orationis oracula protulit dicens, Date et dabitur uobis. Qua propter cuidam episcopo, uocitato nomine Osulfo, cum mentis alacritate, aeternaliter XX. mansas corroboro in illo loco

ubi plebili narratione dicitur aet Stantune ; eatenus ut talis donatio sit fixa, et immobilis permaneat, quamdiu religio aecclesiasticae sanctionis obtinetur, et posteritatis suae successori cuicumque uoluerit ceu supradiximus derelinquat in aeternam possessionem. Sit autem praedictum rus perpetuali libertate stabilitum, et ab omni mundiali regalique coactione immune, cum omnibus quae antiquitus antecessorum mortalium relatu ad eundem locum pertinere audiuimus ; id est, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram donationem infringere uel mutare satagerit, horribiles inferni fusci ualuas sentiat, atque terribiles inferni fusci ualuas sentiat, atque terribiles daemonum cohortes suis obtutibus indesinenter aspiciat, nisi prius digna deo poenitentia ueniam legali satisfactione emendare maluerit. Istis terminibus ambitur praedicta tellus, etc. Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCCLVII. indictione XV.

+ Ego Eadwig rex Anglorum praefatam donationem indeclinabiliter concessi. + Ego Odo archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Aelfsinus praesul sigillum agyae crucis impressi. + Ego Byrhthelm episcopus subscripsi. + Ego Wuslfsige episcopus consignaui. + Ego Byrhthelm episcopus corroboraui. + Ego Aelfwold episcopus adquieui. + Ego Daniel episcopus conclusi. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelsige dux. + Aelfheah miles. + Aethelgeard miles. + Aeffric miles. + Aelfgar miles. + Byrhtferth miles. + Aelfsige miles. + Aelfwine miles. + Aelfred miles.

CXII

EADWIG. 957

+ Domino dominorum dominante in saecula saeculorum ! Regna regnorum huius praesentis saeculi transeunt sicut ignominica, et omnis gloria et iocus huius mundi peribit, et non sunt aeterna, sed superna aeterna sunt. Unde ego Eadwig rex Anglorum, cuidam meo fideli ministro quem uocitant nonnulli noto uocamine Aethelred, x. mansas perpetualiter concedo, illic ubi Anglica appel-

latione dicitur aet Ubbantune; eatenus ut hoc diebus suis possideat tramitibusque uitae suae; et postquam uniuersitatis uiam adierit, cuicumque uoluerit aeternaliter derelinquat. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscantur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, sine expeditione et pontis arcisue instructione. Si quis autem infringere temptauerit, quod absit, sciat se reum omni hora uitae suae et tenebrosum Tartarum non euadere, nisi prius hic digna satisfactione emendare maluerit. Praedicta siquidem tellus istis terminis circumcincta clarescit, etc. Haec cara karaxata est anno dominicae incarnationis DCCCC.LVII. indictione .XV.

+ Ego Eadwig rex praefatam donationem concessi. + Ego Odo archiepiscopus cum sigillo sanctae crucis roboraui. + Ego Aelfsinus praesul sigillum agyae crucis impressi. + Ego Osulf episcopus consignaui. + Ego Byrhthelm episcopus adquieui. + Ego Wulfsige episcopus corroboraui. + Ego Byrhthelm episcopus subscripsi + Ego Aelfwold episcopus non renui. + Ego Daniel episcopus conclusi. + Eadmund dux. + Aethelsige dux. + Aelfgar miles. + Byrhtferth miles. + Aelfheah miles. + Aelfsige miles. + Aethelgeard miles. + Aelfred miles. + Aelfric miles. + Aelfwine miles. + Aelfwig miles. + Cynric miles.

CXIII

EADWIG, 958

+ Domino nostro Ihesu Christo in perpetuum regnante! Uisibilia et inuisibilia, temporalia et aeternalia, ab ips erunt discernenda. Et ideo ego Eadwig rex Anglorum, pro amore domini nostri Ihesu Christi, cuidam meo desiderabili episcopo Oscytello, concedo partem meae telluris ubi dicitur at Suthwellan .XX. mansas, in haereditatem, cum pascuis, pratis, siluis, et omnibus ad se rite maioris minorisue pertinentibus: quamdiu uixerit eam utiliter possideat; et post illius transitum cuicumque sibi uidetur, siue notis siue ignotis, derelinquat. Sit autem haec donatio regis praedicta ab omni obstaculo mundiali, praeter hiis tribus, pontis expeditione, et arcis cons-

tructione, et hostilitate. Si quis uero catholicorum aut orthodoxorum hanc donationem regis augere uoluerit, augeat illi deus temporalia bona : si uero minuere aut uiolare, sciat se cum apostatis inferno inferiori demersum esse, nisi in hac mortali uita ante obitum emendauerit quod inique gessit. Acta est praefata donatio anno dominicae incarnationis DCCCCLVIII. indictione XIIII.

+ Ego Eadwig rex cum consensu episcoporum et doctorum meorum, sancto sigillo expressi. + Ego Odo archiepiscopus confirmaui. + Ego Eadgar frater regis subscripsi. + Ego Oscytel archiepiscopus corroboraui. + Aelfsige episcopus. + Daniel episcopus. + Brihtelmus episcopus. + Aelfwaldus episcopus. + Wulfsige episcopus. + Athulf episcopus. + Eadmund episcopus. + Aethelstan dux. + Gunnere dux. + Aethelsige dux. + Aethelmund dux. + Urm dux. + Aelfhere dux. + Aethelwald dux. + Leot dux. + Uhtred dux + Anfred dux. + Aelfheh minister. + Wulfric minister. + Aelfsige minister + Aelfric minister. + Aelfsige minister. + Eadric minister. + Eadwald minister. + Aelfwald minister. + Aelfsige minister. + Osulf minister +. Osward minister. + Aelfwine minister. + Oswig minister. + Aelfric minister + Byrnric minister. + Aethelsige minister.

CXIV

EADWIG, 958

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Scilicet ea quae secundum legem canonicam ac dispositionem ordinantur ac constituuntur, licet solus sermo concludat, tamen fidelissimis scripturis et documentis sunt commendanda, ne in obliuione succedentium fiat aliqua ignauia torpitudinis priorum constitutionum. Quamobrem ego Eadwig rex, Anglorum gubernator et rector, cuidam meo fideli ministro quem nonnulli uocitant noto uocamine Wulfgar modicam partem terrae, id est tres mansas duobus in locis, illic ubi Anglico more appellatione dicitur at Thorntune, ut habeat ac possideat quamdiu uiuat, et post se cuicunque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem Maneat autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus,

campis, pratis, pascuis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero hoc nostrum carisma aliqua machinatione infringere conatus fuerit, ueniam non hic mereatur, nec in futuro regni coelestis clauigerum propitium habeat, nisi prius hic ad satisfactionem emendare maluerit. Istis terminis haec tellus ambita uidetur, etc. Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis DCCCCLVIII. indictione I.

Ego Eadwig rex Anglorum indeclinabiliter concessi +. Ego Aelfsinus praesul sigillum agiae crucis impressi +. Ego Berhtelm episcopus adquieui +. Ogo Osulf episcopus confirmaui + Ego Berhtelm episcopus consignaui +. Ego Aelfwold episcopus subscripsi +. Ego Eadmund dux +. Ego Aethelsige dux +. Ego Aelfric dux +. Ego Aelfheah minister +. Ego Aelfgar minister +. Ego Birhtferth minister +. Ego Aelfred minister + Ego Aelfsige minister +. Ego Aelfwig minister +. Ego Leofa minister +. Ego Eadric minister +. Ego Wulfric minister +.

CXV

EADWIG

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Omnium uisibilium et inuisibilium rerum creatore imperpetuum regnante, et a summo coeli fastigio omnia regnorum iura disponente, cunctis ea quae sunt uera cernentibus manifestum est, quod praesentis uitae prosperitas mundi strepitu deficiendo corrumpitur. Nunc igitur de rebus temporalibus si bene dispensatur aeterna iustitia comparatur. Eo tenore ego Eadwig rex Anglorum, multarumque gentium circumquaque persistentium gubernator et rector, cuidam meo fideli ministro uocitato nomine Aethelgeardo, concedo in Uecta Insula .v. mansas, illo in loco ubi iam dudum ruricolae illus terrae nomen indiderunt aet Beaddingaburnan ; quatinus habeat ac possideat in uita sua, et post se cui uoluerit tribuat in aeternam haereditatem. Sit autem praedicta donatio ab omni mundiali obstaculo libera cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis siluis, exceptis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Si quis autem tetri daemonis stimulatione instinctus, hoc nostrum decretum infringere

sensu optimatum meorum praefatae largitus sum matronae, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis his, rata uidelicet expeditione, pontis, arcisue restauratione. Si quis autem laruarico instinctus spiritu hoc nonum uiolare, immutareue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis baratri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubrius puniatur Istis metis, etc. Anno dominicae incarnationis DCCCCLIX, scripta est haec carta his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex indeclinabiliter concessi. + Ego Oskytel Eboracensis aecclesiae archiepiscopus firmaui. + Ego Dunstan Lundoniensis aecclesiae praesul consensi. + Ego Cynesige pontifex signum crucis impressi. + Ego Athulf antistes consensi et subscripsi. + Ego Ealdred episcopus confirmaui. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelstan dux. + Aetheluuold dux. + Byrhtnoth dux. + Ego Leot dux. + Oskytel dux. + Aelfuuine minister. + Sigulf. + Aethelferth. + Aelfuuold. + Wulfhelm. + Wulfsige. + Ulfkytel. + Rold. + Dragmel. + Sigeferth. + Thurferth. + Thurkytel ministri.

CXVIII

EADGAR, 960

+ Quam uis enim regalium dignitatum decreta et saluberrima regnorum consilia manente imunitatis singrafa iugiter fixa firmaque perseuerent, adtamen quia nonunquā tempestates et mundi turbines fragilem uite cursum humane palsantes contra diuina supernae affirmationis ac legitima iura illidunt. Idcirco ordine litterarum ac cartarum scedulis sunt roboranda ne fortuitu casu successorum progenies posterorum ignorato precadentium patrum cirographo inextricabilem horendorum barathrorum uoraginem incurrat. Quapropter ego . Eadgar . totius britanniae gubernator et rector cuidam ministro qui a peritis . Wulfric . appella|tu|r uocabulo rura que ei ob cuiusdā offensaculi causa interdicta fuerant perpetualiter restituo aeternam libertatem concedens quatinus ipse quamdiu in hoc mortali deguerit sec|u|lo sine alicuius honeris grauitate liberalit possi-

deat et post sue uite obitum quibuscumque sibi placuerit heredibus incontaminata derelinquat . hec et enim sunt terrarum illarum nomina que rex prefatus Wulfrico aeternalit liberauit , aescesburuh . et deniceswyrth . garanford . cifanlea . stanmere . ceadelanwyrth . boxoran . bennanham . wyrtingas . ticceburnan . steddanham . tullingtun . paeccingas . puningas . intimbre. Si quis denique quod non optamus hanc uram libertatem cupiditatis liuore depressi uiolare satagerint agminib ; tertre caliginis lapsi uocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis . discedite a me maledicti in ignem aeternum ubi cum demonibus ferreis sartaginib ; crudeli torqueantur in poena si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. Dedit enim predictus minister regi prefato centù xx mancusas auri probatissimi causa huius libertatis. Scri[p]ta . ê . namq . huius libertatis cartula anno dominicae incarnationis .DCCCC.LX. his testibus consentientibus quorum inferius nomina secundum unius quiusque dignitatem carax[antu]r.

+ Ego eadgar rex hanc libertatem concessi.
+ Ego dunstan archi eps cfirmaui.
+ Ego oscytel archi eps roboraui.
+ Ego osulf eps csolidaui.
+ Ego byrhthelm eps corroboraui.
+ Ego athulf eps concessi.
+ Ego alfwold eps consensi.
+ Ego athelwold abb depinxi.
+ Ego aelfhere dux.
+ Ego aelfheah dux.
+ Ego aethelstan dux.
+ Ego athelwold dux.
+ Ego byrhnoth dux.
+ Ego eadmund dux.
+ Ego aethelmund dux.
+ Ego aelfgar mis.
+ Ego aelfwine m.
+ Ego byrhtferth m.
+ Ego aethelsige m.
+ Ego eadrie m.
+ Ego osweard m.
+ Ego osulf m.
+ Ego uulfgar m.
+ Ego wulfhere m.
+ Ego aethelsige m.
+ Ego aelfsige m.
+ Ego wulfhelm m.
+ Ego aethelsige m.
+ Ego aelfred m.
+ Ego ealdred m.
+ Ego aethelsige m.
+ Ego aelfheah m.
+ Ego aelfwine m.
+ Ego aethelwine m.
+ Ego ealdred m.
+ Ego leuineg m.
+ Ego aelfwig m.
+ Ego aelfwine m.
+ Ego aethelweard m.
+ Ego aethelferth m.

CXIX

EADGAR, 960

+ Cunctorum sophiae naturam rimantium, nihil labentium mutabilitate rerum posso esse durabile, monitione liquido patescit. Et maxime ipse iam cosmus sua ipsa senectute deprimitur, et quasi ad uicinam mortem crebrescentibus malis urgetur, ut illa ueridica domini sententia manifestissime promulgat, dicens : Cum uideritis haec fieri, scitote quia regnum dei appropinquabit. Idcirco ego Eadgar, Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium, altithrono disponente prout uoluit, gubernator et rector, hoc et caetera corculi arcana nostri uolutans, huius perpendens practice uita opulentia fore ditatum ut his fruens, manentia lagus lucrarer, uni meo deuotissimo, cuius nomen certa astipulatione Gsulf praefertur, cuiusdam telluris particulam . xx . scilicet mansas, in loco qui a solicolis notum sumpsit uocabulum Stantum, perpetua largitus sum donatione ; quatenus cum omnibus quae deus coelorum in ipso telluris gramine concesserit, pratis uidelicet, pascuis, siluis, iugiter possideat, et post uitae suae obitum quibuscumque uoluerit haeredipetis relinquat Sit autem praedicta tellus omni praesentis uitae iugo solutum, excepta iusta expeditione et pontis et arcis munimine. Quod si quisque, quod non contingat, daemonica tursus audacia, meam hanc dapsilitatem adnihilare mutareue conatus fuerit, a consortio futurae beatitudinis et certae requieui sequestratum se esse cognoscat, et ignium flammis medio proiectus, poenas lugubris infinitas suscipiat, nisi hic largifluo lacrimarum riuo emendauerit, quod contra nostra instituta agere praesumpsit. His metis praefatum rus, etc. Anno dominicae incarnationis DCCCCLX, scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar Anglorum basileus corroboraui. + Ego Dunstan archiepiscopus confirmaui. + Ego Oscytel archiepiscopus consolidaui. + Ego Athulf episcopus corroboraui. + Ego Byrhthelm episcopus confirmaui. + Ego Aelfwold episcopus adquieui. + Ego Aethelwold abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelwold

dux. + Ego Aelfgar miles. + Ego Byrhtferth miles. + Ego Eadric miles. + Ego Osweard miles. + Ego Osulf miles. + Ego Eadred miles. + Ego Aelfwine miles. + Ego Aethelsige miles. + Ego Wulgar miles. + Ego Oswig miles. + Ego Ealdred miles.

CXX

EADGAR, 961

+ Almus totius cosmi fabricae conditor superna infimaque miro ineffabilique ordine collocans hominem tantundem quadriformi plasmatum materia sco ad sui similitudinem inspiratum flamine cunctis quae in infimis creauerat uno probandi causa excepto uetitoque preficiens paradisiace iocunditatis amenitate cum sua ciuge luculentissime constitutit . Qui pro dolor demoniaco instinctus spiramine sibi hac posteris in hoc erumpnoso deiectus saeculo mortem promeruit perpetuam. Quamobrem ego Eadgar . totius brittaniae gubernator et rector ut huius miseriae repagulum quã protoplastus inretitus promeruit . dñi nri ihu xpi gratia redemptus euadere queam . quandam ruris particulam . XXII. uidelicet cassatos loco qui celebri. Rimecuda . nuucupat onomate abbandunensi aecclesiae beatae dei genitrici semperq. uirgini mariae honorificae dicate ad monachorum usus iinibi regularit degentium dñoq. nro deuote seruintium cum omnibus utensilibus quae deus celorum in ipsa telluris edidit superficie pratis uidelicet pascuis siluis siluarumq . nemorum aeterna largitus sum hereditate. Sit autê predictum rus omni terrene seruitutis iugo liberum trib; exceptis rata uidelicet expeditione pontis arcisue restauratione. Si quis autem nram donationem in aliud quam cstituimus transferre uoluerit priuatus consortio sce dei aecclesiae aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum iuda xpi proditore eiusq . complicibus puniatur . si non fatisfactione emendauerit congrua quod contra nrum deliquid decretum. His metis, etc. Anno dominicae incarnationis D.CCCC.LXI scripta est haec carta his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

Ego eadgar britanniae anglorum monarchus hoc taumate agiae crucis roboraui.

Ego dunstan dorobernensis aecclesiae archi eps eiusdem regis beniuolentiam ccessi.

Ego oscytel aeboracensis basilicae priamas insegnis hoc donum regale confirmaui.

Ego osulf presul canonica subscriptione manu propria hilaris subscripsi.

Ego byrhtelm blebi dei famulus iubente rege signum sce crucis letus impressi.

Ego athulf pontifex testudinem agiae crucis intepidus hoc donum corroboraui.

Ego aelfstan antistes trofheum sce crucis hanc regis donationem consolidaui.

Ego oswold legis dei catascopus hoc eulogium propria manu depinxi.

+ Ego athelwold abb.
+ Ego aelfhere dux.
+ Ego aelfheah dux.
+ Ego aethelstan dux.
+ Ego aethelwold dux.
+ Ego byrhnoth dux.
+ Ego eadmund dux.
+ Ego aethelmund dux.
+ Ego aelfgar m.
+ Ego aelfwine m.
+ Ego byrhtferth m.
+ Ego aethelsige m.
+ Ego aethelwine m.
+ Ego osweard m.
+ Ego aethelsige m.
+ Ego osulf m.
+ Ego uulfgar m.
+ Ego aethelsige m.
+ Ego aelfsige m.
+ Ego wulfhelm m.
+ Ego aelfsige m.
+ Ego aelfred m.
+ Ego ealdred m.
+ Ego alfwold m.

CXXI

EADGAR, 961

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo inperpetuum, per quem similiter omnia regna saeculorum reguntur sub sole; uelud sancta Sapientia protestata est dicens, Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt; per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam ! Quapropter ego Eadgar, dei omnipotentis nutu rex totius Albionis insulae, quandam meo fideli homini . nomine Cenulf, causa sui seruitii et fidelitatis. particulam terrae mo, id est quattuor mansas, ubi Anglica appellatione dicitur aet Withiglea, ut hoc diebus suis possideat, et ad extremum cuicumque uoluerit det. Haec supradicta terra cum omnibus ad se rite pertinentibus, id est pratis, siluis, pascuis, campisque, sit ab omni regali seruitio libera, exceptis tribus rebus, arcis munitione, pontis constructione, et expeditione. Si quis uero hoc meum donum seruauerit, augeat dominus dies illius ; et si quispiam suadente diabolo infringere uoluerit, sciat se redditurum rationem in die iudicii, ubi reddetur unicuique secundum opera sua. Haec sunt confinia supradictae terrae, etc. Haec cartula scripta est anno dominicae incarnationis DCCCC.LXI. indictione IIII.

+ Ego Eadgar rex Anglorum indeclinabiliter concessi + Ego Dunstan archiepiscopus cum signo sanctae crucis + roboraui. + Ego Byrhtelm episcopus consignaui. + Ego Osulf episcopus confirmaui. + Ego Aelfwold episcopus atquieui. + Ego Byrhtelm episcopus adiuuaui. + Ego Aelfstan episcopus annui. + Aelfhere dux. + Aelfheah dux. + Aethelstan dux. Aethelwold dux. + Eadmund dux. + Aethelmund dux. + Byrhtnoth dux. + Aelfgar minister. + Byrhtferth minister. + Osweard minister. + Osulf minister. + Eadwig minister. + Aelfwine minister. + Aelfwold minister. + Aethelsige minister. + Aethelwine minister. + Aelfhelm minister. + Aelfric minister + Byrhtric minister.

CXXII

WULFSTAN, 962

+ Nihil in hoc recidiuo aerumpnosoque saeculo prolixa fruitur foelicitate, nihil diuturna potitur dominatione, nihil quod non ad fatalem uitae terminum ueloci cursu cum dedecore tendat. Et iccirco sicut nobis rerum saecularium patrimoniae sunt perfruendae, ut tamen aeternae patriae emolumentis nunquam districti examinis die, quod absit, fraudemur addicti. Quapropter ego Wlstan, coelestis regni desiderio exardescens, fauente superno numine, litterarum apicibus commendare procuraui. Donans concedo deo omnipotenti et aecclesiae sancti martyris sui Eadmundi, quae sita est in loco celebri ubi appellatiua ruricolarum appellatione at Bedrichesurthe nuncupatur, quatuor cassatos in loco ubi uulgariter prolatum est ad Palegraue, cum omnibus ad se rite pertinentibus, pascuis, pratis, riuulisque, pro redemptione piaculorum meorum. Commendamus in nomine oltitroni gubernatoris, ut nullus seruiens hominum inflatus gressibus superbiae, nec rex nec propinquus mei, nec princeps, nec praepositus, nec alicuius personae habitus, hanc praefatam libertatem in alicuius oneris molestia mutare audeat, aut in diebus nostris uel successorum nostrorum, sed sit libera ab omni mundiali iugo, exceptis istis, expeditione, pontis arcisue restauratione. Firmata est ista praedicta donatio anno dominicae incarnationis DCCCC.LXII. indictione VI^a^, cum consensu et licentia Eadgari regis omniumque heroicorum suorum. Si quis autem praescriptis statutis uoluerit consentire aut oboedire, sciat se alienum esse a consortio sanctae aecclesiae et a corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi, per auctoritatem beati Eadmundi martiris sociorumque eius, nisi his prius digna emendauerit poenitentia ante mortem.

+ Ego Eadgar rex Anglorum consensi et subscripsi. + Ego Dunstan archiepiscopus regiae roborator donationis agiae triumphale crucis signaculum depinxi. + Ego Kinesi episcopus Lichefeldensis aecclesiae hanc regis munificentiam gabulo glorioso depinxi. + Ego Brichthelm diuinus speculator agiae crucis signum inpressi. + Ego Oswald ciuitatis heroicae hanc regiam stabiliens donationem

signo praepollenti praefixi. + Ego Athulf episcopus. + Ego Aelfheh dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Brichtnoth dux. + Ego Aelfwine miles. + Ego Alfwold miles + Aelfric miles. + Aethelsige miles. + Aelfhelm miles. + Ego Eanulf miles. + Herewold miles. + Eadric miles. + Aethelsige miles.

CXXIII

OSWALD, 962

+ Ego osuuald gra dei episcopus cum consensu ac licentia Eadgari regis Anglorum et aelfhere ducis merciorum quandam ruris particulam qd a gnosticis Uptun appellatur .vi. uidelicet mansas cuidam ministro meo nomine Cynelm cum omnibus ad illud rite pertinentibus ppetua largitus sum hereditate . et post uite sue terminum duobus tantum heredibus immunem derelinquat quibus defunctis aecclesie dei in wiogurna ceastre restituatur. Anno dominicae incarnationis . DCCCC LXII scriptum est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina notantur. Cynelm is the forma man and Godwine is the ōther.

+ Ego wulfric prbt.
+ Ego aelfred cler.
+ Ego kynstan cler.
+ Ego eadwine cler.
+ Ego aethelnoth prbt.
+ Ego wulfhun cler.
+ Ego aelfstan cler.
+ Ego byrhtstan cler.
+ Ego aethelstan cler.
+ Ego cynesige cler.
+ Ego cynethegn cler.
+ Ego wulfgar cler.
+ Ego aelfric diac.
+ Ego wistan cler.
+ Ego eadgar cler.
+ Ego wulfheah cler.
+ Ego wulfric cler.

CXXIV

OSWALD, 962

+ Ego Oswald largo Christi carismate praesul dicatus, dominicae incarnationis anno DCCCC.LXII. annuente rege Anglorum Eadgaro

eiusque utriusque ordinis optimatibus, quandam ruris particulum .III. uidelicet cassatos, quos olim quaedam possidebat matrona nomine Alhthryth, in loco qui celebri a solicolis nuncupatur Cungle uocabulo, cuidam regis ministro nomine Aelfwold, perpetualiter concedo; ut ipse cum omnibus utensilibus eam quamdiu uixerit habeat, et post obitum eius, mater, si superstes fuerit, eandem recipiat. Sin alias, post obitum ipsius ad usum pontificis in Wigurna ceastre redeat immunis. Aecclesiae uero munus et sepultura praesulis in Wigurna ceastre ditioni deueniat; alias plena glorietur libertate, excepta expeditione rata, pontis arcisue constructione. Siquis autem hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeterni barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum.

CXXV

EADGAR, 963

+ Altithrono in aeternum regnante! Uniuersis sophiae studium intento mentis conamine sedulo rimantibus, liquido patescit, quod huius uitae periculis immo ingruentibus terrore, recidiui terminus cosmi appropinquare dinoscitur; ut ueridica Christi promulgat sententia qua dicit, Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum, et reliqua. Quapropter ego Eadgar totius Britanniae basileus, quandam telluris particulam, quinque uidelicet cassatos, loco qui celebri at Archet nuncupatur uocabulo, cuidam ministro mihi ualde fideli, qui ab huiusmodi patriae gnosticis nobili Aelfsige appellatur uocabulo, pro obsequio eius deuotissimo, perpetua largitus sum haereditate; ut ipse uita comite cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, uoti compos habeat; et post uitae suae terminum, quibuscunque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae

dei aecclesiae, aeternis baratri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Hiis metis praefatum rus hinc inde giratur, etc. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXIII. scripta haec carta hiis testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

Ego Eadgar rex Anglorum concessi +. Ego Dunstan archiepiscopus corroboraui +. Ego Oscytel archiepiscopus confirmaui +. Ego Osulf episcopus consolidaui, etc. +.

CXXVI

EADGAR, 963

+ Altithrono in aeternum regnante! Uniuersis sophiae studium intento mentis conamine sedulo rimantibus, liquido patescit, quod huius uitae periculis nimio ingruentibus terrore recidiui terminus cosmi appropinquare dinoscitur, ut ueridica Christi promulgat sententia, qui dicit, Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum, et reliqua. Quapropter ego Eadgar totius Britanniae basileus, quandam ruris particulam, duas uidelicet mansas atque dimidiam, loco qui celebri aet Stantune nuncupatur uocabulo, cuidam decurioni mihi oppido fideli, qui ab huiusce gnosticis patriae noto Aelfsige appellatur uocabulo, pro obsequio eius deuotissimo, perpetua largitus sum haereditate; ut ipse uita comite cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, uotis compos habeat; et post uitae suae terminum ubicunque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis baratri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicae incarnationis DCCCC.LXIII°. scripta est haec carta, testibus consentientibus quorum hic nomina caraxantur.

Ego Eadgar rex Anglorum concessi +. Ego Dunstan archiepis-

copus corroboraui +. Ego Oscytel archiepiscopus confirmaui +. Ego Osulf episcopus consolidaui +. Ego Byrhtelm episcopus acquieui +. Ego Aelthelwold abbas consensi +. Ego Aelfhere dux +. Ego Aelfheah dux +. Ego Aethelstan dux +. Ego Aethelwine dux +. Ego Byrhtferth minister +. Aelfwine minister +. Aethelsige minister +. Wulfstan minister +. Aelfsige minister +.

CXXVII

EADGAR, 963

Uniuersa huius recidiui cosmi patrimonia incertis nepotum cleronomis inopinate deseruntur, et omnis mundi gloria, adpropinquante uitae mortis termino, ad nihilum fatescit. Idcirco terrenis caducarum possessionibus semper mansura supernae patriae emolumenta adipiscentes, domino patrocinante, lucranda decernimus. Quamobrem ego Eadgar Britanniae basileus quandam telluris particulam, tres uidelicet cassatos, singulis iugeribus mixtim in communi rure huc illucque dispersis, loco qui celebri aet Afene nuncupatur uocabulo, cuidam camerario mihi ualde fideli, qui ab huiusce patriae gnosticis nobili Winstan arpellatur uocabulo, pro obsequio eius deuotissimo, perpetua largitus sum haereditate ; ut ipse uta comite, cum omnibus utensilibus uoti compos habeat, et post utae suae terminum quibuscumque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis baratri incendiis iugiter cum iuda proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua nostrum deliquit decretum. Anno dominicae incarnationis DCCCC.LXIII. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum nomina inferius notantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus corroboraui. + Ego Oscytel archiepiscopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus consolidaui. + Ego Brihthelm episcopus confirmaui. + Ego Athulf episcopus corroboraui. + Ego Aelfwol epis-

copus consolidaui. + Ego Oswold episcopus adquieui. + Ego Aethelwold abbas. + Ego Aelfwold abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aescwig abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Wulfstan minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aelfric minister.

CXXVIII

OSWALD, 963

+ Ego oswold ergo xpi crismate psul iudicatus dominice incarnationis anno DCCCCLXIII annuente regi anglorum Eadgaro aelfereque merciorũ comite necnon et familiae wiogornensis aecclesie quandã ruris particulã unã uidelicet mansam in loco qui celebri a soliculis nuncupatur aet heortford uocabulo cuidã ministro meo nomine aethelnoth ppetua largitus hereditate et post uite sue terminũ duob: tantũ heredibus immunè derelinquat quib : defunctis ecclesie dei in weogorna ceastre restituatur. Scripta est haec cartula his testibus consentientibus quorum inferius notantur nomina. + Ego wulfric prbt.

+ Ego wulfric prbt.
+ Ego wulfhun cuel.
+ Ego cynstan cuel.
+ Ego wynstan cuel.
+ Ego cynsige cuel.
+ Ego cynethegn cuel.
+ Ego aethelstan cirdward.
+ Ego aelfric prbt.
+ Ego eadgar diac.
+ Ego byrhstan cuel.
+ Ego aethelwold cuel.
+ Ego aelfred cuel.
+ Ego wulfgar cuel.
+ Ego wulfeah cuel.

CXXIX

OSWALD, 963

+ Largitate mirabili conditoris homini tèporalibus quibuslibet potienti indultum est . quo respectu pietatis solamen releuationis

satagat dignanter impendere cunctis . illisque permaxime qui dõolatriam exhibentes tèporalis uinculi sibi sunt adstricti unanimitate. Unde ego oswoldus magnifica poliarchis xpi allubescente dinami weogernensium parroechiae platus. A me quoque huiusmodi animi deuotione fieri arbitratus . cum iussu et hortamine Eadgari angligine cohortis basilei . necno etiam cum uoluntate Aelfhere merciorum finiû ducis . tibi fri meo osulfo contuli quinque mansorum et dimidii possessionê telluris . sed tamen in triuus a se inuicem diuisam locis. Uno uidelicet in eo loco cui uocabulum est . aet grimanlaeg .IIII^or^. mansos cum omnibus ad se rite ptinentibus. Secundo uero aet mosleage . unum mansum . cum cunctis ptinentibus ad ipsum. Tertio itaque . aet wican. mansum uidelicet dimidium. Haec autê omnia in perpetue hereditatis stabilitate tibi concessi . cum omnib: utilitatib: iure debito ad illam terram respicientibus . uidelicet cum terris . câpis . pratis . pascuis siluis uenationibus : cum piscuariis . ut habendo teneas. et potiendo omni uite tue spatio pfruaris: Demumque te obeunte . duobus quibus magis uolueris heredibus ppetuo habendam derelinque. Sicque dû ipsi ptransierint scuelm . in potestate . Scae Mariae sedis restituatur Augentes et conseruentes hoc donum conseruet eos omps deus in celesti sua gloria sine penali metu . minentes et spoliantes sciant se in nouissimo iudicio coram omniû iusto deo ipso iudice rationê redditurosi.... Scriptum est haec carta his testibus consentientibus quorum inferius nomina notant. Osulf waes se forma man and aethelstan munuc is the other. Sit autem terra ista libera omni regi nisi aecclesiastici censi.

+ Ego oswald episc consensi.
+ Ego wulfric prbt.
+ Ego eadgar prbt.
+ Ego wistan prbt.
+ Ego aelfred cuelr.
+ Ego aethelstan prbt.
+ Ego wulfhun cueler.
+ Ego brihstan cueler.
+ Ego aelfstan cueler.
+ Ego wulfgar cueler.
+ Ego eadwine cueler.
+ Ego wenstan cueler.
+ Ego aelfgar cueler.
+ Ego ufic cueler.
+ Ego wulfheah cueler.
+ Ego leofwine cueler.
+ Ego tuna cueler.
+ Ego wulfnoth cueler.
+ Ego eadweard cueler.

CXXX

OSWALD, 965

+ In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis dei ! Quicquid human incipit machinatio inchoare, oportet primitus pantorum conditori commendare, quia, quod diuinius sermo demonstrat diuino constat propalare. Ecce diuinitas cunctis in propatulo euangelico paradigmate clamat alacriter uerbo imperantis, dicens, Date et dabitur uobis. Quapropter uidelicet ego Oswaldus archipraesul, cum consensu ac licentia monasticae conuersationis sanctae et intemeratae uirginis Mariae, cuius monasterii episcopalis cathedra constat sancto Petro apostolo deo auctore consecrata, confero fraterno concordantis familiae colloqui Aethelstano, ualde fideliter hactenus promerenti, terram quatuor manentium duobus in locis consistentem, ad Sutham duas, necnon et in alio lōco duas ubi nuncupatur aet Muctune, sibi atque binis post se haeredibus, possidendam ; eam uideant dominantes rationem interpositam, ut dei nutu toto mentis ac corporis conamine pontifici uera et non fraudulenta fidelitate oboediant. Acta est denique haec donatio in metropoli Huicciorum anno dominicae incarnationis DCCCCLXV, sub testimonio horum uirorum, quorum nomina hic infra subscribuntur.

+ Ego Oswold archipraesul hanc donationem confirmaui. + Aethelstan primus. + Eadgar presbiter. + Goding diaconus. + Aelfsige presbiter. + Aethelsige presbiter. + Leofstan diaconus. + Aethelric diaconus. + Wulfric clericus. + Wulfnoth clericus. + Cynethegn clericus. + Wulfwine clericus. + Godvine clericus. + Wulfgar clericus. + Leofwine clericus.

CXXXI

EADGAR, 966

+ In nomine regnantis in perpetuum dñi. nri. ihu. xpi. Ego eadgar rēx anglorum ceterarumque gentium . considerans et recolens

quod etiam uās electionis ueracissimis innotuit uerbis . quod in nouissimis temporibus instarent tempora periculosa idcirco unusquisque de semet ipso plenius poterit agnoscere quod quanto quis in hōc terreno habitaculo longiorem protraxerit uitam . tanto ueraciora esse omnia quae olim antiqui uates diuinitus edocti . inplenda esse predixerunt. Quod cernens ego necessarium dūxi . ut per intercessionem plurimorum pro uenia delictorum meorum et requie aeterna adipiscenda animae mee aliquid ex eis quae mihi largitor bonorum xps dn̄s donare dignatus est . hoc est decem mansas . quod cantigene dicunt .x. sulunga . in illo loco ubi iamdudum solicole illius regionis nomen inposuerunt . æt bromleage . tibi uenerabili apostolo xpi . sco andree . et pro placabili pecuniam aelfstani antistitis aeclesiae hrofensi concedo. Cum omnibus utensilibus quae deus celorum in ipso telluris gramine creauit . tam in notis causis et ignotis . in modicis et in magnis . campis . pascuis . pratis . siluis . siluarumque densitatibus donans donabo libertatem . preter expeditione . et pontis . arcisuē instructione . quia tanti pretii emtum est suprascripta ter.a . octuaginta mancusis auri purissimi . et sēx pondus electi argenti. Et insuper dona meo prefecto wulfstano donando auxit . xxx ta. mancusas auri . ut fixa et immobilis permaneat sempiternaliter nra donatio. Ita adiuro in nomine dn̄i nri ihu xpi qui est omnium iudex iustus ut nēc mihi nēc alicui successorum meorum regum seu cuiuslibet dignitatis . aliquid frudare uel minuere liceat. Sed absque aliqua retractione inlesa iugiter permaneat sine fine. Siquis autem propria temeritate uiolenter inuadere presumpserit . Sciat sē proculdubio ante tribunal districti iudicis titubantem tremebundumque rationem redditurum . nisi prius digna satisfactione emendare uoluerit.

Acta est haec prefata donatio. Anno ab incarnatione dn̄i nri ihu xpi DCCCCmo.LVmo to. indictione uero nouem.

+ Ego eadgar rēx anglorum sub sigillo sce crucis + corroboraui.

+ Ego dunstan dorobornensis aeccuele archieps crucis + xpi conclusi.

+ Ego aelfthryth mater regis predictum donum confirmaui.

+ Ego oswald archi areps eborace ciuitatis crucis + xpi inpressi.

Ego aethelwold wintanensis aeccuele eps subscripsi et confirmaui

+ Ego aelfstan lundoniensis aecclesiae episcopus corroboraui.
+ Ego aelfstan episcopus consignaui.
+ Ego eadelm episcopus consensi et subscripsi.
+ Ego sydemann episcopus conclusi.
+ Ego alfwold episcopus corroboraui.
+ Ego byrhtelm episcopus roboraui.

+ Ego byrhtferth minister.
+ Ego aethelweard minister.
+ Ego aelfwerd minister.
+ Ego aethelmaer minister.
+ Ego aelfsige minister.
+ Ego wulfstan minister.
+ Ego aelfric minister.
+ Ego aelfheah minister.
+ Ego ealdred minister.
+ Ego leofstan minister.

+ Ego aelfhere dūx.
+ Ego aethelstan dūx.
+ Ego aethelwine dūx.
+ Ego byrhtnoth dūx.
+ Ego ordgar dūx.
+ Ego aelfric minis.
+ Ego aelfwold minis.
+ Ego wulfsige minis.
+ Ego sigred minis.
+ Ego eadelm minis.

CXXXII

EADGAR, 966

+ Cuncta saeculorum patrimonia incertis nepotum haeredibus derelinquetur, et omnis mundi gloria appropinquante uitae mortis termino ad nihilum reducta fatescit. Iccirco terrenis caducarum possessionibus semper mansura supernae patriae emolumenta adipiscentes, domino patrocinante, lucranda determinatus. Quamobrem ego Eadgar totius Britanniae basileus, quandam telluris particulam, v. uidelicet cassatos, loco qui celebri at Appidelen nuncupatur uocabulo, cuidam aecclesiae in omnium sanctorum ueneratione dicatae, loco qui celebri Sceaftesburg uocatur onomate, ad usus monalium inibi degentium, ut aua mea Winfled ante concesserat, aeterna largitus sum haereditate; uetus etenim praefati territorii carta per incuriam quondam perdita fuerat, atque ideo hanc nouam ob firmitatis munimen scribere iussi. Si quopiam uetus reperta fuerat, uel monasterio restituatur, uel eius possessor furti crimine reus uidicetur. Sit autem praedictum rus cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet et pascuis, siluis, omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus

exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis baratri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Hiis metis praefatum rus hinc ind giratur, etc. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXVI. scripta est haec carta, hiis testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum corroboraui. + Ego Dunstan archiepiscopus consensi. + Ego Oscytel archiepiscopus confirmaui. + Ego Aethelwold episcopus consolidaui; etc.

CXXXIII

EADGAR, 966

+ Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCC sexagesimo sexto. Ego Eadgar diuina allubescente gratia rex et primicerius totius Albionis, ruris partem aliquantulam, binis ab accolis aestimata mansiunculis, in loco qui dicitur Middiltune, ad boream paludestris fluminis qui dicitur Cari, ad monasterium Glastingense imperpetuum ius libenter admodum largitus sum, cum omnibus huic pertinentibus, pratis, pascuis, siluis; obsecrans ut nullus superueniat hominum superbiae inflatus rancore, qui hanc nostram largifluam donationem immutare uel minuare audeat. Siquis autem minuere uel auferre quod domino largiti sumus obstinatus uoluerit, deleatur nomen eius de libro uitae, reusque anathema post obitum aeternis baratri deputatus incendiis, nisi cum digna satisfactione deuotus emendauerit. Et haec pars telluris hiis limitibus circumgirari uidetur, etc. et huius doni constipulatores extiterunt, quorum inferius nomina caraxari uidentur.

+ Ego Eadgar rex subscripsi +. Ego Dunstanus archiepiscopus consensi et subscripsi +; cum multis aliis.

FIN DE LA DEUXIÈME PARTIE

LISTE DES DOCUMENTS

CONTENUS DANS LA DEUXIEME PARTIE

Nos	Noms	Dates	Sources
1.	Aetheluulf de Wessex.	839	MS. Cott. Aug. II. 28.
2.	Berhtuulf de Mercia . . .	Avant 840	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 155.
3.	Berhtuulf	840	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 12.
4.	Aetheluulf de Wessex	840	MS. Bodl. Wood. I. fol. 245.
5.	Berhtuulf	25 déc. 841	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 177.
6.	Berhtuulf.	841	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 32.
7.	Aetheluulf de Wessex.	841	Text. Roffens. fol. 139.
8.	Aetheluulf	842	M.S. Bodl. Wood. 1. f. 182, b.
9.	Aetheluulf	842	Registrum Roffense, p. 23.
10.	Berhtuulf de Mercia	844	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 11.
11.	Aetheluulf de Wessex. . .	19 nov. 845	MS. Cott. Aug. II. 60.
12.	Aetheluulf	26 déc. 847	Chart. Cotton. VIII. 36.
13.	Berhtuulf de Mercia	848	MS. Soc. Ant. LX. fol. 37, b.
14.	L'Evêque Alhhun	849	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 3.
15.	Aetheluulf de Wessex	850	MS. Lansd. 417. fol. 7.
16.	Aetheluulf	850	Reg. Roffens. p. 23.
17.	L'abbé Ceolred	852	MS. Soc. Ant. LX. fol. 46.
18.	Aetheluulf de Wessex	853	MS. Cott. Aug. II. 71.
19.	Aetheluulf	23 avril 854	MS. Cott. Aug. II. 46.
20.	Berhtuulf de Mercia	S. D.	MS. Cott. Vesp. B. XXIV. f. 60.
21.	Aetheluulf	855	Text. Roffens. fol. 139, b.
22.	Burgred de Mercia.	855	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 39. MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 191, b.

Nos	Noms	Dates	Sources
23.	Burgred	855	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 14. MS. Cott. Nero. E. I. fol. 391, b.
24.	L'évêque Alhhun	855	Smith. Beda. Append. 769.
25.	Aethelberht de Kent	858	MS. Cott. Aug. II. 66.
26.	Plegred	859	MS. Cott. Aug. II. 16.
27.	Aethelberht de Wessex	860-862	Chart. Cott. VIII. 29. Text. Roffens. fol. 134.
28.	Aethelberht de Wessex	862	Chart. Cott. VIII. 32.
29.	Aethelberht	863	Chart. Ant. Cantuar. M. 14.
30.	Burgred of Mercia	25 juill. 864	MS. Cott. Tib. A. XIII. 29, b.
31.	Burgred	866	MS. Cott. Tib. A. XIII. 180, b.
32.	Burgred	866	Smith. Beda. App. 770.
33.	Aethelred	868	Text. Roffens. fol. 140.
34.	Cialulf	868	MS. Cott. Aug. II. 17.
35.	Aethelsuuith	868	MS. Cott. Claud. C. IX. f. 105.
36.	Aethelred de Wessex	869	MS. Harl. 61. fol. 19.
37.	Werfrith	872	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 108. MS. Cott. Nero. E. 1. fol. 392.
38.	Aethelred Duc de Mercia	872-874	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 145.
39.	Ceoluulf de Mercia	875	MS. Cott. Tib. A. XIII fol. 27.
40.	Earduulf	875	MS. Cott. Aug. II. 89.
41.	Ceoluulf de Mercia	875	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 148.
42.	Aelfred	871-878	MS. Harl. 61. fol. 21, b.
43.	Aethelred Duc de Mercia	880	MS. Cott. Tib. A. XIII f. 28, b. MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 192.
44.	Aethelred Duc de Mercia	883	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 50.
45.	Werfrith	889	MS. Cot. Tib. A. XIII. f. 55, b.
46.	Aetheluulf	897	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 14. MS. Cott. Nero. E. I. fol. 391.
47.	Aelfred de Wessex	898	Chart. Ant. Cantuar. F. 150.
48.	Werfrith	899	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 40, b.
49.	Werfrith	S. D.	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 56.
50.	Aethelred Duc de Mercia	901	Chart. Cotton. VIII. 27.
51.	Eadweard	903	MS. Lands. 417. fol. 12. b.
52.	Eadweard	904	MS. Harl. 436. fol. 13, b. MS. Harl. 436. fol. 18, b.

Nos	Noms	Dates	Sources
53.	Eadweard.	904	MS. Cott. Dom. A. XIV. f. 72 MS. Harl. 1761. fol. 47, b.
54.	Eadweard et Aethelred	904	MS. Bodl. Wood. I. f. 206, b.
55.	Wigferth	904	MS. Cot. Tib. A. XIII. f 30, b.
56.	Aethelstan	S. D.	MS. Harl. 61. fol. 82.
57.	Aethelstan	929	MS. Cott. Tib. A. XIII, f. 53.
58.	Aethelstan	929	MS. Cott. Tib A. XIII. f. 31.
59.	Aethelstan	12 nov. 931	Chart. Cott. VIII. 16.
59 *bis*.	Aethelstan	S. D.	MS. C. C. Cantab. CXI. f. 139.
60.	Aethelstan	931	MS. Cott. Claud. C. IX. 106, b.
61.	Aethelstan	933	MS. Cot. Aug. II. 31.
62.	Aethelstan	15 déc. 933	MS. Cott. Vitel. A. XIII. f. 37.
63.	Aethelstan	28 mai. 934	MS. Cott. Aug. II. 65.
64.	Aethelstan	937	Chart. Ant. Cantuar. E. 206.
65.	Aethelstan	938	MS. Land. 446. f. 88.
66.	Aethelstan	938	MS. Bodl. Wood. I. 212.
67.	Aethelstan	938	Hickes. Dissert. Epist. p. 6.
68.	Aethelstan	939	MS. Harl. 61. f. 15, b.
69.	Aethelstan	939	MS. Cott. Aug. II. 23.
70.	Eadmund.	940	MS. Harl. 436. f. 4, b. MS. Harl. 436. f. 8.
71.	Eadmund.	940	MS. Bodl. Wood. I. 239.
72.	Eadmund.	940	MS. Cott. Aug. II. 62.
73.	Eadmund.	940	MS. Harl. 61. f. 9, b.
74.	Eadmund.	941	MS. Bodl. Wood. I. 223, b.
75.	Eadmund.	942	MS. Harl. 61. f. 7.
76.	Eadmund.	943	MS. Harl. 61. fol. 10.
77.	Eadmund.	943	MS. Harl. 436. fol. 20, b.
78.	Eadmund.	944	MS. Harl. 61. fol. 10, b.
79.	Eadmund.	944	MS. Cott. Aug. II. 63.
80.	Eadmund.	944	MS. Harl. 436. fol. 50.
81.	Eadmund.	945	N. Mon. VI. p. 1155.
82.	Eadmund.	945	MS. Bibl. Publ. Cant. Ff. 2. 33. fol. 20. N. Mon. III. p. 137.
83.	Eadmund.	946	MS. Cott. Aug. II. 73.

Nos	Noms	Dates	Sources
84.	Eadmund	946	MS. C. C. C. Cantab. cxi, f. 67
85.	Aethelgifu	944-946	MS. Cott. Nero. D. i. fol. 151.
86.	Eadred	946	Smith. Beda. App. p. 772.
87.	Eadred	947	MS. Cott. Aug. ii. 83.
88.	Wulfric	947	Reg. C. C. Cantuar. B. 2. a. fol. 338.
89.	Eadred	947	MS. Bodl. Wood. i. f. 245.
90.	Eadred	948	MS. Harl. 61. fol. 4.
91.	Eadred	948	MS. Bodl. Wood. 1. fol. 234.
92.	Eadred	948	Chart. Cott. viii. 11.
93.	Eadred	948	MS. Harl. 436. f. 1.
94.	Eadred	949	MS. C. C. C. Cantab. cxi. f. 143.
95.	Eadred	949	Chart. Cott. viii. 6.
96.	Eadred	949	MS. Harl. 436. f. 76, b.
97.	Eadred	951	MS. C. C. C. Cantab. cxi. f. 155.
98.	Eadred	955	MS. Harl. 61. fol. 12, b. MS. Harl. 61. fol. 16, b.
99.	Eadwig	955	MS. Harl. 436. fol. 83.
100.	Eadwig	956	MS. C. C. C. Cantab. cxi. f. 76.
101.	Eadwig	956	MS. Soc. Ant. lx. fol. 29.
102.	Eadwig	956	MS. C. C. C. Cantab. cxi. f. 159.
103.	Eadwig	956	Chart. Cott. viii. 12.
104.	Eadwig	956	MS. Cott. Tib. A. xiii. f. 149.
105.	Eadwig	956	MS. Harl. 436. fol. 33.
106.	Eadwig	956	MS. Harl. 436. fol. 48, b.
107.	Eadwig	956	MS. C. C. C. Cantab. cxi. f. 70.
108.	Eadwig	vers 956	MS. C. C. C. Cantab. cxi. f. 71.
109.	Eadwig	vers 956	MS. Harl. 436. fol. 3.
110.	Eadwig	957	MS. C. C. C. Cantab. cxi. f. 75.
111.	Eadwig	957	MS. Harl. 436. fol. 16.

Nos	Noms	Dates	Sources
112.	Eadwig	957	MS. Harl. 436. fol. 31.
113.	Eadwig	958	Reg. Alb. Dec. et Cap. Ebor.
114.	Eadwig	958	MS. Harl. 61. fol. 6.
115.	Eadwig	S. D.	MS. Cott. Vesp. B. XXIV. fol. 17.
116.	Eadwig	959	MS. Harl. 436. fol. 45, b.
117.	Eadwig	959	MS. Soc. Ant. LX. fol. 33.
118.	Eadgar	960	MS. Cott. Aug. II. 40.
119.	Eadgar	960	MS. Harl. 436. fol. 11.
120.	Eadgar	961	MS. Cott. Aug. II. 39.
121.	Eadgar	961	MS. Harl. 596. fol. 16.
122.	Wulfstan	962	MS. Bib. Pub. Cantab. Ff. 2. 33. f. 49.
123.	Oswald	962	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 69.
124.	Oswald	962	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 101. Smith. Beda. App. p. 773.
125.	Eadgar	963	MS. Harl. 61. fol. 14.
126.	Eadgar	963	MS. C. C. Cantab. CXI. f. 81.
127.	Eadgar	963	MS. Harl. 436. fol. 64, b.
128.	Oswald	963	MS. Cott Tib. A. XIII. f. 61.
129.	Oswald	963	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 70. Smith. Beda. App. p. 773.
130.	Oswald	965	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 110. MS. Cott. Nero. E. I. f. 392.
131.	Eadgar	966	Chart. Cott. VIII. 33.
132.	Eadgar	966	MS. Harl. 61 f. 13, b
133.	Eadgar	966	MS. Bodl. Wood. I. 185.

TROISIÈME PARTIE

(675-958)

CHARTES ANGLO-SAXONNES

I

AETHELBERHT DE KENT

+ In Christi nomine ! Aethelbertus rex, deo inspirante, pro animae suae remedio, dedit episcopo Mellito terram quae appellatur Tillingeham ad monasterii sui solatium, scilicet monasterium sancti Pauli apostoli doctoris gentium. Et ego rex Aethelbertus ita firmiter concedo tibi praesuli Mellito potestatem eius habendi et possidendi ut inperpetuum in monasterii utilitate permaneat. Si quis uero contradicere temptauerit hanc donationem, anathema et excommunicatus sit ab omni societate christiana usque ad satisfactionem. Qua de re ego episcopus Mellitus una cum rege Aethelberto Hunfredum episcopum subscribere rogaui.

Signum manus Hunfridi episcopi +. Signum manus Letharii episcopi +. Signum manus Abbanae +. Signum manus Aethelwaldi +. Signum manus Aeswinae + et aliorum multorum.

II

UULFHERE DE MERCIA, 664

+ Wulfere dei beneficio rex Merciorum et Mediterraneorum Anglorum, australium quoque regnorum, praesentibus et poste-

ris omnibus Christum sanctamque eius aecclesiam colentibus, perpetuam salutem ! Benedicat anima mea dominum Ihesum saluatorem meum, et coram omnibus uiuentibus confitear ei, cum fratribus et sororibus meis populisque meis nouo nuper baptismate initiatis ; quia sol iustitiae ortus est nobis, qui nos de tenebris idolatriae transtulit in admirabile lumen suae agnitionis ; qui non solum reos paternis erroribus absoluit et aduenas et pupillos, suscepit, sed etiam in filios adoptionis credentes elegit ; cumque aeterna regna omnium regnorum distributor suis fidelibus repromiserit, etiam in hac breui uita, qua ad aeternitatem transitur, nos regnare facit. Quid ergo retribuam domino, pro omnibus quae retribuit mihi, cum sine ipso nichil habeamus nichil ualeamus, nichilque simus ! Magna etiam auiditate salutis nostrae omnium largitor accipit parua et infima nostra quatinus habeat causam retribuendi maxima sua, quodque dederimus sanctis suis, quodque dilectae aecclesiae suae, hoc sibi datum et acceptum ipse attestabitur in fine, mercedem quoque iusti, iusti susceptorem promittit accepturum esse. Quapropter illum diuinae fidei et aecclesiarum principem, regnique dei clauigerum, per quem admittar in paradisum domini. specialius reconciliari michi gestio per priuilegium domus suae quae Medeshamstede, studio uenerabilis abbatis Saxulfi, gloriose est condita et diuina monachorum familia bene disposita. Cui quicquid antecessor germanus meus Peada uel Oswius christiana fide confrater et coregnator concessere, non solum mea cupio auctoritate stabilire uerumetiam de meo aliqua addere. Deo et beato Petro et monasterio suo de Medeshamsted et abbati et eiusdem loci conuenti in puram et perpetuam elemosinam omnia haec subscripta tenementa confero et confirmo, uidelicet uillam de Medeshamstede in qua situm est dictum monasterium, cum mercato et theloneo et omnibus appendiciis suis scilicet, Thorpe, Dodesthorpe, Estfeld, Newerke, Cartonne, et Eye, et uillam de Wytheringtonne, et Gunthorpe, Peichirche et Glintonne, cum aecclesia et capella, cum theoloneo, et Depingge, et cum piscariis, et omnibus pertinentiis suis ; totum praeterea mariscum de Peychirche et totum mariscum de Eye, cum heremitorio de Senglesholt, et cum aliis heremitoriis in eisdem mariscis, uillam de Castre, et Eylesworthe, Suttonne, Uptonne, et Miltonne, cum capellis, uillam de Bernake cum appendiciis, uidelicet Suthorpe, Walcote, Pilesgate, Ufforde, Baclingtonne, Aistonne, Torpel, uillam de Thornhawe cum appendiciis,

uidelicet Sibertone et Walmesforde, uillam de Witheringge, de Wirthorpe, et Burle, uillam de Makeseye cum membris et appendiciis, uidelicet Loholm, Nuntonne, et Depingge, uillam de Helpestonne et de Northburge, uillam de Ettonne cum Wodecrofte, uillam de Pastonne cum Waltonne, et uillam de Marham cum pertinentiis, stagna etiam et paludes lacusque piscaturas, cum terris et omnibus praedictis infraiacentibus quae de meo regali iure uel principum meorum mutuacione cumque assensu amodo imperpetuum libere famulentur deo famulantibus, quae ita determinari uolumus. Ab ipso Medeshamstede ad Northburge; et inde usque ad locum quem uocant Folies; et inde totam paludem in directum usque ad Esendike; et de Esendike ad locum quem Faedermudem dicunt; et inde in directum ad locum uia decem leugiarum, quem Gugedike circa-habitantes nominant; et inde ad Raggewilhc; et de Raggewilhc quinque miliariis ad magistram aquam quae ducit ad Elm et ad Wisebeche; atque inde sicut itur tribus leugiis contra cursum magistrae aquae usque ad Trokenholt in directum per immensam paludem ad Dereuorde, longitudine uiginti leugiarum; et inde ad Gretecros; et de Gretecros per unam pulcram aquam, Bradanea nomine, sex leugiis ad Paccelade; et sic in medium partitis stagnis plurimis et immensis paludibus cum habitatoribus Huntedenensis prouinciae una cum stagnis et lacis Schelfremere et Witelesmere; et ne quis ignorantia laedatur de descriptione terminorum, de Wittelesmere, eam sic cum suis piscuariis, paludibus, et aquis terminari uolumus. In septemtrionali parte stagni est aqua nomine Merelade exiens de amne Nen ubi terminus septemtrionalis est ipsius stagni, haec uero cum suis paludibus illi adiacet habens in fine piscuarium unum quod dicitur Ethemuthe; in orientali parte sunt duo stagna quae uocantur Wellepol et Trendemere; inter haec stagna est aqua angusta duorum stadiorum longa quae uocatur Trendemerebec, habens in se duo piscuaria; est etiam ibi aqua angusta unius miliarii longa quae dicitur Falet, habens in se unum piscuarium; in illa parte inter Wittelesmere et kingesdelf, ubi terminus est orientalis, est spacium paludis trium miliariorum in latitudine, habens in se augustam aquam quae uocatur Thescuf et siluam quae dicitur Ragreholt; in australi uero parte illius est aqua angusta trium stadiorum longa quae uocatur Schelfremerebec, habens in se duo piscuaria; in cuius fine est stagnum quod uocatur Schelfremere habens ad suam australem plagam aquam angustam quae uocatur

Ubbemerelade dimidii miliarii longa ; in cuius etiam capite, id est in fine stagni, est unum piscuarium, ad cuius aquae medietatem in longitudine est locus e contra in palude qui uocatur Alduuines baruue ubi australis est terminus ; in occidentali autem parte illius est aqua angusta duorum stadiorum longa quae uocatur Trendemerebeke, habens in se unum piscuarium ; in cuius fine est stagnum quod dicitur Westetrendemere ; sunt in illa parte etiam aquae quarum nomina sunt Dreigmere Wellepol, Withibuscemere, Langemere, Keninges, et Musclemere ; est etiam ibi aqua unius miliarii longa usque ad terram de Opbete uocata, habens in se unum piscuarium in huius aquae fine est terminus occidentalis paludum et aquarum ad Witelesmere pertinentium, cum terris quoque et mansionibus quae iacent in australi parte Schaelfremere, et cum infra septa undique palude usque ad Medeshamstede ; et de Medeshamstede usque ad Welmesforde ; et de Welmesforde usque ad Cliue ; et inde ad Estonne ; et de Estonne ad Staunforde ; et sic totam illam partem uillae de Staunforde quae est uersus Medeshamstede citra pontem cum terris et molendinis eidem parti adiacentibus, et cum aecclesia sancti Martini, et cum aecclesia Omnium-Sanctorum, monasterium sancti Michaelis cum omnibus ad idem monasterium pertinentibus ; et sic de Staunforde, sicut aqua currit, ad supradictam Northburgam. Concedimus etiam praefato monasterio de Medeshamstede, abbati et monachis ibidem deo seruientibus, uillam de Wermingtonne cum aecclesia, et molendino, et cum omnibus pertinentiis suis, uillam de Undale, Aistonne, et Chirchefelde, cum aecclesia, et capella et, molendino et cum bercaria de la Bigge, et terris, et pascuis et boscis circumiacentibus, et uillas de Stoke, Benifelde, Glapthornne et Cotherstoke cum omnibus suis pertinenciis, cum mercato de Undale et theloneo, cum omni libertate donamus ; hundreda etiam sua quae Ett-hundred uocantur cum omnibus suis libertatibus, uillam de Stanewigge cum aecclesia et molendino et cum omnibus pertinentiis suis ; uillam uero de Ircelingburge cum aecclesia et molendino et cum omnibus pertinentiis suis ; Keteringge cum aecclesia et molendino et cum omnibus pertinentiis suis ; Cotingham cum aecclesia et capella de Carletonne eidem aecclesiae adiacenti, cum molendinis et omnibus appendiciis suis ; Pittelle, cum aecclesia et molendino et cum omnibus pertinenciis suis ; in uilla de Norhamtonne sexdecim mansuras cum omnibus appendiciis suis ; quandam uero modicam numinis

mei particulam, decem uidelicet mansas, in illo loco qui dicitur Ollanege, quadraginta uero terrae illius manentes ubi Hogh nuncupatur ad Heburcahge insulam pertingentes, praedicto monasterio de Medeshamstede Christique familiae ibidem in propriam pro domino possessionem obtulimus ; concedimus insuper beato Petro in hoc loco de Me[de]shamstede has terras et possessiones cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, hoc est terram de Houeden, Bredun, Hrepingas, Cedenac, Swynesheued, Heanbirig, Lodeshale, Scuffanhalch, Costesforde, Stretteforde, Wecelleburne, Lusgerde, Ethelhuniglonde, Barchanig, Langele, Denham, Wassingburge, Binningtonne, Cuningesburge, et terram in Bernewelle ; in Leycestreschira, Estonne et membra eidem pertinentia, uidelicet Brimhirst, et Prestegraue, Draytun, Glathestunne, cum aecclesia et capella et molendino, et uillam de Langeronne ; in Rotelandia, Tynewelle et Ingethorp, cum aecclesia et capella et molendinis, et cum omnibus appendiciis suis ; in Notinghamschira, Colingham et cum aecclesia, et cum libertatibus regiis et molendino, et cum omnibus pertinentiis suis ; in Lincolnschira, Fiskertonne cum aecclesia et capella de Refham eidem aecclesiae adiacenti, et cum omnibus appendiciis suis ; uillam de Scotere et Scalthorpe cum aecclesia et molendino, et cum omnibus appendiciis suis ; in Scottonne sex carucas terrae : in Thorpe .II. carucas ; in Iolthorpe dimidiam : in Rismu dimidiam ; in Messingham .IIII. carucas et .VI. bouatas ; in Malmitonne .II. carucas ; in Cletam .I. carucam ; in Hibaldestowe .I. carucam et quartam partem aecclesiae ; in Ragenildetorpe .II. carucas et dimidiam ; in Holm .II. carucas ; in Riseby dimidiam carucam ; in uilla de Walcote super Humbram .VI. carucas ; in Alkebarue unam et totam aecclesiam ; in Normanby unam carucam ; in Alethorpe dimidiam carucam : in Mustam unam carucam et .II. bouatas, et uillam de Thurleby cum aecclesia et appendiciis et uillam de Osgoteby cum omnibus pertinenciis suis, et Walcote iuxta Trikingham, et Breidesthorpe, Rihale, et Belmesthorpe, Manthorpe, et Carletun : et Quadaueringge in Hoylandia, cum salinis, et pascuis, et omnibus pertinenciis suis, in Huntingdonneschira uillam de Flettonne cum aecclesia et molendinis, et uillam de Ouertonne cum pertinenciis suis, et uillam de Alewaltonne cum aecclesia et molendinis cum theoloneo nauium, et cum omnibus appendiciis suis : mercatum uero in Medeshamstede constituimus singulare, ut nullum aliud habeatur inter Staunforde et Huntingdon,

et ad idem damus ibidemque solui iubemus totum, sine ulla contradictione, theoloneum ; et propter uaria luca corporalium et spiritualium utilitatum hoc mercatum decreuimus illic celebrari, et undique illic requiri, quatinus et dei ministri inde adiuuentur propinquius, et a concurrente populo inter terrena necessaria coelestia petantur subsidia, dummodo per sancti Petri quaesita patrocinia, et per missarum audita mysteria secundum fidem, cuiusque ibi possint redimi diuersarum offensionum debita. Concedimus etiam praedictis abbati et monachis quod ipsi habeant francum plegium in omnibus dominiis suis in custodia sua; et prohibemus ne aliquis de hoc se intromittat nisi ipsi et balluiui sui; prohibemus etiam ne aliquis praesumat emere absque eorum licencia in mercatis suis de Medeshamstede et de Undale, nisi illi qui ostenderint quod inde libertatem habeant; item praecipimus ut praedictum monasterium habeat omnes libertates et consuetudines quas regia potestas liberiores alicui aecclesiae conferre potest. Quare uolumus et firmiter praecipimus quod praedicti abbas et successores eius et monachi habeant et teneant omnia praedicta bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, in bosco et in plano, in uiis et semitis, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in piscariis, in uiuariis, in stagnis, et mariscis, et turbariis, cum soka et saka, et tolle et theem, et infangenthefe, et utfangethefe, hamsoke, grithbriche, blodewithe, murdro, et thesauro, forstalle, flemmeflethe, ordel, et cum duello, in omnibus dominiis suis, et in omnibus locis, et in omnibus causis quae sunt uel esse possunt. Praecipimus etiam quod ipsi et dominia sua sint libera et quieta ab ombi scotto et geldo, et ab omnibus auxiliis regum, uicecomitum, et omni ministralium suorum hidagio, et danegeldo, et schiris, et hundredis, et placitis, et querelis, wardepeny, et boroupeny, et lestage, wrec, et ab omnibus operibus castellorum, parcorum, pontium, et de clausturis, et ab omni careio, et summagio, et nauigio, et regalium domorum aedificatione, et omnimoda operatione, et siluae eorum ad praedicta opera uel ad aliqua alia nullo modo capiantur. Praecipimus etiam quod praedictum monasterium et dominia sua sint libera et quieta ab omni dominatione, exactione comitum, baronum, uicecomitum, et ministralium suorum ; et praedicti abbas et monachi homines et omnia dominia sua sint quieta ab omni theloneo in omni foro, et in omnibus nundinis, et in transitu uiarum, pontium, et portuum maris, per totum

regnum nostrum in Anglia, et omnia mercata sua sint similiter quieta; et hoc super forisfacturam nostram. Item catalla furium mercieque ex murdro et aliis forisfacturis quibuscumque contingunt quantum ad sua dominia sint, haec, inquam, omnia, licet parua, ita concedo ut ego regaliter tenui uel ab aliis effici libera, quatinus ab omni seruitute absoluta in proprias tantum expensas liberrima possideat aecclesia tanquam regina non tanquam famula. Inter has donationes et sanctiones uenerabilis pater monasterii Saxulfus, habens monachos anachoreticae conuersationis amatores, suggessit mihi cum nonnullis fratribus uelle dei quidem nutu et nosto assensu, monasterium in ipsa subiacente heremo cum heremiticis cellulis in honore dei genitris construere in loco qui iam nomen accepit Ancarig, quatinus ibi uel coenobitae pro anachoritis, uel anachoritae pro coenobitis, diuina pace possent conuersari. Quibus tum ego, — quod semel, inquam uobis perpetuaui, etiam si ad alios uestros usus conuerteretis, non habuissem contradicere, quanto magis cum id proposueritis in in aedificationem aecclesiae et in augmentationem religionis diuinae; immo ego faueo et laudo, ut perficiatur eo loci haec bona et laudabilis uoluntas uestra, iuxta uestram ditionem in domino. Haec nobis, beato Petro principante, principalis in sua regione et specialius Romana sit aecclesia; hic quaeramus ipsum patronum, qui Romae non possumus : non decet, immo non expedit nobis, ut haec seruiat quae fide ipsius Petri Christo regaliter desponsata est; ‘ Reges gentium, ’ ait dominus Petro, ‘ a quibus accipiunt tributa ? a filiis, an ab alienis ? ’ ‘ Ab alienis,’ inquit Petrus ; ‘ Ergo liberi sunt filii,’ dicit dominus. Ergo et a nobis sit libera haec regina mater cum filiis suis, ministris dei nostri, ut dimissis hiis quae regis erant tota libertate quae sunt dei deo reddant. Alia quoque monasteria, quae dei famuli Saxulfi instantia assurgunt, cum aliis aecclesiis finitimis quae deinceps generantur, huius primaeuae matris uisceribus fouenda et educanda pignora commendamus, quatinus christiana religio nostris primum temporibus nostrum regnum ingressa ubique propagetur, confirmetur, perpetuetur. Hanc oblationem nostram beatissime pater Deusdedit, apostolica manu tua obsecro perenniter corroborari, qui successor legationis fidei beati Gregorii, et propagator euangelii pacis protodoctoris nostri Augustini, sextus ab ipso beato Augustino apostolicus uicarius praesides aecclesiae Dorobernensis : tu quoque mi frater Aethelrede, et uos

sorores piissimae Kyneburga et Kyneswitha, pro mutua animarum nostrarum redemptione, huic testamento nostro testes optimi ut primus condigniores subscribite. Precor etiam omnes successores meos, siue filii, siue fratres, siue externi reges successerint, ut hoc nostrum pactum ita seruent inuiolatum, sicut uolunt recipere rectitudinis praemium, et euadere rapacitatis supplicium. Quisque autem beniuola mente hanc nostram donationem et elemosinam amplificare satagerit, in hoc praesenti saeculo uitae illius prospera foeliciter augeantur, et aeternae uitae gaudia aeterna succedeant. Si quis igitur diabolica illectus prauitate hoc donum in aliud quam quod constituimus peruertere molitus fuerit, maneat aeternaliter retrusus inter flammiuomas aestuantis gehennae incorruptiones, lugubre sibi solium uendicans inter tres nefandissimos proditores Christi, Iudam, Annam et Caiapham, et in Satanae faucibus maneat deglutiendus [et] omnium infernalium morsibus carnificum sine fine laceretur, nisi hic digna satisfactione emendare curauerit quod contra nostrum decretum inique commisit. Huius confirmationis isti testes subscribuntur.

+ Ego Uulfhere rex cum sociis regibus et patribus ac ducibus hoc testamentum donationis meae praesente apostolico patre nostro Deusdedit confirmaui. + Ego Oswius rex Northanhumbrorum amicus abbatis Saxulphi: immo aecclesiae dei debitus adiutor, laudaui. + Ego Sighere rex uoluntarie immo christianae fidei recenti perceptione regi Uulfhero subiectus consensi. + Ego Sibbius rex simili gratia deuotionis ac noua industria baptismatis eundem Uulferum habens praelatum subscripsi. + Ego Aethelredus frater regis cum eodem consensi. + Ego Kyneburga soror regis amplector. + Ego quoque soror regis Cyneswitha faui. + Ego Dorouernensis aecclesiae pontifex Deusdedit annui. + Ego Itamar Rofensis episcopus corroboraui. + Ego Wyna Lundoniensis episcopus subnotaui. + Ego Ierumannus Merciorum episcopus approbaui. + Ego Tuda episcopus aspiraui. + Ego Wilfridus presbyter famulus aecclesiarum et baiulus euangelii dei in gentes affectaui. + Ego Eoppa presbyter missus a rege Uulfero legatione dei conuertendi gentes in Wiht benedixi. + Ego abbas Saxulfus saepedicti monasterii conclamaui. + Signum Immine principis. + Signum Eadberhti principis. + Signum Herafridi principis. + Signum Whitberti principis. + Signum Abonis principis. [+ Signum Aethilbaldi ministri. + Signum Brordani ministri. + Signum Walberti ministri.

+ Signum Ealhmundi ministri. + Signum Fredegysi ministri. Cum caeteris optimatibus ac ministris regis haec collaudata sunt. Sancitum est hoc priuilegium anno dominicae incarnationis sexcentesimo sexagesimo quarto, Uulferi regis septimo, Deusdedit nono; quod nullius insana et punienda cupiditas uiolet.

III

FRITHUUALD DE SURREY, avant 675

+ In nomine domini saluatoris Ihesu Christi! Hanc donationem ego Fritheuualdus iuris mei ad libertatem uniuscuiusque rei concedo. Quotienscunque aliqua pro opere pietatis membris Christi impendimus, nostrae animae prodesse credimus, quia sua illi reddimus et nostra non largimur. Qua de re ego Frithuualdus prouinciae Surrianorum subregulus regis Wlfarii Mercianorum, propria uoluntate, sana mente integroque consilio, a praesente die dono, concedo, transfero, et de meo iure in tuum transcribo terram ad augendummonasterium quod primo sub rege Egberto constructum est, manentium ducentos ad roborandum idem monasterium quod Cirotesege nuncupatur, et quinque mansas in loco qui dicitur Thorp : non solum terram do sed confirmo et meipsum et unicum filium meum in obedientiam Erkenuualdi abbatis trado, et est terra inter totum coniuncta manentium trescentorum; et insuper iuxta flumen quod uocatur Thamis tota coniuncta simul ripariae fluminis usque ad terminum qui dicitur antiqua fossa id est Fullingadich ; in alia parte iterum eiusdem fluminis ripae usque ad terminum alterius prouinciae quae appellatur Sunninges. Est tamen de eadem terra pars semota manentium decem iuxta portum Londoniae ubi naues applicant super idem flumen in meridiana parte iuxta uiam publicam. Sunt tamen diuersa nomina de ipsa eadem terra supradicta, scilicet Cirotesegt, Thorp, Egcham, Chebeham, Getinges, Muleseg, Wodeham, Huneuualdesham, usque ad terminum supradictum, dono tibi Erkenuualdo et ad monasterium construendum et confirmo, ut tam tu quam posteri tui pro animae meae remedio intercedere debeatis, cum campis, siluis, pratis, pascuis et fluminibus, et omnibus aliis rebus ad monasterium sancti Petri

apostolorum principis de Cerotesegt rite pertinentibus. Omnia igitur in circuitu ad praedictum monasterium pertinentia quemadmodum a me donata sunt et concessa et confirmata teneatis et possideatis, et quodcunque uolueritis de eisdem terris facere tam tu quam posteri tui liberam licentiam habeatis, numquam me, ullo tempore, haeredeque meo contra hanc donationis meae cartulam esse uenturis. Quod si quis contra hanc donationem meam et confirmationem uenire temptauerit, sit hic separatus ab omni societate christiana et a coelestis regni participatione priuetur. Et ut haec cartula donationis meae et confirmationis sit firma, stabilis et inconcussa, testes ut subscriberent ragoui quorum nomina infra sunt annexa.

Et ego Fritheuaaldus qui donator sum una cum Erkenuualdo abbate signum sanctae crucis + pro ignorantia literarum expressi. Signum manus Frithurici testis +. Signum manus Ebbi testis +. Signum manus Eguualdi testis +. Signum manus Baduualdi testis +. Signum manus Ceaddi testis +. Similiter Humfridus episcopus rogatus ab abbate Erkenuualdo manu propria subscripsit +. Et isti sunt subreguli qui omnes sub signo suo subscripserunt. Signum manus Fritheuuoldi testis +. Signum manus Osrici testis +. Signum manus Wigherdi testis + Signum manus Aetheluuoldi testis +.

Et ut firma sit haec donatio et confirmatio stabilis, a Wlfario rege Mercianorum confirmata est haec cartula, nam et super altare posuit manum suam in uilla quae uocatur Thamu et manu sua signo sanctae crucis subscripsit +. Acta sunt haec iuxta uillam Fritheuuoldi iuxta supradictam fossatam Fullingadich circa kalendas Marcias.

IV

FRITUUALD et l'Evêque ERKENWALD, 675

+ In nomine domini dei saluatoris nostri Ihesu Christi ! Hanc donationem iuris nostri ego Fritheuualdus subregulus prouinciae Surrianorum una cum uenerabili patre Erkenuualdo, propria uoluntate, sana mente integroque consilio, ad libertatem uniuscuiusque rei concedimus, et de nostro iure in monasterium quod nuncupatur

Certeseg transcribimus, ad augendum idem monasterium quod primo sub rege Egberto constructum est. Haec est enim reliqua uillularum possessio ultra aquam quae dicitur Waie, quae ad idem monasterium iure haereditario et de nostro patrimonio donauimus, concessimus et confirmauimus; scilicet .xx. mansas apud Mulescie .x. apud Piterichesham .vii. apud Totinge cum Stretham .vii. apud Micham .xxx. apud Suthtone .x. apud Auueltone .xx. apud Bedintone .vii. apud Whatindone .xx. apud Cu[th]redesdone cum pascuis illuc rite pertinentibus; necnon .xx. apud Mestham .v. apud Chepstede cum Chaluedune .x. apud Benstede cum Suthemeresfelda .v. apud Theddeuurthe .xx. mansas apud Ebesham xxx. apud Euuelle cum Cotintone .xx apud Cegeham cum porcorum pascuis in Thanewald .xx. apud Bocham cum Effingeham .xx. apud Coueham cum Pontintone .v. apud Essere cum quinque mansis apud Epse.x. apud Clenedone et in altera Clenedone .ii. apud Aldeburi .iiiiᵒʳ. apud Comptone .v. apud Henlea .xxx. apud Winchefeld cum Elfteham apud Byflete .viii. mansas cum Weibrugge .x. apud Waltham. Haec ergo donatio taliter a nobis concessa est et confirmata ut ab omni iugo mundiali sit libera et inuiolabilis permaneat. Si quis uero hanc donationem uel libertatem augere uoluerit, adaugeat omnipotens deus sibi longaeuam in hoc saeculo uitam; et post finem istius uitae coelestis regni iocunditatem. Si quis uero, quod non optamus, huius decreti syngrapham infringere temptauerit, aut aliter quam a nobis statutum est mutare studuerit, sit a consortio aecclesiae Christi et a collegio sanctorum hic et in futuro segregatus, parsque eius cum auaris rapacibusque ponatur, eiusque ligamine se sciat esse constrictum cui Christus, claues regni coelestis commendans, ait, ' Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam, et tibi dabo claues regni coelorum, et quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in coelis, et quodcunque solueris super terram erit solutum et in coelis.' Nam que adhuc pro ampliori firmitatis testamento, omnimodo praecipimus atque praecipiendo monemus et obsecramus, ut maneat ista donatio atque libertas insolubiliter ab omni saeculari seruitute exinanita et inconcussa, ut praediximus, cum omnibus per circuitum ad se rite pertinentibus, scilicet, campis, pascuis, pratis siluis, aquis, stagnis et riuulis. Idcirco huius donationis et confirmationis munificentiam tam firmiter et immobiliter imperamus obseruari, quia pro hoc ab omnipotenti domino coelestis regni beatitudinem speramus

accipere, illo largiente cui est honor, potestas et imperium per infinita saeculorum saecula, Amen. Acta est haec praefata donatio et confirmatio anno dominicae incarnationis. DCC.XXVII.

Ego Fritheuualdus donator una cum Erkenuualdo subscripsimus + et ut firmius haec donatio et confirmatio stabilis fieret a Wlfario rege Mercianorum haec cartula confirmata est, nam et in altare posuit manum suam in uilla quae uocatur Tamu, et manu sua propria signo sanctae crucis subscripsit +. Similiter Humfridus episcopus rogatus ab Erkenuualdo manu propria subscripsit +.

V

HLOTHARI DE KENT, 678

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris ! Ego Lotharius rex Cantuariorum anno quarto regni nostri, indictione .VI. cum consilio uenerabilis archiepiscopi Theodori atque consensu primorum meorum, terram quae dicitur in Sudaneie intra insulam Thanet, quae et continet antiquo iure .XLIIII. manentes, quibus modo addidimus curtem .XII. manentes, habentem, ultra insulam in loco qui dicitur Sturgeh, cum siluis et paludibus, cum fluminibus et fontibus, cum pratis et pomariis, cum domibus cunctisque utensilibus, et omnibus ad eandem pertinentibus rebus, in ipsa quantitate sicut antiquitus principes a regibus sibi perdonatam habuerant, Aebbae abbatissae iure aecclesiastico ac monasteriali, et quibuscumque successoribus ipsa uolucrit derelinquere, tantum in domino, in sempiternum possidendam perdonamus ; ita ut nec nobis nec aliquibus successorum nostrorum regum, siue principum aut etiam aecclesiasticarum dignitatum gradibus, nefario temeritatis ausu, aliquando infringere uel diminuere aliquid de ea liceat ; sed pro remedio animae meae et absolutione peccatorum meorum, ita ut praedixi famulis dei perdonata absque aliqua laesione in aeuum permaneat. Quisquis autem haeredum successorum meorum regnum Cantiae, uel si quilibet saecularium dignitatum aut aecclesiasticarum, de supradicta donatione, quam pro aeterna remuneratione animae meae omnipotenti deo, ad utilitatem famulantium ei, in ius monasteriale constat esse largitam, aliquid disrumpere aut immutare uel

irritum facere temptauerit, sciat se sine dubio omnipotenti deo fraudem facere, et proinde coram eo et sanctis angelis eius aeterno anathemate reum. Quicunque uero haec quae largita praediximus sub pia protectione custodierit, uel pro dei intuitu misericorditer auxerit, sit benedictus in saecula, audiatque in die nouissimo tremendi examinis ab ipso iudice omnium Christo domino, aeternae benedictionis uocem, ' Uenite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi '. Manentem igitur hanc cartulam in sua semper firmitate, cum religiosis testibus signo dominicae crucis, in hoc loco qui dicitur Dorouernensis, stabiliter in aeuum confirmamus.

VI

LE PAPE AGATHON, 688

+ Gloriosissimo filio regi Merciorum Aethelredo, fratribus quoque et coepiscopis Theodoro Dorobernensi et Saxulfo Mediterraneorum Anglorum uel Merciorum episcopo, caeterisque consacerdotibus, Agatho seruus seruorum dei, in domino salutem. ' Dominus regnauit, exultet terra, laetentur insulae multae, ' reges terrae et omnes populi et caetera omnia laudent nomen domini, quia exaltatum est nomen eius solius ! Gratia domini nostri Ihesu Christi regis omnium saeculorum, foeliciter cotidie adimpletur haec prophetica exhilaratio, quando reges et gentes orbis terrarum et praecipue iuxta diuinum oraculum reges insularum multarum adorant et colunt ipsum Ihesum Christum unicum dominum et regem suum ; unde etiam sanctum nomen eius specialius benedicimus, quod uos praecellentissime fili cum uestris piae memoriae fratribus non solum dampnosa sculptilia daemoniorum cum paternis erroribus exterminantes, uerum saluatorem agnouistis et uerae diuinitatis effecti estis cultores, uerumetiam ad uertendos subiectos uobis reges et populos fidei balteo ut boni ministri Christi uos accinxistis ; cumque in aecclesiis et baptisteriis extruendis quibus populus adquisitionis dei multiplicetur, deuote laboretis, hanc caricatis uestrae flagrantiam familiarius amplectimus, quod de aecclesia beati Petri quam a deo primitiuam abbatiam censetis in regione uestri imperii, quae est

Mediterraneorum Anglorum, in loco qui appellatur Medeshamstede praeclaram, tam beneuola uota nobis regia scilicet legatione mandaueritis. Hanc quippe, ut perhibetis, antecessores uestri et fratres christianissimi per uenerabilem uirum, nuper abbatem nunc sacerdotem, Saxulfum regaliter condidere et amore beati Petri praecipue coluere, hanc regia largitate necnon et libertate regia cum priuilegii descriptionibus gloriosius extulere; hanc et uos clarissimi filii non minori feruore regalis industriae uultis Romana et apostolica auctoritate contra omnes impetus procellosi mundi perpetuo muniri, immo et iam quantum est in iuobis prompta uestri beneuolentia Romanam et apostolicam eam facere, ubi beatum Petrum, nobis quidem corpore, uobis uero spiritu, semper praesentem possideatis, ubi et a uobis et a toto regno uestro ac si Romae requiratur et piis ueneretur uotis fidelium. Apparet nimirum uos esse intimum filium huius quae totius orbis mater est principalis aecclesiarum, et ipsum eius praesidium affectare patronum qui clauigeri potestate uobis aperiat regna coelorum. Quapropter non solum uoluntarie sed et maxime gratias agentes annuimus piae uestrae petitioni; quatinus praedicta aecclesia in Medeshamstede, sicut regia auctoritate regia, ita apostolica confirmatione sit apostolica : sit ab omni seruitute saeculari libera, ita uidelicet ut quemadmodum uos dictastis, nec rex, nec episcopus, nec praeses aliquis abbati ipsius post electionem aecclesiae et regis assensum quicquam terreni oneris iniungat, non census, non tributum non militia, non aliqua unquam seruitutis occasio de omnibus rebus ad ipsam aecclesiam pertinentibus uel in magno uel in minimo ab ullo exigatur, quatinus sub rege suo defensore non tyranno libere Christo soli deseruiat. Episcopus quoque dioceseos non typo praelationis sed officio caritatis huic se impendat, abbatemque ipsius, ac si Romanum legatum et comministrum euangelii habeat, et secundum sibi socium aestimet non subiectum. Nullum uero potentatum in hoc monasterium praeripiat, nec ordinationem ibi nec quodlibet officium sine abbatis fauore arroget, sed neque ab ipsius intimis et peculiaribus locis aut parochiis uel in omni priuilegio ipsius, iuris quicquam praeter eiusdem abbatis assensum accipiat uel faciat, ne qua scilicet abusione pacem perturbet gregis dominici, quales scandalizare est cum mola asinaria in profundo dimergi. Ubi autem electus ab ipsa congregatione abbas ordinandus erit, ab archiepiscopo Dorobernensi, Romani pontificis uicario, aut a quo ipse módo ineffícatior iusserit, rege fauente ordi-

netur, nec parochianus pontifex siue ipse siue aliquis alius praedicta dumtaxat auctoritate ordinauerit, quicquam in eum praeter fraternitatis obsequium praeripiat. Hanc autem aecclesiam caeteris imperii uestri monasteriis quae modo assurgunt, uel deinceps in omnem posteritatem nascentur, tanquam religionis primicias excipimus, quatinus apostolica gratia suique Petri uestraeque promotionis praerogatiua praestet caeteris a Tamense fluuio in aquilonem, sicut et orta perhibetur mater primaria ; abbas quoque eius aliquis arctoae plagae prior habeatur et in omnibus conuentibus anterior sedeat, ita duntaxat ut ad sacrae fidei, religionis, caritatis, et concordiae compaginem, loco primogeniti et uice Romana affectuose praeluceat confratribus non imperet, sed et in aula regia et regalibus consiliis sicut et monasterii praestantia laudamus, ut primus uel inter primos adhaereat, et exemplo Saxulfi omnes successores opportune seu importune regem frequentent religiosa conuersatione, a terrenis reuocent, ad coelestia erigant, ad pietatem, ad iustitiam, ad dei cultum, hortatu crebro accendant. Hanc quoque ad uestrum uotum, non solum uoluntarie uerumetiam necessarie concedimus benedictionem huic apostolicae aecclesiae, quatinus tam uos quam caeteri populi uestri imperii totius quoque Britanniae sed et proximorum regnorum nationes, quicumque, uel uiae longinquitate uel uaria necessitudine praepediti, Romae beatum Petrum in urbe sua reuisere non sufficitis, hic eum spiritu uobis cohabitantem plena fide requiratis, hic uota persoluatis, hic absolutionem peccatorum et apostolicam benedictionem per ipsum ligandi ac soluendi principem fideliter speretis, et iusta desideria cum precibus exaudiri ac coeli ianuam uobis aperii credatis. Haec igitur etc. quaecumque sunt tam a uobis quam a fratribus et antecessoribus uestris huic monasterio in aeternam libertatem haereditatemque perpetuam donata, ac pruilegiorum sanctionibus perenniter commendata, quaecumque etiam in posterum aut a uobis aut a successoribus uestris uel a quibuslibet personis usque in finem iure tradendur, omnia, scilicet, secundum uestram postulationem apostolica beati Petri auctoritate confirmamus, et ita haec obseruanda ab omnibus regibus et principibus Britanniae contestamur, sicut ipsum coeli ianitorem timent offendere. Si quis autem haec in aliquo, quod absit, uiolare praesumpserit, cuiuscumque potestatis aut ordinis sit, excommunicatorio ipsius sancti Petri gladio, nisi emendauerit, excidatur. Qui uero custodierit, quique res aecclesiae amplificare maluerit, ipsius claui-

geri gratia suscipiatur, et sicut infernus raptoribus, ita defensoribus eius paradisus aperiatur. Huic ergo definitioni regia dignitas uestra, utuestram maiestatem decet, indelebiliter subscribat. Tua quoque, deuotio, reuerentissime frater Theodore, quem tam Graecis quam Romanis institutionibus atque eruditionibus praestantissimum, in lucem totius Britanniae, beatae memoriae Uitalianus praedecessor meus destinauit; hanc quaeso regiam et apostolicam saepedictae aecclesiae libertatem uobiscum corroborare, et omnem peruersorum iniuriam diuina animaduersione recidere satagat; sed et caetera aquilonalia a Tamense monasteria hoc sibi cum abbate suo paterna auctoritate praestare unanimi corpore foueant. Similiter et tua caritas, frater Saxulfe, sicut et obnixe petisti hanc confirmationem perseuerabiliter cum coepiscopis et amicis subscribi, ut, uidelicet, nec tu nec quisquam successorum episcoporum quicquam huius aecclesiae usurpet praeter abbatis praesidentis uoluntatem, ne qua contentionis oriatur occasio. Sic uos omnes cum uestro rege filio nostro karissimo in pace custodiat dei gratia. Hoc priuilegium a sancto papa Agathone, assentiente concilio centum .xxv. episcoporum, per reuerentissimum episcopum Wilfridum destinatum, ego Aethelredus dei dono rex anno domini .DC.LXXX. meique regni .VI. succipiens, approbante etiam domino archiepiscopo Theodoro cum concilio celebrato in campo Estfeld, tam gratanter regali subscriptione confirmo, quam ipse desideriosus in hoc exactor extiti, ut scilicet dilectum nobis monasterium beati Petri in Medeshamstede per industriam spiritualis patris nostri Saxulfi alienigena carnis genitore praeeuente, benignissimae memoriae fratres mei Peada regaliter instituit, Wlferus regali opulentia et pruilegio principaliter nobilitauit : ego quoque tam pro meae animae quam ipsorum fratrum salute, necnon et pro sacratissimis sororibus meis, beatissimae scilicet memoriae Kyneburga, et quae adhuc superstes sacrata Christo uirginitate deseruit Kyneswida, et rebus augere et diuina auctoritate munire curaui. Proinde trado beato Petro in hoc loco Medeshamstede has terras et possessiones cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, hoc est Bredune, Hrepinges, Cedenac, Swineshafed, Heanbyrig, Lodeshale, Scuffanhalch, Costesford, Stratford, Watelleburne, Lusgard, Aethelhuniglond, Bardunig. Haec, inquam, beato Petro regaliter habita regaliter concedo habenda in perpetuam haereditatem atque liberrimam aecclesiae proprietatem, obsecrans per ipsum apostolorum principem et per apostolicam sententiam

praesumptam, ne quis unquam succedentium tam de hiis quam de omnibus rebus ad ipsam aecclesiam appendentibus quicquam detrahat. Quod si quis fecerit omnibus episcopis dampnantibus et hiis praesentialiter subscribentibus apostolico gladio animaduertatur.

+ Ego Theodorus, Romana legatione in hos fines terrae destinatus et licet indignus uice beatae memoriae Augustini Dorobernensi cathedra inthronizatus, iuxta apostolicum papae Agathonis mandatum priuilegium monasterii Medeshamstede subscriptione nostra confirmo, cuius inuiolatores dampno et excommunico, defensores uero gratifico et benedico. + Ego humilis Saxulfus regali beneficio eiusdem monasterii fundator, ita ipsius in omnibus libertatem et praerogatiuam corroborare gaudeo, sicut ei specialius optima omnia cupio, ut nichil usurpem uel de rebus uel officiis ipsius monasterii praeter uoluntatem et postulationem abbatis, nec ego nec successores mei ; ego quoque omnem uiolentiae abusionem anathemate hinc excludo. + Ego Wilfridus apostolico fauore repetens sedem Eboracensem testis et relator huius sanctionis uotiuae assentior. + Ego Ostrich regina Aethelredi regis prompto animo hiis annuo. + Ego Adrianus apostolicus legatus et comes et suffraganeus reuerentissimo Theodoro haec approbo. + Ego Iohannes Romanus legatus conlaudo. + Ego Putta Rofensis episcopus ultro subscribo. + Ego Waldhere Lundoniensis episcopus confirmo. + Ego abbas Cuthbaldus eiusdem monasterii Medeshamstede successor uenerabilis Saxulfi speciali amore amplector, ut quisquis haec seruauerit ualeat, quisquis praeuaricatus fuerit, quod absit, omnium episcoporum ac sacerdotum excommunicatione dispereat. Amen.

Même Charte en Anglo-Saxon

+ Ic Aegatho papa of Rome grēte wel seō wurthfulle Aethelred Myrcene kynning and se uercebiscop Theodorum of Cantwarbyrig and seō Myrcene biscop Saxulf, seō ær waes abbot, and ealle tha abbotes tha sindon on Englalande Godes grētinge and mīnre bletsunge. Ic hawe geheord seō kynninges Aethelredes geornunge and thes aercebiscopes Theodorus and thes biscopes Saxulfes and thes abbotes Cuthbaldes hand ic hit will that hit on aelle wise beō swā swā ge hit sprecon hawen ; and hic bebeōde on Godes half and sancte Petres and ealra hālgan and ealre hādode heāfde, thaet nē kynning

nē biscop nē eorl nē nān man ne habbe nān onsting nē gafle nē geold nē feorthing, nē nānes cinnes theōwdōm ne nime man of thaet abbotrīce of Mēdeshāmstede. Ic beōde æc thaet the scȳrbiscop ne seō swā dȳrstlēce thaet he nē hading nē hāleging ne dō on this abbotrīce būton seo abbot hit him bydde, nē biscopwite nē sinath nē nānes cinnes thing, nā hawe thǣr nān onsting. And ic wille thaet seō abbot beō gehealden for legat of Rome ofer eal thaet iglande, and hwilc abbot the beth thǣr coren of the munecan thaet he beō gebletsad of thān aercebiscope of Cantwarbyrig. Ic wille and cȳthe thaet hwilc man swā hawed behāten tō faren tō Rome and he ne muge hit forthian, ōther for untrumnisse, ōther hlāfordes neōde, ōther for hawelēst, ōther for hwilces cinnes ōther neōd he ne muge thaer cumon, beō he of Englelande ōther of hwilc ōther igland beō, he cume tō thaet mynstre on Mēdeshāmstede and hawe thaet ilce forgiwenesse of Criste and sancte Peter and of thone abbot and of thone muneca thaet he scolde hawen gif he tō Rome fore. Nū bidde ic the brōther Theodorus thaet thū lete bedon geond ael Englelande thaet seō sinath wurthe gegaderod, and this write wurthe geredd and gehealdon; alswā ic beōde the Saxulf biscop that swā swā thū hit geornest thaet seō mynstere beō freō, swā ic forbeōde the and ealle te biscopas the after the cumon of Cristē and of ealle his hālgan thaet ge nān onsting ne hawen of that mynstre būton swā micel swā thone abbot wille. Nū ville ic hit segge mid worde thaet hwā swā halt this write and this bode thā wurthe he ēfre wunnende mid God ælmihtig on heāwenrice; and hwā swā hit tōbreceth, thā wurthe ge āmansumod and ānithrod mid Iudas and mid ealle deōfle on helle, būton he cume tō dēdbōte. Amen. Thās writ seond seō papa Agatho and ān hundred and fīf aud twenti biscopes bi Wilfrid aercebiscop of Eorferwīc tō Englelande. This waes gedōn aefter ūre drihtnes se ācennednesse .DC.LXXX. thes kininges .VI. gear Aethelredes. Thā heot seō kining thone arcebiscop Theodorus thaet he scolde setton ealle witene gemōt aet thone stede the man cleopeth Heatfelde. Thā hī wǣron thǣr gegaderod thā leot he rǣdon tha gewrite the seō papa thider seonde and ealle hit getton and fulfeostnodon. Thā seide se hyning, Ealle tha thing the mīn brother Peada and mīn brōther Wulfere and mīne swuster Kineburh and Kynesuith geafon and getton sancte Peter and thone abbot, tha wile ic thaet stande, and ic wile on mīn daei hit æcon for here sawle and for mīnre sāwle. Nū gife ic sancte Peter tō-daei

intō his ministre Mēdeshamsted thās landes and eal thaet thārtō liggeth, thaet is Brēdūne, Hrepingas, Cedenāc, Swīneshāefed, Heānbyrig, Lodeshalc, Scullanhalch, Costesford, Strētford, Waetelleburne, Lūsgeard, Aethelhuniglond, Barthanig. Thās landes ic gif sancte Peter eal swā freōlīce swā ic seolf hit āhte, and swā thaet nān mīn aeftergengles thār nān thinh of ne nime; gif swā hit doth, thās papa curs of Rome and ealre biscope curs he habbe, and here ealre the hēr be gewitnesse. And this ic festnie mid Cristes tācne +.

Ic Theodorus aercebiscop of Cantwarbyrig am witnesse of thās gewrite of Mēdeshāmstede, and ic festnie mid mīn gewrite; and ic āmansumie ealle tha thār āny thing ofbreke, and ic bletsige ealle tha the it healden +. Ic Wilfrid aercebisceop of Aeferwīc ic eam witnesse of thās gewrite, and ic gaete thaes ilce curs +. Ic Saxulf, the waes first abbot and nū eam biscop, ic gife hī mīn curs and ealle mīn aeftergengle the this tōbrecit +. Ic Osthrīthe Aethelredes cwen hit tythe +. Ic Adrianus legat hit gete +. Ic Putta biscop of Rofecestre ic hit write +. Ic Waldhere biscop of Lundene hit festnie +. Ic Cūthbald abbot hit geate. Swā thāt hwā swā hit breket ealre biscope cursunge and eal cristene folces he hafe. Amen.

VII

L'ARCHEVÊQUE THEODORE, 680

+ Regnante in perpetuum deo et domino nostro Ihesu Christo qui coelestia simul et terrestria imperio patris cuncta que sancti spiritus gratia in aequitate disponit! Atque per eiusdem dei praedestinationem hoc synodus congregatum fuerat in loco celeberrimo ubi nominatur Hethfeld, anno uero dominicae incarnationis .DC.LXXX indictio .IX. praesidente autem Theodoro gratia dei episcopo caeterisque episcopis et dei sacerdotibus per uniuersam Brittanniam, pariter cum regibus Anglorum, Aegfrido regi Humbronentium et Aethelredo regi Marcentium, cum consensu Halduulfi regis Easter-Anglorum atque Clotherio regi Cantuariorum, de multis necessitatibus tractantes maxime de statu aecclesiarum dei quorum ab olitanis tempo-

ribus in primordia christianis tocius Britanniae constituta atque firmata noscuntur, quomodo uel qualiter secundum normam rectitudinis his temporibus uel futuris ad seruandum disposuimus, cum communi consilio omnium nostrorum regum episcoporum, uel etiam tocius gentis Anglorum hanc discretionem statuimus atque decreuimus nostrisque successoribus id ipsum in posterum praecipimus; huic duobus metrapolitanis a primitibus locis quae sunt uniuersae Britanniae capita constituta prima, ut in Dorouernia ciuitate principali honor archiepiscopi Augustino priscis iam temporibus at nunc usque detenta est a sui iuris ditioni per singula loca XII. episcopi seu omnis nationes Anglorum et Brittonum in australibus partibus usque ad confinia Northanhumbrorum; alia uero in Eboraica ciuitate fundata similiterque sui iuris ditioni .XII. episcopi semper in futurum subiugati et partes aquilonales sicut disposuit praedecessoribus nostris pater noster Gregorius illis duobus sedibus ad seruandum imperpetuum, ut ex illis praememoratis ciuitatibus omnis ordo aecclesiastici officii seruatur atque inde ministratur, tam ordinatio episcoporum uel etiam unctio regum quamque canonicas institutiones quae suis exhortationibus et assiduis sollicitudinibus ad regimen christianitis pertineant. Et nunc ego iterum ad memoriam retracti per dominum apostolicum Agathonem papam ita inrefragabilis et inuiolabilis a nobis nostrisque successoribus utrorumque praenominatorum ciuitatum perpetuo stabilitate firmaui. Si quis uero, quod non optamus, obstinata contumacia hiis salubris statutis obpugnando contraire temptauerit, quisquis ille sit, sciat canonica subiacere sententia et a synodi huius communione esse damnatum uel a participatione corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi separatum.

+ Ego [Aegfridus] rex Humbrensium his synodalibus et canonicis constitutis consentiens subscribo. + Ego [Aethelredus] rex Merciorum his synodalibus et canonicis constitutis consentiens subscribo. + Ego Alduulf rex East[e]r-Anglorum his synodalibus et canonicis constitutis consentiens subscribo. + Ego [Clotherius] rex Cantuariorum his synodalibus et canonicis constitutis consentiens subscribo. + Ego Theodorus gratia dei archiepiscopus Britanniae et ciuitatibus Dorouerniae consentiens subscribo.

VIII

CAEDUUALHA DE WESSEX, 683

+ In nomine saluatoris nostri Ihesu Christi ! Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre quid possumus ; idcirco terrenis et caducis aeterna et coelestia supernae patriae praemia mercanda sunt. Quapropter ego Caeduualla, disponente domino, rex rogatus a uenerando Uuilfrido episcopo uti sibi aliquantulam terram ad suffragium famulorum Christi, qui uitam coenobialem degant, et ad construendum monasterium in loco qui uocatur Seolesige, pro relaxatione criminum et perpetui praemii receptaculo, largiri dignarer : cuius precibus annuens, eandem terram de qua suggerere uidebatur, pro remedio animae meae, libenter impendo ; id est .LV. tributarios in illis locis qui uocantur Seolesige, Medemenige, Wihttringes, Iccanore, Bridham, Egesauude, simulque Bessenheie, Brimfastun, et Sidelesham, cum abiis uillis sibi cohaerentibus, et cum omnibus ad se pertinentibus. Necnon terram illam quae appellatur Aldingburne, et Lydesige .VI. cassatos ; et in Geinstedisgate .VI. et in Mundham .VIII. in Amberla et Hohtun .VIII. et in Uualdham .IIII., id est .XXXII. tributariorum, cum consensu Uuilfridi archiepiscopi, et Aethuualdi subreguli, caeterorumque episcoporum, ducum, optimatumque Anglorum, in potestatem propriae donationis dabo. Si quis uero contra haec decreta firmiter statuta contraire, et soluere conatus fuerit, nouerit se ante tribunal examinis Christi rationem redditurum, et habere partem cum Iuda traditore domini in inferno inferiori. Scripta autem est haec cartula anno ab incarnatione domini. DC.LXXXI. indictione .XI. mensis Augusti die .III.

Praedicta siquidem tellus his terminis circumcincta clarescit. Ab introitu portus qui appellatur Anglice Wyderynge post retractum mare in Cumeneshora ; sic uersus occidentalem plagam iuxta mare usque Rumbruge in ante iuxta litus maris usque Chenestone ; inde in ante iuxta littus usque Heremuthe ; et inde uersus septentrionalem plagam in longum fluuii usque Wialesflet ; sursum [a Wialesflet] usque quo Brimesdik exit ; inde uersus orientem in longum praedicti fossati in Woflet ; inde uersus orientem in longum fluuii ; et sic uersus australem plagam usque Wuderingemuthe.

+ Ego Caeduualha rex, a praefato rogatus episcopo, donationis meae cartulam subscripsi. + Ego Uuilfridus archiepiscopus, consensi et subscripsi. + Ego Birhtuualdus archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Eguualdus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Uuilfridus episcopus terras mihi donatas, crucis Christi robo ratione confirmo. + Ego Eadberhtus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ealdulfus dux Suthsaxonum consensi et subscripsi. Omnes isti et multi alii consentientes subscripserunt et confirmauerunt.

IX

CAEDUUALHA DE WESSEX, 688

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris ! Quotienscumque aliquid pro opere pietatis Christi membris impendimus, nostrae animae fore prodesse credimus, quia sua illi reddimus, non nostra largimur. Qua de re ego Ceadwal, dispensante domino, rex Saxonum, pro remedio animae meae terram uobis ad construendum monasterium in potestate confero, cuius uocabulum est Fernham in cassatos .LX. id est Cedde, Cisi, Criswanque, quorum .X. in Bintimgom .II. in Cert, caeteros autem propriis locis et nominibus adsignantur, hoc est Cusanweoh cum omnibus ad se pertinentibus campis, siluis, pratis, pascuis, piscariis, fluminibus, fontanis, liberam a me habeatis licentiam donandi, commutandi, et in arbitrio uestro sit posita. Numquam ego haeredesque mei ullo tempore contra hanc donationis cartulam uenire temptauerit. Quod si quis superba praesumpserit inruptione infringere aut minuere per tyrannidem hanc a me actam donationem, sit separatus ab omni societate christiana, manentem uero in sua nichilominus firmitate. Actum in loco cuius uocabulum est Besingahearh. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DC.LXXXVIII. indictione .I.

Signum manus Cenwal regis et donatoris +. + Ego Wilfridus episcopus hanc donationem subscripsi. + Ego Herconwaldus episcopus eiusdem donationem subscripsi. + Ego Hedda episcopus donationem a rege factam subscripsi. + Ego Aldelmus indignus abbas hoc cyrographum subscripsi. + Ego Hugon abbas. + Ego Eadbertus abbas. + Ego Wadda presbyter. + Ego Guda presbyter.

+ Ego Buda presbyter. + Ego Bicca presbyter. + Ego Welise presbyter. Signum manus Wuddan +. Signum manus Headdan +. Signum manus Eadbert +. Signum manus Coaenes +. Signum manus Rewes +. Signum manus Teodan +. Signum manus Oswine +. Signum manus Snoccan +. Signum manus Moccan +.

X

NOTHELM DE SUSSEX, 692

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris ! Ego Nothelmus rex Suthsaxonum, pro remedio animae meae, sciens mihi in futuro prodesse quicquid Christi membris de mea propria possessione impendo, tibi Nothgithae sorori meae aliquam terrae partem libenter dabo, ad construendum in ea monasterium basilicamque erigendam, quae diuinis laudibus et sanctorum honoribus seruire uideatur, id est .xxx[v]III cassatos in locis qui appellantur; hoc est in Lydesige et Aldingburne .XII. aet Genstedegate .X. in Mundhame .XI. in orientali plaga II. in occidentali .III. ut possidendo teneas cum omnibus ad eam pertinentibus rebus, campis, siluis, pratis, pascuis. Si quis hanc donationem attributam tibi, in maximo aliquo uel in modico minuere ausus sit, sciat se in districto omnipotentis dei iudicio poenam praesumptionis suae incurrere. Scripta est haec cartula anno ab incarnatione Christi .DC.XCII.

+ Ego Nunna rex Suthsaxonum consensi et subscripsi. + Ego Uuattus rex consensi et subscripsi. + Ego Coenredus rex Uuestsaxonum consensi et subscripsi. + Ego Ine consensi et propria manu subscripsi. + Ego Eadberhtus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aldhelmus abbas subscripsi. + Ego Haguna abbas subscripsi.

XI

UUIHTRAED DE KENT, 694

+ Anno ab incarnatione domini .DC XCIIII Whytredus gloriosus rex Kanciae cum reuerentissimo archiepiscopo Brightwaldo praece-

pit congregari concilium in loco qui nominatur Bachancild, praesidente eodem concilio iam nominato clementissimo rege Cantuariorum Whytredo, et eodem uenerando patre primate totius Britanniae, simulque Tobia episcopo Roffensis aecclesiae, cum abbatibus, abbatissis, presbyteris, diaconibus, ducibus, satrapis, pariter tractantes de statu aecclesiarum dei in Anglia, et de hiis quae a fidelibus regibus praedecessoribus eius et propinquis, Aethelberto uidelicet posterisque eius, deo omnipotenti in propriam haereditatem data fuerunt, qualiter secundum ueram iusticiam stare et permanere ualeant, uel quomodo ea seruare oporteat amodo et usque in finem saeculi constituentes. Ego, inquit Whytredus, rex terrenus, a rege regnum compunctus, zelo rectitudinis accensus, ex antiqua traditione sanctorum patrum didici, [non] esse licitum alicui homini in laico habitu constituto usurpare sibi quasi propriam possessionem quod fuerat ante domino concessum et cruce Christi firmatum. Scimus enim et ueraciter constat quia quod semel acceperit homo donatione alterius in propriam potestatem, nullatenus sine iniurua illud iterum dimittet. Horrendum est itaque hominibus deum uiuum exspoliare, tnuicamque eius et haereditatem scindere. Cum ergo deo oblatum aliquid fuerit de terrenis substantiis, ad hoc ut facilius promereri ualeant offerentes aeternam retributionem percipere in coelis manifeste declaratur, quod quanto incautius homo saecularis applicuit se in haereditatem regis aeterni, tanto districtius a deo punietur. Pro qua re firmiter decernimus, [et in nomine] omnipotentis dei omniumque sanctorum praecipimus, omnibus successoribus nostris regibus, principibus et omnibus in laico habitu constitutis, ut nulli unquam liceat alicuius aecclesiae uel monasterii dominium habere quae a me uel antecessoribus meis priscis temporibus tradita sunt deo in perpetuam haereditatem et sanctis eius : magis autem sicut in canonibus praecipitur seruandum est, ut quando aliquis de praelatis defungitur episcopus, abbas uel abbatissa, intimetur archiepiscopo propriae parochiae et cum eius consilio et consensu uita ac munditia eius examinata qui dignus enuenitur eligatur, et nullo modo sine consensu et consultu archiepiscopi promoueatur. Neque enim de hac re aliquid pertinet ad decretum uel imperium regis. Illius autem est comites, duces, optimates, principes, praefectos, iudices saeculares, statuere; metropolitani uero est archiepiscopi aecclesias dei replere, gubernare, episcopos, abbates, abbatissas, caeterosque praelatos eligere, statuere,

firmare, admonere, ne quis de ouibus Christi, scilicet aeterni pastoris, aberret. Haec lex per aeuum in regno nostro in perpetuum permaneat, omnibus aecclesiis dei nostri pro salute animae meae meorumque praedecessorum, proque spe coelestis regni. Igitur ex hac die et deinceps concedimus et donamus aecclesiis regni nostri liberas esse perpetua libertate ab omnibus difficultatibus saeculariis seruitutis, ab omni debito uel pulsione regalium tributorum, ut possint pro nobis deo omnipotenti hostias dignas offerre nostraque peccata abluere immaculatis muneribus. Si quis autem rex post nos leuatus in regnum, aut episcopus, aut abbas, seu aliqua alia persona contradixerit huic concilio, uel scripto iudicio concilii facto, sciat se a corpore et sanguine domini sequestratum et sic excommunicatum, sicut ille qui non habebit remissionem [neque] in hoc saeculo neque in futuro, nisi ante mortem secundum iudicium archiepiscopi emendauerit. Hoc scriptum irrefragabile sua firmitate muniatur, seruetur, et semper habeatur in aecclesia saluatoris, quae sita est in ciuitate Dorobernia ubi primas habetur, ad exemplum omnium aecclesiarum atque deffensionem quae in Anglia habentur.

+ Ego Wihtredus auxilio Christi rex hiis legibus constitutis pro me et Werburga regina itemque filio nostro Aelrico subscripsi.
+ Ego Brihtuualdus gratia dei archiepiscopus hiis legibus constitutis subscripsi.

XII

INI DE WESSEX, 701

+ Domino nostro Ihesu Christo imperpetuum regnante cui cuncta iure famulantur elementa mundi! Omnibus ut reor luce clarius mortalibus patet quod digna gloria paruipendenda est mundi, quia decidit ut flos foeni. Quapropter ego Ine largifla summi tonantis annuente clementia regali fretus dignitate, quandam ruris partem .XL. scilicet mansas, in loco qui ab incolis huius patriae Alresford nuncupatur, cum omnibus ad se rite pertinentibus, pratis, siluis, pascuis, sicut praedecessor meus Cynewalh, diuino scilicet adtactus instinctu, iamdudum concessit aecclesiae quae Wintoniae in almae trinitatis ueraeque unitatis honore necnon et apostolorum

Petri Paulique consecrata consistit, pro meorum expiatione facinorum, libens perpetualiter restituo. Hanc donationem cum omnium mei temporis consensu procerum tali curaui renouari assertione, ut nulla meorum persona successorum diabolicae astu calliditatis insollescens eam unquam in aliud transferre praesumat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo solutum, tribus exceptis, expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem augere uoluerit, ei plura in praesenti uita adiicientur bona ; minuentem uero terra uiuum dehiscat, atque eius anima pro tanti commisso criminis reatu cum Iuda Christi proditore perpetuas sine fine lugeat poenas, nisi hic digna satisfactione emendauerit quod contra almam trinitatem ueramque unitatem temere deliquit. Hanc scedam domino deo omnipotenti et sancto Petro suisque uicariis in perpetuum ius haereditarium anno dominicae incarnationis .DCCI. indictione .XIIII. scribere curauimus.

+ Signum manus Danielis episcopi cum impressione sanctae crucis. + Signum manus Ini regis. + Signum manus Aethelhardi. + Signum manus Fortheres. + Signum manus Puttuces. + Signum manus Cumman. + Signum manus Tunbeorti abbatis. + Signum manus Hagenan.

+ Ego Cuthred rex hoc donum praefixum signum sanctae crucis signaui. + Et Ego Aldelmus abbas signum agiae crucis impressi.

XIII

HEAN

+ Ego Hean dispensante domino abbas, aliquam terrae possessiunculam quae mihi ex munificentia parentum meorum qui regni gubernacula potiri noscuntur, in potestate concessa fuerat in loco cuius uocabulum est Bradanfeld cum adiacentibus, nec minus aliis, sicut infra signatum est, locis, hac conditione Cillan sorori meae ad possidendum contuli, ut post obitum meum si ipsa superstes, uixerit disponat et regat cum dei timore; et post se ad istum monasterium omnino reddat. Si uero omnipotentis dei iudicio me uiuente uitae suae sortem disposuerit, ius eiusdem loci et dispensatio mihi

cedat. Supradictae uero quantitas terrae in Bradanfeld .XLVIII. cassatorum est, in Escesdune .LV. in loco qui uocatur Earmendes lea .LXXXIII. summa simul redacta .C.LXXXVI. cassatos colligitur. Si quis ergo diffinitionem hanc a me factam una concorditer canonice et aecclesiae a rege Ini necnon et ab episcopo Daniele roboratam irritam facere temptauerit, sciat se coram Christo rationem redditurum.

XIV

NUNNA DE SUSSEX, 714

Ego Nunna rex Suthsaxonum aliquam partem terrae iuris mei, pro remedio animae meae, dabo Beadufrido et fratribus qui habitaut in insula quae dicitur Seolesige, ubi cupio ut corpus meum requiescat; id est, in Herotunum .IIII manentes, et in Braclaeshamstede .IIII. cassatos, et in Sideleshamstede .III. cum omnibus ad se pertinentibus, siluis, campis, pratis, fluminibus, coram episcopo reuerendissimo Eollan, necnon et abbatibus comitibusque meis congregatis, libenter haec perdonamus. Si quis uero contra hoc decretum tyrannico fastu [uenire] temptauerit, nouerit se in tremendo examine coram Christo rationem redditurum. Scripta est haec donationis munificentia anno ab incarnatione Christi .DCC^mo^.XIIII.^mo^.

+ Ego Aethelstan rex consensi et subscripsi + Ego Aethelthryth regina consensi.

XV

AETHELHEARD DE WESSEX, 737

+ Domino nostro Ihesu Christo cum coaeterno patre et spiritu sancto in aeternum regnante ! Anno eiusdem redemptoris nostri dominicae incarnationis .DCC.XXXVII ego Aethelheard rex rogatus a Frithogytha regina ut rus in Tantum quod Wentanae aecclesiae Petro Pauloque dicatae, ob imminentis periculi prosperitatem satisfaciendo dederat, augmentarem; dei IIII. mansas ad pecora alenda in Withiglea, et .III. in Cearn ad salinaria construenda. Quantitas harum .VII. manentium furti crimine a possidentibus uno eodem-

que tempore iusto dampnatis iudicio ablata est. Si quis igitur futuro tempore uetustas territorii cartulas, et me largiente praefatae reginae quae eas Christo redemptori nostro dederat concessa, quae iuxta de peculii uexatione celando uel furtim diripiendo absconsae fuerant, in propatulo deinceps manifestauerint, et ipsi furti crimine obnoxii habeantur, et hac renouata uigente territorii cartula ueteres pro nichilo habeantur; maneat igitur praedictarum terrarum portio libera praeter expeditionem, pontis arcisue restaurationem. Haec sunt confinia supradictarum terrarum. Aerest on Ucingford.

+ Signum manus Danielis praesulis. + Signum manus Forthhaeres praesulis. + Signum manus Aethelheardi regis. + Signum manus Frythogythae reginae. + Signum manus Cynegysli abbatis. + Signum manus Aescburgae abbatissae.

XVI

EADBERHT DE KENT, 741

+ Anno dominicae incarnationis .DCC.XLI. ego Eadbriht rex, cognomento Eating, pro salute animae meae concedo aecclesiae Christi in Dorobernia capturam piscium quae habetur in ostio fluminis cuius nomen est Limenea, et partem agri in qua situm est oratorium sancti Martini, cum domibus piscatorum, et quartam partem aratri circa eundem locum, et pascua .CL. iumentorum iuxta marascum qui dicitur Bisceopesuuic usque ad siluam quae appellatur Rhip, et usque ad terminos Suth-Saxoniae, regimen habente aecclesiae beatae Mariae quae habetur apud Limenea Cuthberto archiepiscopo tunc temporis abbate. Cui uidelicet aecclesiae hanc meam donationem nominatim contuli liberam ab omni saeculari seruitio, exceptis istis tribus, expeditione, pontis et arcis constructione. Si quis hoc meum donum uiolare praesumpserit, disperdat et distruat illum deus, nisi celeri satisfactione malum quod fecit emendet.

XVII

EADBERHT DE KENT, 747

+ Anno dominicae incarnationis .DCC.XLVII. ego Eadbertus rex Cantiae cum consensu optimatum meorum, Bregowini archiepiscopi et caeterorum principum meorum, concedo aecclesiae quae est apud Raculfe, et tibi Deneheah abba tuaeque familiae, pro salute animae meae. uectigal et tributum unius nauis in portu ac uilla quae dicitur Forduuic, ad opus, ut praefatus sum, familiae sanctae Mariae quae in iam-nominata aecclesia deo seruiunt. Simulque praecipio in nomine omnipotentis dei praefectis, praepositis, et actionariis, et omnibus fidelibus qui in illo portu habent uel habituri sunt aliquam potestatem, ut haec mea donatio sit stabilis et firma imperpetuum. Quod si aliquis, quod absit, hoc meum donum uiolare praesumpserit, a deo et sanctis eius separatus, diabolo et angelis eius sit coniunctus. Quod si una nauis praedictae familiae perierit collisione, fractione, aut uetustate. iterum restituant aliam, et eadem conditione habeant, et sic in perpetuum.

XVIII

EARDUULF DE KENT, vers 747

+ Ego Eardulfus rex Cantiae tibi uenerabilis Eadberte abba, tuaequae familiae consistenti in loco qui dicitur Raculf, concedo terram unius aratri in loco qui nominatur Berhamstede, cum omnibus ad eam pertinentibus, liberam ab omnibus saecularibus seruitutiis.

XIX

CUTHRAED DE WESSEX, 749

+ Regnante in aeternum domino nostro omnipotente deo ! Ego Cuthredus rex de terra iuris mei aliquantulam portionem, iuxta

mensuram scilicet .x. familiarum, quam solicolae Cleran nominant, aecclesiae dei Petro Pauloque dicatae cuitate Wentana haereditarie perpetualiter impendo, ita ut nullus successorum meorum ipsius terrae portionem ab aecclesia dei nunquam praesumptuosus auferat. Et haec acta sunt anno ab incarnatione domini .DCC.XLVIIII. et ut firmius supradictae donationis meae munificentia roboretur testes idoneos et adstipulatores ad subscribendum confirmandumque praedictae possessionis priuilegium adsciuimus quorum nomina et personae infra notantur. His limitibus praedictum rus circumuallatur.

+ Ego Cuthredus rex propriae donationis meae munificentiam signo crucis Christi confirmans roboraui. + Ego Hunfrith dei gratia episcopus canonice consentiens subscripsi. + Signum manus Aethilheardi oeconomi atque abbatis. + Signum manus Cynibaldi abbatis. + Signum manus Cynrices nobilis prosapiae. + Signum manus Aethilfridi praefecti.

XX

CUTHRAED DE WESSEX, 749

+ Regnante in perpetuum omnipotente deo ! Ego Cuthredus rex de terra iuris mei aliquantulam portionem, iuxta mensuram scilicet .VII. familiarum, aecclesiae dei Petro et Paulo dicatae ciuitate Wentana haereditarie perpetualiter impendo .V. uidelicet mansas aet Truhham et .I. aet Eppelhyrste et .I. aet Hwitanleage, ita ut nullus successorum meorum ipsius terrae portionem ab aecclesia dei nunquam praesumptuosus auferat. Et haec acta sunt anno ab incarnatione domini .DCC.XLIX. et ut firmius supradictae donationis meae munificentia roboretur testes idoneos et adstipulatores ad subscribendum confirmandumque praedictae possessionis priuilegium adsciuimus quorum nomina et personae infra notantur.

+ Ego Cuthredus rex propriae donationis meae munificentiam signo crucis Christi confirmans roboraui. + Ego Hunfridus dei gratia episcopus canonice consentiens subscripsi. + Ego Cynibaldus abbas concessi.

XXI

OSMUND DE SUSSEX, 765

+ In nomine domini Ihesu Christi saluatoris ! Esto nobis adiutor deus, quem credimus, et diligimus, et scimus retributorem operum nostrorum : idcirco ego Osmundus, rogatus a comite meo Walhere, ut sibi aliquantulam terram ad construendum in ea monasterium largiri dignarer ; cuius precibus accommodans eandem terram, de qua suggerere uidebatur, pro remedio animae meae imperpetuum libenter impendo, id est .XII. tributarios terrae quae appellantur Ferring, cum totis ad eam pertinentibus rebus, campis, siluis, pratis, fluminibus, fontanis, et siluatica Coponora et Titlesham. Scripta est haec cartula anno ab incarnatione domini .DCC.LXV. indictione, tertia, mensis Augusti die tertio.

+ Ego Osmundus hanc donationem propria manu subscripsi. + Ego Osa episcopus consensi et subscripsi, etc.— Testes in lingua Saxonica.

XXII

OSMUND DE SUSSEX, 770

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Nichil intulimus in hunc mundum, ueruntamen nec auferre quid possimus ; et ideo cum terrenis et caducis aeterna praemia mercanda sunt. Quapropter ego Osmundus, rogatus a comite meo uenerabili Warbaldo atque uxore illius Tidburge, ut sibi aliquantulam terram ad aecclesiam beati Petri apostoli, quae ibi sita est, in loco qui dicitur Hanefeld .XV. manencium in perpetuam attribuo possessionem, cum omnibus ad eam pertinentibus rebus, id est, campis, siluis, pascuis, pratis, fluminibus, fontanis. Acta est haec cartula anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCC.LXX. — Deinde sequuntur bundae siue metae terrae praedictae in lingua Saxonica.

+ Ego Osmundus rex hanc donationem propria manu subscripsi. + Ego Osa archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Hedde episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadbright episcopus consensi

et subscripsi. + Ego Offa cum supranominatis personis hanc paginulam libens munio. + Ego Wilfrid episcopus consensi. + Ego Brodda dux. + Ego Berhtwald dux. + Ego Eadbald dux. + Ego Esne dux. + Ego Aldwlf dux, etc.

XXIII

AETHELBERHT DE SUSSEX, vers 774.

+ In nomine dei summi ! Ego Aethelbertus rex Sussaxonum, domino regnante imperpetuum, aliquam partem terrae iuris mei, ad construendum monasterium, Diozsan uenerabili uiro do, pro remedio animae meae, decem et octo manentes, in loco qui dicitur Wystrings, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, siluis, et piscalibus fluminibus; et ita firmiter et immutabiliter, in potestate praesentis uiri Diozsan haec donatio permaneat, ut nullus post obitum nostrum mutare aut minuere praesumat.

+ Ego Aethelbertus rex hanc donationem cum propria manu scripsi +. Ego Seffridus episcopus consensi et subscripsi +. Ego Wyghere consensi et subscripsi +. Ego Beoba consensi et subscripsi +. Ego Wyga consensi et subscripsi +. Et ego Diozsan donationis huius terram, quam mihi Aethelbertus rex concessit, in libertate iuris mei dilectissimae sorori meae donabo etiam cum consensu Aethelberti regis, necnon cum consensu uenerandi episcopi Seffridi, ut in potestate eius sit post obitum meum habendi donandique cuicunque uoluerit +. Ego Offa rex hanc donationem manu propria signo et confirmo +. Ego Osenedred regina consensi et subscripsi +.

Tunc sequuntur limites in lingua Saxonica in dorso cartae originalis.

XXIV

OSLAC DE SUSSEX, 780

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo ac gubernante ! Ego Oslac dux Suth-Saxonum aliquam terrae meae partem,

pro remedio animae meae, uenerabili aecclesiae sancti Pauli apostoli concedo, id est duo, nominibus Earneleagh, Tielesora, cum omnibus ad eam pertinentibus rebus, campis, siluis. Anno ab incarnatione domini .DCC.LXXX. factum est in loco qui appellatur Seolesige.

+ Ego Oslac hanc donationem propria manu subscripsi. + Ego Gislehere episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadwulf consensi et subscripsi. Omnis dignitas dicit +. Si quis uero hoc decretum irritum facere, tyrannico fretus potentu, uiolenter temptauerit, nouerit se in tremendo cunctorum exanimae coram Christo rationem redditurum, et habere partem cum Iuda traditore domini nostri in inferno inferiori.

+ Ego Offa, deo donante, rex Merciorum hanc supradictam terram iuxta petitionem Wethuni episcopi Suth-Saxonum corroborans dominicae crucis signo confirmabo.

XXV

EALHMUND DE KENT, 784

+ Anno dominicae incarnationis .DCC.LXXXIIII. Ego Ealhmundus rex Cantiae do tibi Wetrede honorabili abbati tuaeque familiae degenti in loco qui dicitur Raculfcestre terram duodecim aratrorum quae dicitur Scildwic, cum uniuersis ad eam rite pertinentibus, liberam ab omni saeculari seruitio et ab omni regali tributo, exceptis expeditione, pontis et arcis constructione, Si quis, quod absit, contra hoc donum meum facere temptauerit iram omnipotentis dei incurrat, et cum impiis et peccatoribus flammis ultricibus sine fine dampnetur.

+ Ego Iambertus archiepiscopus Canciae hanc regis donationem et excommunicationem consentiens et subscribens confirmo.

XXVI

OFFA DE MERCIA, 791

+ Anno dominicae incarnationis .DCC.XCI. Ego offa rex concedo aecclesiae Christi Cantuariae terram iuris mei quindecim aratrorum in prouincia Cantiae, in hiis postnominatis locis, id est, Socham, Perhamstede, Rocinga, et in saltu qui dicitur Andred ad pascua porcorum in hiis locis Dinuualingden, Sandhyrste, Suuithelmingden, et in siluis quae dicuntur Bocholt et Blean Heanhric, et aliud inter torrentem nomine Northburnan et Hagenatreou, et pastum unius gregis iuxta Theningden, et .L. porcorum binnan Snaede. Hanc praedictam donationem uobis concedo, cum omnibus ad eam rite pertinentibus, quamdiu tibi uita comes fuerit, liberam ab omni regali tributo; et post obitum cuicumque placuerit danda cum praedicta libertate. Si quis uero hoc donum meum infringere temptauerit, perpetuo anathemate feriatur.

XXVII

EALDWULF DE SUSSEX, 791.

+ In nomine sancti saluatoris ! Omnia, quae secundum praesens saeculum laboramus, uix usque ad mortem sufficiunt; quod uero pro aeterna uita agatur utique post mortem conseruatur. Idcirco ego Aldwlfus dux Suth-Saxonum, aliquantulam siluae partem iuris mei Wethuno episcopo largiri atque describere curabam, cum consensu et licentia Offae regis Anglorum, in loco qui dicitur Cealtborgsteal, ad aecclesiam sancti Andreae quae sita est in terra quae uocatur Ferring. Haec autem silua certis finibus terminatur; in occidentali plaga, iuxta superiorem uiam quae currit ab australi parte usque ad septentrionem; et in altera parte in circuitu campestria. Qui hanc paruam donationis munificentiam augere et amplificare uoluerit, augeat deus partem eius in libro uitae. Si uero, quod absit, aliquis tyrannica fretus potestate, temerarie tenere aut minuere uoluerit, sciat se in tremendo examinis iudicio

horribiliter incidere in manus dei uiuentis. Et haec acta sunt in monte qui uocatur Biohchandoune, anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi .DCC.X[C]I. cunctis astipulantibus et confirmantibus nominatis atque infra descriptis.

+ Ego Ealdwlf, qui donaui, primum signum sanctae crucis expressi +. Ego Eadelwlf consentio et subscribo +.

XXVIII

EALDWULF DE SUSSEX, vers 791

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Nos quidem praesentis uitae caducam celeritatem considerantes, idcirco unicuique intenta mentis prouidentia cogitandum est ut aliquid pro redemptione animae suae agat quamdiu uixerit in hoc saeculo. Quapropter ego Aldwlfus dux Suth-Saxonum aliquam partem terrae iuris mei. cum consensu et licentia domini mei Offae regis Merciorum, ad aecclesiam sancti Petri quae sita est in uenerabili loco quae dicitur Selesey libenti animo concedens donabo, id est, terram trium tributariorum, Firolalandes, quatinus appellantur hiis nominibus, Peartingawyrth, Wealingawyrth, cum omnibus ad eam iure pertinentibus rebus, campis, siluis, pascuaris, aucupiis. Si quis hanc donationem augere et amplificare uoluerit, augeat deus partem suam in libro uitae; si quis hanc donationem infringere aut minuere ausus sit, sciat se in tremendo die iudicii rationem redditurum coram deo et angelis eius. Huius donationis testes fuerant hii quorum nomina infra notantur.

+ Et ego Aldwlf dux, qui donaui, signum sanctae crucis infixi. + Ego Gislehere episcopus consensi et subscripsi. + Ego Gidheard, Hunreed, Burchard, Beornulf, Osa + omnes isti consentientes scripserunt. Ego Offa rex Merciorum hanc terram siluaticam trium tributarium, secundum petitionem Wehtuni episcopi, signo sanctae crucis confirmo et subscribo + ad aecclesiam sancti Petri apostoli, sicut praenominatum est. Ego Ealdfrid rex consensi et subscripsi.

XXIX

L'ARCHEVÊQUE AETHELHEARD, 798

+ Regnante imperpetuum deo et domino nostro Ihesu Christo ! Ego Aethelhardus larga omnipotentis dei gratia annuente Dorobernensis aecclesiae metropolitanus, cum praestantissimo rege nostro Cenulfo, conuocans uniuersos prouinciales episcopos nostros, duces et abbates et cuiuscunque dignitatis uiros, ad synodale concilium in locum qui nominatur Clouesho, ibi sollicito ab eis scrutinio quaesiuimus qualiter apud eos fides catholica haberetur, et quomodo christiana religio exerceretur. Hiis ita exquisitis, una omnium uoce ita responsum est : Notum sit paternitati tuae, quia sicut primitus a sancta Romana et apostolica sede, beatissimo papa Gregorio dirigente, exarata est, ita credimus ; et quod credimus absque ambiguitate, quantum possumus exercere satagimus. Postquam autem super hiis uberius tractatum est, ita exorsi sumus : Necessarium est, fratres charissimi, aecclesias dei et uenerabiles uiros qui iam multo tempore terrarum dispendio et absumptione cirographorum miserabiliter laborauerant, corrigere. Hiis dictis, prolatae sunt inscriptiones monasterii quod uocatur Coccham in medium, terrarumque sibi adiacentium ; quod uidelicet monasterium, cum omnibus ad illud pertinentibus terris, rex inclytus Merciorum Aethelbaldus aecclesiae saluatoris quae sita est in ciuitate Dorobernia dedit ; utque illius donatio perseuerantior fieret, ex eadem terra cespitem et cunctos libellos praememorati coenobii, per uenerabilem uirum Cuthbertum archiepiscopum misit, et super altare saluatoris pro perpetua sua salute, poni praecepit. Sed post mortem praefati pontificis, easdem inscriptiones Daeiheah et Osbertus, quos idem pontifex alumnos, nutriuit, maligno acti spiritu furati sunt, et Cenulfo regi Occidentalium-Saxonum detulerunt ; at ille, accipiens statim testimonia litterarum, praedictum coenobium cum omnibus ad illud rite pertinentibus suis usibus coaptauit, neglectis praenominati archiepiscopi Cuthberti dictis et factis. Item, Bregwinus et Ianbertus archiepiscopi per singulas synodus suas, questi sunt de iniuria aecclesiae saluatoris illata ; et apud Cenulfum regem Occidentalium-Saxonum, et apud Offam regem Merciorum qui uidelicet saepeme-

moratum coenobium Coccham et alias urbes quamplurimas Cenulfo rege abstulit, et imperio Merciorum subegit. Tandem Cenulfus rex sera ductus poenitentia, telligraphia, id est, libellos quos a supradictis hominibus Daciheh et Osberto iniuste perceperat, cum magna pecunia, aecclesiae Christi in Doroberniam remisit, humillime rogans ne sub tantae authoritatis anathemate periclitaretur. Verum rex Offa praememoratum coenobium Coccham, sicut sine litteris accepit, ita quanto tempore uixit, detinuit, et absque litterarum testimonio suis post se haeredibus reliquit. Secundo autem anno regni Cenulfi facta est synodus sicut supra est praelibatum apud Clouesho; at ego Aethelhardus gratia dei Dorobernensis archiepiscopus, et Cuba primicherius mecum, et multi alii ex illa aecclesia Christi sapientes, libellos praefati coenobii Coccham, in concilium detulimus; cumque coram synodo relicti fuissent, omnium uoce decretum est iustum esse ut metropolis aecclesia saepepraefatum coenobium Coccham, cuius inscriptiones in suo gremio habebat, perciperet, quo sub tanto tempore tam iniuste spoliata fuerat. Tunc autem placuit mihi Aethelhardo dei gratia archisacerdoti et Cynethrythae abbatissae quae eodem tempore saepedicto coenobio praefuit, ac senioribus ex utralibet parte, Cantia scilicet et Bedeforde, ad hoc ibidem congregatis, quatenus ipsa Cynethritha in regione Cantia daret mihi pro commutatione saepe-praefati coenobii, terram centum et decem manentium, sexaginta cassatorum uidelicet in loco qui dicitur Fleote, et triginta in loco qui dicitur Teneham, in tertio quoque loco ubi dicitur Creges aewylma, uiginti. Quas scilicet terras olim rex Offa sibi uiuenti conscribere fecit, suisque haeredibus post eum; et post eorum cursum uitae, aecclesiae quae sita est apud Beodeford consignari praecepit. Hoc etiam coram omni synodo elegimus; ut ipsa abbatissa a me percipiet saepe-nominatum coenobium cum suis inscriptionibus; et ergo terras et libellos terrarum illarum quas mihi in Cantia reddit, ab ea acciperem, quatenus nulla imposterum inter nos haeredesque nostros et Offae regis surgat controuersia, sed quod sub tam nobilis synodi testimonio inter nos confirmatum est indirupto foedere seruetur imperpetuum. Ego quoque Aethelhardus archiepiscopus concedo Cynithritae abbatissae monasterium quod situm est in loco qui dicitur Pectanege ad habendum, quod mihi rex pius Egfridus haereditario iure possidendum donauit atque conscripsit.

XXX

COENUULF DE MERCIA, 799

+ In nomine redemptoris mundi ! Ego Coenulf gratia dei rex Merciorum, Aethelhardo archiepiscopo nostro rogante, terram quadraginta quatuor aratrorum ad metropolitanam saluatoris aecclesiam spe futurae compensationis reddo, ubi ita nominantur at Charing triginta aratrorum, at Selebertes chert siue Bryningland decem, quas uidelicet terras olim rex Ecgebertus magnarum recompensatione gratiarum ad praenominatam perdonauit aecclesiam ; item, quatuor aratrorum ubi dicitur Humbinglond on Bioraham, quam etenim terram praefatus Ecgbertus suo ministro nomine Aldhun tradidit : at ille, ultra mare tendens, suum dederat agrum praedictum familiae quae morabatur ad aecclesiam saluatoris, sibimet ipsis in ius proprium et in dominium communibus necessitatibus ad habendum et fruendum foeliciter in domino . Sed harum postmodum possessiones terrarum Offa rex et decus Britanniae immutauit, suisque distribuit ministris, dicens iniustum esse quod minister eius praesumpserit terram sibi a domino distributam absque eius testimonio in alterius potestatem dare. Sed modo tamen ego rex Coenulfus rogatu praefati pontificis, consentientibus omnibus episcopis ac principibus nostris, earundem terrarum possessionem pro mea perpetua salute, et pace et uictoria amicissimae Merciorum plebis, necnon et erogatione pecuniae, cuius aestimatio centum tenet mancusas, eodem modo et eadem conditione siue aecclesiam Christi seu etiam illa quatuor aratra aet Burne congregationi et familiae Dorouernensis aecclesiae in ius proprium ad habendum perpetuo donabo, sicut ante fuit constitutum et condonatum sub Ecgberhto rege : et hanc donationem meam sub illustrium testimonio uirorum ut ita permaneat sanctae crucis sigillo confirmo. Facta est haec donatio anno dominicae incarnationis septingentesimo nonagesimo nono, in uico regio aet Tomeworthige, qui est tertius annus imperii nostri, indictione uero .VII.

+ Ego Cenuulf rex testis donabo et subscribo. + Ego Hygberht archiepiscopus consensi et scribo. + Ego Adelhard archiepiscopus testis subscribo. + Ego Unwona episcopus subscribo. + Ego Cyne-

bertus episcopus subscribo. + Ego Tidberht episcopus subscribo. + Ego Eaduulf episcopus subscribo. + Ego Alcheard episcopus subscribo. + Ego Heathored episcopus subscribo. + Ego Utel episcopus subscribo. + Ego Weothum episcopus subscribo. + Ego Headberht episcopus subscribo. + Ego Alhmund abbas. + Ego Beonna abbas. + Ego Forthred abbas. + Ego Wigmund abbas. Hii uenerabiles testes consenserunt et conscripserunt. Nomina principum qui hoc consentientes signum manus imposuerunt. + Brorda princeps. + [Esne] princeps. + Aethelmund dux. + Hunbeorht dux. + Heardberht dux. + Ceolmund dux. + Eadgar dux. + Wiga dux. + Beornoth dux. + Heardberht dux. + Cuthred dux. + Lullyng dux.

XXXI

COENUULF DE MERCIA, 799

+ Anno dominicae incarnationis .DCC.XCIX. Ego Cenewlfus rex, uenerabili archiepiscopo Aethelardo et primate totius Britanniae rogante, reddo aecclesiae Christi quae est in Dorobernia quasdam terras quas olim rex Offa eidem aecclesiae ablatas suis contulit ministris, quarum nomina haec sunt, Cerringes, Selebertesceart, Brinningland, et Burnam in parte occidentali Berham. Has, ut praefatus sum, terras pro perpetua salute animae meae, rogatu praenominati pontificis, consentientibusque episcopis et principibus meis, reddo liberas ab omni saeculari seruitio et tributo regali; et hanc meam donationem ut inuiolata permaneat, sigillo sanctae crucis confirmo. Si quis dehinc easdem terras a iure praefatae aecclesiae amouerit, ex parte omnipotentis dei, et omnium sanctorum, et nostra, scilicet totius concilii in quo hic in nomine domini congregati sumus, excommunicetur, et adeo cum diabolo in infernum deputetur, nisi hante mortem deo et eidem aecclesiae Christi in Doroberna ciuitate satisfaciat.

XXXII

COENUULF DE MERCIA, 801

Anno dominicae incarnationis .DCC.XCII. Ego Coenuulfus rex rogatu uenerabilis archiepiscopi nostri Aethelardi do uicario munere terram duodecim aratrorum ubi dicitur Tenham, ad metropolitanam saluatoris aecclesiam. Hanc autem munificentiam ob id maxime reddo quia idem archiepiscopus, gratia recompensationis, terram duodecim aratrorum mihi dedit in loco ubi dicitur Craegesaeuuilma, quam uidelicet terram Offa rex olim dedit cuidam comiti suo nomine Ufa. Hanc itaque donationem meam ego rex Cenulfus liberam aecclesiae Christi concedo ab omni saeculari grauitate, exceptis expeditione, pontis et arcis constructione. Huic donationi nostrae qui obuiare praesumpserit cum hoedis a sinistra Christi in die iudicii inueniatur.

XXXIII

COENUULF DE MERCIA, 801.

+ Anno dominicae incarnationis .DCCC.I. regni uero Coenulphi regis Merciorum anno quinto, orta est aliqua dissensio inter Coenulphum et Wethunum episcopum Australium-Saxonum de terra illius praedicti episcopi, id est, in Denton .XXV. Dicebat rex ut rectius attingere deberet ad monasterium in Beadyngham ; dicebat episcopus quod eius antecessoribus dudum datum fuerat ad aecclesiam quae est in Selesegh. Cogitabat rex eum in aliqua parte suae haereditatis dispoliare, nisi episcopus praedictae prouinciae Wethun cum testimonio ac uerbis canonicis regem resipisceret, ac perniciosam meditationem regalis potentiae mitigaret, et humili supplicatione poposcit ut eum insontem innocentemque non condemnasset, neque depriuasset haereditati aecclesiae. Tunc rex uerbis legalibus episcopo promendo consentiens, concessitque episcopo ut ad propria cum cedula remeasset, ibidemque sine ullo conflictu sempiternaliter

cum suis successoribus mansisset. Et hoc coram omni synodo at Celchithe ascribere demandauit, ut nullus successorum eius eum in aliquo molestet uel aecclesiam agitaret sub hoc testimonio quorum nomina caraxata esse uidentur.

Ego Coenulf rex Merciorum hoc consensi et subscripsi +. Signum manus Hugberti episcopi +. Signum manus Aethilhardi archiepiscopi + Signum manus Ealdwlfi [episcopi] +. Signum manus Cunberhti episcopi +. Signum manus Uiberti episcopi +. Signum manus Deneberti episcopi +. Signum manus Wlfhardi episcopi +. Signum manus Eadwlfi episcopi +.

XXXIV

COENUULF DE MERCIA, 809

+ Anno dominicae incarnationis .DCCC.IX. Ego Cenulfus rex Cantiae concedo Wlfredo archiepiscopo dilecto mihi terram iuris mei septem aratrorum quae dicitur Bereham, pro eius competenti pecunia, id est triginta libris denariorum. Item id alio loco in Cantia dedi eidem uenerabili uiro ad opus praefatae Christi aecclesiae et monachorum ibidem deo seruientium terram uigenti quinque iugerum nomine Ilbbinctun liberas ab omnibus saecularibus anxietatibus, exceptis communi expeditione, pontis et arcis constructione.

XXXV

L'ARCHEVÊQUE WULFRED, 811.

+ Anno dominicae incarnationis .DCCC.XI. Wulfredus archiepiscopus emit a Cenulfo rege has terras ad opus aecclesiae Christi in Dorobernia, Grauanea, Casincburnan, et Elmanstede; et in alio loco terram duorum aratrorum quae dicitur Suuithuningland iuxta Grauanea; item in alio loco terram quae nominatur Appingland. In marasco quoque terram unius aratri inter haec quatuor confinia, ab oriente Aelmart, ab austro Bethlinghope in palude, ab occidente terra regis,

ab aquilone Klothamespynd, cum undique legitimis limitibus rite ad eas pertinentibus, campis, siluis, pratis, pascuis paludibus, litoribus, liberas ab omni saeculari seruitute, exceptis expeditione, pontis et arcis constructione. Ego etiam Cenulf rex, pro reuerentia et dilectone eiusdem archiepiscopi Wlfredi, aecclesiae Christi in Dorobernia infra moenia urbis in australi parte praefatae aecclesiae duas dono mansiones et dimidiam quod Angli dicunt thriddahialf haga, et duo prata in orientali parte fluminis Sture sita. Hanc meam largifluam munificentiam quisquis uiolare praesumpserit, disperdat illum deus, et memoria eius non requiretur a generatione in generationem.

XXXVI

ECGBERHT DE WESSEX, 824

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo ! Mundi huius labentibus properanter temporibus regnat, functi cum regibus uelocissimo transeuntibus cursu licet stare firmiter a priori statu cito labi nullo sapiente ignotum est, et gaudia hic fallentis uitae desiderantur ! Quapropter ego Ecgberhtus Occidentalium-Saxonum rex, largiflua dei et dapsili manu, aliquam terrae partem pro remedio animae meae atque expiatione priscorum scelerum meorum, Wlfheardo praefecto meo satis benigno animo, meis episcopis seu consiliariis consentientibus, largitus suum, quod est iuxta amnem ubi incolae appellant Meone; mea est autem terra illa ex utraque parte fluminis iuxta aestimationem incolarum in modum .XXII^orum^. manentium, cum omnibus ad se pertinentibus, piscariis, campis, pratis et siluis ; liberamque habeat ditionem habendi, donandi, uendendi, communicendi, uel relinquendi cuicumque uoluerit haeredi. Est autem ager ille his terminis circumdata... Scripta est enim haec scedula in loco celebri ubi dicitur Acleah. Anno dominicae incarnationis .DCCC.XXIIII. indictione .II. anno Ecgberti regis .XXIII. sub testimonio optimatum suorum ac principum gentis Saxoniae necnon episcoporum quorum nomina subter adnexa notantur.

+ Ego Ecgbertus diuina ordinante gratia Occidentalium[-Saxonum] rex hanc meam donationem signo dominico in solium domino roborando confirmo. + Ego Wigthegnus episcopus ciuitatis Wen-

tanae consentiendo confirmandoque subscribo. + Ego Aelfstanus electus in episcopatum Scireburnensis aecclesiae consensi et subscripsi. + Signum manus Byrhtelm praefecti. + Signum manus Burhheardi praefecti. + Signum manus Wlfheardi praefecti. + Signum manus Hunes praefecti. + Signum manus Hiotomannes praefecti.

XXXVII

L'ARCHEVÊQUE WULFRED, 824

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris mundi ! Ea quae secundum decreta canonum salubriter difiniuntur tamen in obscerta futuris temporibus uarietate filissimis scripturis ad memoriam sunt confirmanda. Placuit itaque Wolfredo archiepiscopo eiusque familiae, quae sita est in ciuitate Dorobernia, aliquam uicissitudinem terrarum inter se habere, quia commodum ex utraque parte esse perspexerunt communi concilo, daturus episcopus sui proprii iuris terram quinque aratrorum ubi nominatur Agcthorne et Langedune cum omnibus usibus ad se rite pertinentibus, et eadem libertate quam ante habuerat, ad aecclesiam Christi in propriam potestatem et in perpetuam possessionem. Pari modo praedicta familia dederat praenominato episcopo simili comparatione terram duorum ubi dicitur Bereham et Suthberbtingeland cum omnibus usibus ad eam rite pertinentibus, et in se habentibus, cum eadem libertate quam in antiqua cartula cernentibus adscripta dinoscitur, ad habendum, possidendum, uel etiam post se cuicunque placuerit derelinquendum, in perpetuam possessionem. Tamen huic conditioni inter nos compositae, sid aliud ab aliquo subtrahitur secundum normam aequitatis, aletri innocenti altercatione sui proprii iuris condonetur ad imperium tam liberum sicut prius acceptum fuerat. Si quis interrogat quare primitiuis cyrographis incisse noluerunt, scito quod in eis multorum agrorum numeri congregentur, pro qua etiam causa nil magis appetere desiderantes sed cum propriis haereditatum libellis seruanda fieri cautius consiliantes. Hii sunt termini illorum agrorum etc. Si quis autem hanc uicissitudinem uisus fuerit seruare, seruetur ei aeterna beatitudo ; si aliter, quod non optamus, tyrannica fraude deceptus, infringere temp-

tauerit, sciat se esse dampnatum et a participatione regni coelestis separatum, nisi ante satisfactione emendauerit. Acta est haec reconciliato anno dominicae incarnationis .DCCC.XXIIII. indictione secunda, die .X. kalendas Augusti, in ciuitate Dorobernia cum consensu totius familiae, uel etiam hoc ipsum seniorum manibus signaculo crucis Christi firmantes quorum nomina subter annotantur. + Ego Wolfredus gratia dei archiepiscopus hanc praedictam reconciliationem consentiendo subscribo. Omnes etiam seniores acclesiae Christi Cantuariae huic scripto signa sua apposuerunt, et plures alii.

XXXVIII

ECGBERHT DE WESSEX, 825

+ In nomine domini nostri et saluatoris Ihesu Christi ! Ego Ecgberhtus, regali fretus dignitate, de terra quam praecessores mei atque propinqui iure michi haereditario possidendam reliquerunt, aliquam portionem terrae monasterio sanctorum apostolorum Petri et Pauli pro remedio animae meae perpetualiter impendere largitus sum, in modum uidelicet ut autumo .V. cassatorum in loco qui appellatur aet Worthige. Hanc meam uero donationem hac conditione roborans confirmo, ut ipse locus habeat sub proprio dominio hanc terram cum montanis ac siluis pratisque et campis siluestreis adiunctis apud antiquitatis statuta ad eam pertinentibus; adhuc etiam et ego praefatus rex [uolens] augere amplificareque elemosinam pro amore dei fidelique seruitio praedicti monasterii, terrae praefatae aet Worthige omnium saecularium grauitudinum necnon et cunctarum in modico et in magno mundialium seruitutum libertatem concedo, excepto expeditione, et pontis factione, quod omni plebi commune est. Hic sunt termini terrae... Si quis hanc meam donationem augere et multiplicare uoluerit, augeat deus bona illius hic et in futuro ; si uero quis hoc frangere uel mutare praesumpserit, sciat se coram Christo et omnibus sanctis in die iudicii rationem redditurum, nisi satisfactione ante emendauerit. Principium autem huius scedulae scriptum est in hoste quando Ecgbertus rex Geuuissorum mouit contra Brittones ubi dicitur Creodan treow ; anno dominicae incarnationis .DCCC.XXV. indictione .III. .XIIII. kalendas Sep-

tembris, sub testimonio episcoporum ac procerum suorum quorum nomina in fronte huius cartulae ascripta leguntur : deinde istius agelluli priuilegii syngrapha caraxata est in Omtune .VII. kalendas Ianuarias.

+ Ego Ecgberchtus hanc meam donationem signo almae crucis Christi proprio manu confirmo. + Signum manus Ealhstani episcopi. + Signum manus Monede praefecti. + Signum manus Burheard praefecti. + Signum manus Witheard praefecti.

XXXIX

L'ARCHEVÊQUE WULFRED, 825

+ In nomine domini ! Anno ab incarnatione Christi .DCCC.XXV. indictione tertia, anno secundo regni Beornulfi regis Merciorum, synodus fuit ad Clobe[s]ham, praesidente archiepiscopo Wulfredo ; post mortem uero Coenulfi regis Merciorum multae discordiae et innumerabiles dissonanciae extollebantur contra uniuscuiusque principalium personarum, regum et episcoporum, et pastorum aecclesiarum dei, erga plurima saecularia negotia ; ita ut multum dispoliatae fuerant per loca diuersa aecclesiae Christi in rebus, in terris, in tributo, in omnibus causis . . . . . .
ea episcopus Australium-Saxonum Coenredus fuerat spoliatus de aliqua parte terrae illius .XXV. aecclesiae quae uocitatur Deanton, quod Plegheard abbas dudum tradidit ad sedem episcopalem quae est in Selesegh, cum corpore suo, quod ei rex Offa ante condonauerat et conscripserat de haereditate aecclesiae Bedingehommes, quam ipse sibi adquisierat in haereditatem propriam. Tunc in praefata synodo iudicatum est ut ille episcopus, cum consensu et unanim[i] consilio episcoporum et abbatum seu principum, in ius proprium aecclesiae haereditatem sine ullo obstaculo accipiat ; sicut et ante prius at Caelchythe iudicatum est inter Coenulfum regem et Wehthunum de eiusdem terrae assumptione, coram archiepiscopo Aethilheardo, tertio anno Cenulfi regis. Est haec acta sunt coram omni consilio at Clobeshom, cum consensu et licentia regis et principum et archiepiscoporum, quorum nomina infra annotantur, et

cum signo sanctae crucis Christi impresserunt et confirmauerunt.

Ego Wulfredus archiepiscopus signum saluatoris pro ampliori firmitate conscribo et confirmo has testimoniae causas +. Aethelwal[d] episcopus +. Ceobberht episcopus +. Reduuin episcopus +. Eathberht episcopus +. Eadulf episcopus +. Wihtred abbas +. Syred dux +. Eadwlf dux +. Eadberht dux +. Ealhstan +. Ealdred +. Eadbald +. Si quis uero, quod absit, hanc munificentiam frangere temptauerit, sciat se anathematizatum [et] ab omni synodali societate separatum, nisi ante satisfactione deo et hominibus emendauerit.

XL

ECGBERHT DE VESSEX, 825

+ Ueteris ac noui testamenti pandit auctoritas quod prouida saluatoris et domini nostri Ihesu Christi dispensatio omnes sanctos suos ad uitam aeternam, praeordinatos ante mundi constitutionem, elegit, ex quibus uniuersali aecclesiae quam sanguine suo redemit duo luminaria praeposuit, beatum uidelicet apostolorum principem Petrum et coapostolum eius Paulum, quibus specialiter in coelo et in terra ligandi soluendique potestatem concessit, ut fideles quosque pro bonorum operum meritis in aeterna tabernacula recipiant ; infideles autem et ueritatis aduersarios ab ingressu regni coelestis, solo sermone, repellant. Quapropter ego Egcberctus, regali fretus dignitate, cupio fidelis inter fideles inueniri, et fidelium particeps in regno coelorum, tantis apostolis intercedentibus, effici desiderans, omnipotenti deo perpetualiter concedo quandam portionem de terra quam praedecessores mei atque propinqui iure haeditario michi possidendam reliquerunt, scilicet quindecim manentium in loco qui solito ab incolis Aeweltune appellatur, et hanc portionem largior ad uetus monasterium in loco qui solito ab incolis Aeweltune appellatur, et hanc portionem largior ad uetus monasterium et ad aecclesiam eorundem beatorum apostolorum Petri et Pauli in Wintonia ciuitate ad usum familiae quae pro tocius christiani populi salute Christo inibi deuota deseruit. Hanc quippe tellurem fidelissimus quidam praefectorum meorum uocabulo Burhghardus olim me

donante possedit, sed ille postmodum sine liberis defunctus eandem terram sine haereditaria sententia nemine sibi superstite existente dereliquit, sicque tellus ipsa cum omnibus finibus eius, optimatum meorum decreto adiudicante, michi, qui eam antea possedi, restituta est. Ego autem leuaui oculos meos et manus meas ad deum excelsum, creatorem ac possessorem coeli et terrae, et memor beneficiorium quae michi larga mamu conferre dignatus est, eandem terram pro eius amore et pro meae animae omniumque successorum meorum aeterna redemptione praedicto ueteri monasterio iure perpetuo possidendam concessi. Hanc quoque meam donationem, suggerente et optinente Wigthegno episcopo, hac conditione roborans confirmo, ut nullus saecularium hominum praefatam terram inuadere praesumat, nec adiacentes eiusdem telluris agellulos fraudulenter inuadendo subripiat, sed quandiu saeculi transeuntis orbita uoluisur sit ipsa tellus sub dominio ueteris monasterii, cum montanis ac siluis pratisque et campis adiunctis omnibus, iuxta antiquitatis statuta ad eam pertinentibus ; adhuc etiam ego praefatus rex augere et multiplicare curaui elemosinam hanc pro amore dei et apostolorum eius quorum linguae claues coeli factae sunt, ideoque terrae praefatae omnium saecularium grauitudinum necnon et omnium in modico et in magno mundanarum seruitutum libertatem concedo, excepto quod omni populo commune est, expeditione scilicet, pontis arcisque restauratione. Si quis autem hanc donationem meam augere et amplificare uoluerit, augeat omnipotens deus partem illius in libro uitae ; si quis uero dempserit, sciat se dampnandum in tremendo examine, simul et rationem redditurum in die iudicii coram deo et angelis suis, omnibusque sanctis. Hi sunt termini .xv. manentium ad Aultune pertinentium... Principium autem huius scedulae scriptum est quando Egcbergtus rex exercitum Gewissorum mouit contra Brettones ubi dicitur Criodantreow, anno dominicae incarnationis .DCCC XXV. indictione III. .XIIII. calendas Septembris, sub testimonio episcoporum ac procerum suorum quorum nomina in superficie huius cartulae ascripta inferius leguntur : deinde istius agelluli priuilegii syngrapha caraxatum est in Homtune .VII. calendas Ianuarias, quando natalem sancti Stephani protomartyris celebramus, die secunda dominicae incarnationis ; praesidente Ecgberto rege una cum praedicto episcopo Wigthegno caeterisque consiliariis quorum nomina subter adnexa notantur. Acta sunt haec omnia anno dominicae incarnationis .DCCCXXVI.

indictione .III. anno Ecgbergti regis .XXIIII. ducatus autem sui .XIIII. Haec sunt nomina qui consentientes fuerunt huius priuilegii testimonio.

+ Ego Ecbbertus rex hanc meam donationem et libertatem praefatae terrae signo almae crucis domini nostri Ihesu Christi roborando propria manu corroboro et corroborando iterum atque iterum signaculo crucis Christi confirmo. + Signum manus Wigthegni episcopi. + Signum manus Alcstani episcopi. + Signum manus Hereferthi episcopi. + Signum manus Burghardi ducis. + Signum manus Wlfhardi ducis. + Signum manus Monnede praefecti. + Signum manus Burhardes praefecti. + Signum manus Hunes praefecti. + Signum manus Wethelmes praefecti. + Signum manus uniuersorum optimatum regis Ecbberti hoc confirmauerunt.

XLI

ECGBERHT DE WESSEX, 826

+ In nomine domini nostri et saluatoris Ihesu Christi ! Ego Ecgbertus, regali fretus dignitate, de terra quam processores mei atque propinqui iure michi haereditario possidendam reliquerunt, aliquam portionem terrae monasterio apostolorum Petri et Pauli perpetualiter impendere largitus sum, in modum uidelicet ut autumo .XX. manentium ubi incolae appellant Drocenesforda, pro redemptione animae meae et omnium parentum meorum. Hanc uero donationem hac conditione roborans confirmo, ut ipse locus habeat sub proprio dominio hanc terram, cum montanis ac siluis, pratisque, et campis siluestreis adiunctis, apud antiquitatis statuta ad eam pertinentibus. Adhuc etiam et ego praefatus rex [uolens] augere amplificareque elemosinam pro amore dei fidelique seruitio praedicti monasterii, terrae praefatae aet Drocenesforda omnium saecularium grauitudinum necnon et cunctarum in modico et in magno mundialium seruitutum libertatem concedo, excepto expeditione, et pontis factione, quod omni plebi commune est... Si quis autem hanc donationem meam augere et amplificare noluerit, augeat deus partem illius in libro uitae ; si quis uero dempserit, sciat se in tremendo examine rationem reddere in die iudicii coram deo et

angelis suis omnibusque sanctis. Scripta est autem haec donationis cartula anno dominicae incarnationis .DCCC.XXVI. indictione .IIII. anno Ecgberti regis .XXIIII. ducatus sui anno .XIIII. in loco qui appellatur in Omtune, istis testibus consentientibus quorum nomina infra scripta uidentur esse.

+ Ego Ecgbertus rex libertatem praefatae terrae cum signo sanctae crucis hanc donationem meam confirmo. + Ego Wulfhelm Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphalem trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Wigthegn episcopus. + Ego Herefaerth episcopus. + Ego Wulfhun episcopus. + Ego Oda episcopus. + Ego Wulfhelm episcopus. + Ego Burhric episcopus. + Ego Aethelgar episcopus. + Ego Burhardi dux. + Ego Wlfhardi dux. + Ego Aelfhaere dux. + Ego Wulfgar dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Uthred dux. + Ego Oda dux. + Ego Alhstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Monnedes minister. + Ego Hunes minister. + Ego Wehhelm minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Witgar minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfmer minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Ordeah minister. + Ego Sigulf minister. + Ego Eadric minister. + Ego Ealhhelm minister.

XXII

ECGBERHT DE VESSEX

+ Domino nostro Ihesu Christo imperpetuum regnante, cui cuncta iure famulantur elementa mundi ! Omnibus, ut reor, luce clarius mortalibus patet quod digne gloria paruipendenda est mundi, quia decidit ut flos foeni. Quapropter ego Ecgbyrht largiflua summi tonantis annuente clementia regali fretus dignitate, quandam ruris partem .XL. scilicet mansas in loco qui ab incolis huius patriae Alresford nuncupatur, cum omnibus ad se rite pertinentibus, pra-

tis, siluis, pascuisque, sicut praedecessor meus Cynewalc, diuino scilicet adtactus instinctu, iamdudum concessit aecclesiae quae Wintoniae in almae trinitatis ueraeque unitatis honore necnon et apostolorum Petri Paulique consecrata consistit, pro meorum expiatione facinorum libens perpetualiter restituo. Hanc donationem cum omnium mei temporis consensu procerum tali curaui renouare assertione, ut nulla meorum persona successorum diabolicae astu calliditatis insollescens eam unquam in aliud transferre praesumat. Sit hoc praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo solutum, tribus exceptis, expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem augere uoluerit, ei in plura in praesenti uita adiicientur bona; minuentem uero terra uiuum dehiscat, atque eius anima pro tanti commisso criminis reatu cum Iuda Christi proditore perpetuas sine fine luat poenas, nisi hic digna satisfactione emendauerit quod contra almam trinitatem ueramque unitatem temere deliquit....

+ Ego Ecgbyrhtus rex hanc meam donationem signo almae crucis Christi corroborando propria manu confirmo. + Signum manus propriae Uuigthegni episcopi. + Signum manus Ealhstani episcopi. + Signum manus Hereferthi episcopi. + Signum manus Hunes praefecti. + Signum manus Monnede praefecti. + Signum manus Burghardi praefecti. + Signum manus Uulfhardi praefecti. + Signum manus Wehelmes praefecti.

XLIII

L'ARCHEVÊQUE CEOLNOTH, 831

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Sermo sine serris scripturarum difficile seruatur, et cogitatio incalcabilis absque litterarum calculis, sed omne quod obliuione traditur memoria labitur. Ideo ergo prudentes et sapientes quique eorum uerba et cogitationes et actus bonae memoriae in membranae cedulis literarum notis, prouidae mentis sagacitate, curiose commendare solent, ne uenturis progeniarum posteris in aliquam praecedentium diffinicionum obliuionis causam uel in superbae praesumptionis disceptationem erumpere ualerent. Qua de re ego Ceolnothus gratia dei

archiepiscopus dabo et concedo meae fideli familiae in Dorobernia ciuitate aliquam partem terrae iuris mei in prouincia Kantiae, hoc est duo aratra in loco qui uocatur Langedune notissimisque terminis circumiacentibus, illis concedendo donamus ad habenda et possidenda foeliciter et in dies eorum perfruenda, liberam per omnia habeant potestatem quamdiu christiana fides in terra seruatur, aeternaliter libera permaneat. Hoc ipsumque omnibus successoribus meis obseruare praecipimus ; et qui uoluerit hoc seruare, seruetur illi sempiterna dei omnipotentis benedictio hic et in futuro. Si uero, quod non optamus, aliquis homo diabolica temeritate ausus surrexerit, qui hanc nostram donationem confringere uel in aliud conuertere quam a nobis constitutum est, sciat se ante tribunal aeterni iudicis rationem esse redditurum, nisi ante digna satisfactione deo et hominibus emendare uoluerit, manente hac cartula in sua nihilominus firmitate roborata ; hiis testibus consentientibus et signo sanctae crucis Christi confirmantibus quorum nomina hic infra in cedula caraxantur. + Ego Ceolnothus gratia dei archiepiscopus hanc donationem meam cum signo sanctae crucis Christi roboraui et subscripsi ; omnes etiam clerici, archiepiscopi, et omnes seniores aecclesiae Christi Cantuariensis subscripserunt.

XLIV

AETHELUULF DE KENT, 832

+ In nomine dei summi regis aeterni ! Ego Aethelwolf gratia dei rex Kanciae hanc donationem quam michi pater meus Egberhtus rex Occidentalium-Saxonum libenti animo tradendo donabat, cum consilio et licentia eius istis terriculis multiplicando augebo quorum hic nomina infra tenentur, hoc est Langham, Blakeburneham, Plegwingham, Ofneham, ōthare sūthere, side, thannem west on brōk, campum et siluam ad perfruendum in communi pastura, centum uiginti porcis et quinquaginta armentis in Illiossole et Aegelbertinherst quorum sunt termini a Bosehamburne in occidentem super campum usque in paludem ; sic etiam communionem in siluis, scilicet, in Estercogheringdenne et Hyringdenne togeddere liggende ; in Dorobernia etiam ciuitate unam uillam donabo ad quam

pertinet quinque iugera terrae et duo prata, quorum unum est in loco qui dicitur Shettinge et aliud at Taningtune, et communionem siluae ad operandum sicut alii homines in consimili terra. Ego Aethelwolf rex hanc supradictam nostram donationem cum campis, siluis, paludibus, pratis, pascuis, piscationibus, omnibusque utilitatibus ad eam pertinentibus liberabo ab omnibus saecularium difficultatum seruitutibus regum, principum, praefectorum, exactorum, perpetualiter liberata permaneat, sicut in suprascripta donatione confirmata principaliter cum idoneis testibus uexillo sanctae crucis Christi confirmatur. Has enim praenominatas ac suprascriptas donationes nostras deo omnipotenti ad laudem et gloriam seu etiam pro expiatione piaculorum nostrorum in perpetuam possessionem post dies nostros perpetualiter liberatum, sicut ante praedictum est, concedendo donamus, ut laus dei a congregatione illa intercessioque animarum nostrarum omniumque amicorum nostrorum in illo loco incessanter, quamdiu christiana fides permaneat, cotidie erigatur. Hanc eandem donationem cum signo sanctae crucis Christi confirmaui, hiis testibus consentientibus quorum hic nomina infra in cedula adscripta continuentur.

+ Ego Aethelwolf gratia di rex hanc meam donationem cum signo sanctae crucis Christi confirmo et subscribo. + Ego Ceolnoth gratia dei archiepiscopus hanc donationem confirmo. + Ego Dudda dux consensi. Omnes etiam seniores Cantuariensis aecclesiae subscripserunt, et plures alii.

XLV

AETHELWULF DE KENT, 832

+ Anno dominicae incarnationis .DCCC.XXXII. ego rex Athulfus instinctu dei et Ceolnothi archiepiscopi concedo aecclesiae Christi in Dorobernia ad opus monachorum has terras, Ebbanea, Deiferthesea, Mistanham, Langeburnam, Blaceburnanham, Pleguuiningham, Ofneham, cum campis, siluis, pratis, pastum quoque .CXX. porcorum in siluam quae uocatur Aegelbyrhtingahyrst, et siluam quae uocatur Aegelbyrhtingahyrst, et siluam quae uocatur Hostringedenne, et unam uillam iuxta ciuitatem Cantiae, nomine Bertun, ad

quam pertinent .v. iugera et duo prata, unum apud Scitinga, aliud apud Tanningtune. Hanc donationem ego rex Aetheluulfus Christo concedo liberam ab omni saeculari seruitio exceptis expeditione pontis et arcis constructione.

XLVI

ECGBERHT DE WESSEX, 838

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Omnia statuta priorum praedecessorum nostrorum apicibus litterarum commodata sunt, ne inposterum obliuioni tradita ignorentur. Quapropter ego Egberht gratia dei Occidentalium-Saxonum rex hoc innotescere curaui, quod aliquantulam terrae partem meae propriae haereditatis in Uecta insula, hoc est haec Scealdan fleote .XL. habens cassatos, cum consilio et testimonio optimatum meorum pro spe aeternae remunerationis et criminum absolutione, ad sedem episcopalem Wintancestrensis aecclesiae ad possessionem perpetuam libenter largitus sum, ea tamen conditione interposita, ut haec praenominata donatio firma permaneat, quod Aethelwulfus filius meus semper inposterum stabilem inconcussamque amicitiam ab illo episcopo Eadhuno et eiusdem congregatione praedictae aecclesiae habeat, et ab omnibus successoribus eius hoc idem patrocinium ac protectionem illius sedis ipse et haereditas nostra nostrique haeredes, quicunque dei uoluntatis fuerit quod illi sint, in omnibus necessitatibus nostris, absque omni dubitatione, spontaneum paratumque amicabili amore inueniant. Si autem aliquis, quod absit, huius praescriptae sedis dignitate praeditus contra illum et haereditatem nostram nostrosque haeredes inimicali quaestione in aliqua re proeliatur, permutuat hanc donationem et reddat ad haereditatem nostram; quatinus quicunque eam sub potestate dominationis habeat defensionem atque tuitionem a cuicunque homini prout inuenire ualeat cum hanc praenominata terra compareat et requirat; duasque scripturas per omnia consimiles huius reconciliationis conscribere statuimus, alteram habeat episcopus cum telligraphis aecclesiae, alteram Egberht et Aetheluulf reges cum haereditatis eorum scripturis. Actum est autem [anno] dominicae incarnationis

.DCCC°XXX°VIII°. his testibus consentientibus qui hanc nostram reconciliationem cum signo sanctae crucis Christi confirmantes subscripserunt in illo famoso loco qui appellatur Cingestun in regione Suthreie.

+ Ego Celnoth gratia dei archiepiscopus hanc reconciliationem et istam confirmationem cum signo sanctae crucis Christi roboraui et subscripsi. + Ego Egberht rex consensi et subscripsi. + Ego Aethewulfus rex consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi. + Ego Beornmod episcopus confirmaui. + Ego Eadhun episcopus. + Ego Cynred episcopus conscripsi. + Ego Elmstan episcopus non renui. + Ego Swithhunus diaconus corroboraui.

Anno ab incarnatione domini .DCCC.XXXIX. primo uidelicet anno regni Aethelwulfi regis post obitum patris sui factum est uenerabile conciliabulum omnium episcoporum qui erant in australi parte fluminis Humbre in loco qui dicitur Uetustissimus, ibique pro firma stabililitate haec eadem scedula adducta est et cum signo sanctae crucis Christi ab his testibus roborata quorum nomina subter praenotata cernentibus clare patescunt.

+ Ego Ceolnoth gratia dei archiepiscopus hanc reconciliationem iterato uice confirmans signum sanctae crucis exaraui et in nomine sanctae trinitatis omnibus fidelibus obseruandum praecipio. + Ego Helmstanus episcopus non renui. + Ego Helstanus episcopus consensi. + Ego Humbertus episcopus. + Ego Swithunus episcopus. + Ego Ceolberhtus episcopus. + Ego Cuthulfus episcopus. + Ego Humbertus episcopus.

XLVII

AETHELUULF DE WESSEX, 844

+ Regnante domino nostro in perpetuum ! Dum in nostris temporibus bellorum incendiis et direptione opum nostrarum, necnon et uastantium crudelissima depraedatione hostium barbarorum, paganarumque gentium multiplici tribulatione affligencium usque ad internecionem, tempora cernimus incumbere periculosa : Quamobrem ego Aethelwlfus rex Occidentalium Saxonum cum consilio

episcoporum ac principum meorum, consilium salubre atque uniforme remedium affirmaui, ut aliquam portionem terrarum haereditariam antea possidentibus gradibus omnibus, siue famulis et famulabus dei deo seruientibus, siue laicis, semper decimam mansionem ubi minimum sit tum decimam partem [omnium bonorum] in libertatem perpetuam perdonare diiudicaui, ut sit tuta atque munita ab omnibus saecularibus seruitutibus, fiscis regalibus, tributis maioribus et minoribus, siue taxationibus quae nos dicimus Uuinteredem ; sitque libera omnium rerum ; pro remissione animarum et peccatorum nostrorum, deo soli ad seruiendum, sine expeditione, et pontis instructione, et arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis ad deum preces sine cessatione fundant, quo eorum seruitutem saecularem in aliqua parte leuigamus. Placuit autem tunc postea episcopis Aelhstano Scireburnensis aecclesiae cum suis abbatibus et seruis dei consilium inire, ut omnes fratres et sorores nostri ad unamquamque aecclesiam omni ebdomada Mercoris die, hoc est Wodnesdag, omnis congregatio cantet quinquaginta psalmos, et unusquisque presbyter duas missas, unam pro rege Aethelwlfo, et aliam pro ducibus eius huic dono consentientibus, pro mercede et refrigerio delictorum suorum ; pro rege uiuente Deus qui iustificas ; pro ducibus uiuentibus, Praetende domine. Postquam autem defuncti fuerint, pro rege defuncto, singulariter ; pro principibus defunctis, communiter. Et hoc sit tam firmiter constitutum omnibus diebus christianitatis, quasi libertas constituta est quamdiu fides creccis in gente Anglorum. Et hoc sub testimonio satrapum nostrorum plurimorum ad confirmationem quorum nomina subter annexa notantur. Scripta est autem haec donatio cartula anno dominicae incarnationis .DCCC.XLIIII. indictione .VII. die quoque nonarum Nouembris, in ciuitate Wentana, in aecclesia sancti Petri ante altare capitale ; et hoc fecerunt pro honore sancti Petri ante altare capitale ; et hoc fecerunt pro honore sancti Michaelis archangeli, et sanctae Mariae reginae gloriosae dei genitricis, simulque et beati Petri apostolorum principis, necnon et sancti patris nostri Gregorii papae, atque omnium sanctorum. Et tunc pro ampliori firmitate rex Aethelwlfus posuit cartulam supra altare sancti Petri, et episcopi pro fide dei acceperunt ; et postea per omnes aecclesias transmiserunt in suis parochiis, secundum quod praedictum est. Terra autem ista quam in libertatem ponamus ad Meldunesburgensem aecclesiam pertinet. Thaet is at Ellendūne thrity hȳde,

and aet Elmhāmstede fȳftene hȳde, aet Wttūne tien hȳde, et Cherltūne tuentig hȳde, et Minty uīf hȳde, at Rōdburne tien hyde. Et qui hoc augere uoluerit, augeat deus bona illius in regione uiuentium. Si quis autem diabolica fraude deceptus in magnis aut in modicis hoc infringere uel minuere temptauerit, sit anathematizatus ab omnibus fidelibus hic et in futuro saeculo, nisi antea per satisfactionem emendauerit.

+ Ego Aethelwlf rex consensi et subscripsi. + Ego Elmstan episcopus subscripsi. + Ego Aelstan episcopus subscripsi. + Ego Aethelwlf dux subscripsi. + Ego Osric dux subscripsi. + Ego Eanwlf dux subscripsi. + Ego Aethelric dux subscripsi. + Ego Ceanwlf dux subscripsi. + Ego Cearl dux subscripsi. + Ego Aethelmund abbas subscripsi. + Ego Wlflaf abbas subscripsi. + Ego Beorhtelm abbas subscripsi. + Ego Aegheard minister. + Ego Milred minister. + Ego Osmund minister. + Ego Aella minister. + Ego Wlfhere minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Ceolmund minister. + Ego Kyneheah minister. + Ego Kyneheah minister. + Ego Dudda minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Wihtgar minister. + Ego Eadred minister. + Ego Aethelbald minister. + Ego Lulling minister. + Ego Cealmund minister.

XLIII

AETHELUULF DE WESSEX, 850

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo, cum cuius imperio hic labentis saeculi prosperitas in aduersis successibus sedulo permixta et conturbata cernitur, et omnia uisibilia atque desiderabilia ornamenta huius mundi cotidie ab ipsis amatoribus transeunt; ideo beati quique ac sapientes cum hiis fugitius saeculi diuitiis aeterna et iugiter permansura gaudia coelestis patriae adipisci properant! Quamobrem ego Aetheluulfus Occidentalium Saxonum rex, cum consensu ac licentia episcoporum ac principum meorum, etiam pro remedio animae meae et pro expiatione facinorum meorum, aliquam partem terrae iuris mei Aelfherc meo principi pro eius humili obedientia in perpetuam haereditatem libenter largitus sum in uilla quae nuncupatur Leanham, id est .XL. cassatos,

ut habeat et perfruatur quamdiu sub astrifero coelo uitam duxerit cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus, campis, siluis, pratis, pascuis, piscariis, et loco in quo sal adipisci potest, et cum gressu trium carrorum in silua quae dicitur Blean ; et post finem uitae illius haeredi cuicumque placuerit aeternaliter relinquat. Terra haec praedicta secura et immunis omni rerum permaneat regalium, et principalium tributorum, et ui exactorum, operum, furisque comprehensione, simulque et omni populari grauedine, nisi expeditione, et pontis factione, et arcis munitione. Haec sunt territoria praefatae telluris ; Wiltuniam ninhinga, west merc ; thārae hina land tō scaerege, north mearc ; eāst Leanahām, eāst mearc: cyninges snate tō Fefereshām, sūth mearc ; and his cearesles on cyninges dūne tō teninge faledun and his cearesles tō Beringtūne on cyninges firhthe suuē tō theon lond belimpe ; and widunga on cyninges snade suuē tō thiām londe belimpe. This sind tha daenbara thes londes ; ninsila herst, rustingthen, thornden on malpolder herst, thrioden, frithhingden, twā on frithes leās .IIII. on tūnlāfhirste, in on Hāthdunesūthan ān, be sūthan stāneā ān. Et qui hanc meam donationem augere et amplificare uoluerit, multiplicet dominus partem eius hic et in futuro saeculo. Si quis autem hoc infringere uel minuere temptauerit, sciat se separatum consortio bonorum spirituum, et rationem in tremendo die iudicii coram Christo et angelis eius redditurum, nisi ante satisfactionem emendauerit. Scripta est haec huius donationis cartula anno dominicae incarnationis .DCCC.L. indictione uero .XIII. in uilla regali quae nominatur Wiltone coram idoneis testibus quorum nomina subtus annexa notantur.

+ Ego Aetheluulfus rex hanc meam donationem manu propria cum signo sanctae crucis Christi roborando confirmandoque subscribsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelbaldus dux filius regis consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan rex hoc consentiens signum crucis imposui.

XLIX

AETHELUULF DE WESSEX, 854

+ Incitante diuinae auctoritatis agiographo multipharie commonemur, ut terrena praesentis saeculi lucra largiflue dantes coelestia aeternae beatitudinis emolumenta iugi indefessoque adquiramus lucello ! Ideoque ego Aethelwlf Occidentalium Saxonum rex, incertum huius transitoriae uitae statum mutabilitatemque ueris dinoscens indiciis, uita comite prout posse dederit qui cuncta creauit, subnixe delibero ut redemptoris nostri possessionem aecclesiis iure delegatam augmentando magnificem. Quapropter usus consilio Ealhstani episcopi atque altoris mei Swithuni Wentanae aecclesiae praesulis tocius regni michi a deo collati decimans rura, amplificaui spacium telluris in Tantum quod Frithegyth regina Wentanae aecclesiae, ubi nutritus a pueritia fueram, Petro Pauloque dicatae priscis dederat temporibus; augmentum telluris quod addidi .VIII. manentes aet Risctune constat quantitate manentium; adieci quoque et alios .VIII. manentes in Stoce aet Orceard; in nomine almae trinitatis et indiuiduae unitatis praecipio ut nemo successorum meorum minuere praesumat quod ego deuotus augmentaui neque pontificum aliquis succedenti tempore hanc nostram largifluam donationem minuere uel propinquis saecularibusque pro aliquo cuiuscumque pretii munere uel qualibet occasione temerarius dare uel accommodare praesumat. Acta est huius terrae libertas anno dominicae incarnationis .DCCC. et .LIIII. indictione .I. pascali sollempnitate, nobili palatio in Wiltune. Qui autem hoc nostrum donum augere uoluerit, augeat dominus eius prosperitatem; qui minuere praesumpserit, per auctoritatem beati Petri eiusque coapostoli Pauli anathema sit, nisi cum satisfactione suum reatum ante obitum emendauerit. Maneat igitur hoc nostrum donum aeterna libertate ditatum cum omnibus commodis ad ipsum rus pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, salinariis, praeter communem expeditionem, et arcis pontisque restaurationem. His territoriis hoc rus complectitur...

+ Ego Aethelwlf rex. + Ego Ealhstan episcopus. + Ego Swithunus episcopus. + Ego Aethelbald dux. + Ego Aethelbald dux.

+ Ego Osric dux. + Ego Wulfhere dux. + Ego Aethelbryht dux. + Ego Lulle dux. + Ego Eanwlf dux. + Ego Wullaf abbas. + Ego Werferth abbas. + Ego Aethelred filius regis. + Ego Aelfred filius regis. + Ego Esne minister. + Ego Ceneuulf minister. + Ego Cyneheah minister. + Ego Guthmund minister. + Ego Aescheard minister. + Ego Osmund minister. + Ego Milred minister. + Ego Ecgulf minister. + Ego Lulling minister. + Ego Wulfred minister. + Ego Ealhstan minister. + Ego Cyma minister. + Ego Eadred minister. + Ego Eadmund minister.

L

AETHELUULF DE WESSEX, 854

+ Incitante diuinae auctoritatis agiographo multipharie commonemur, ut terrena praesentis saeculi lucra largiflue dantes coelestia aeternae beatitudinis emolumenta iugi indefessoque adquiramus luçello ! Ideoque ego Aethelwlf Occidentalium Saxonum rex, incertum huius transitoriae uitae statum mutabilitatemque ueris dinoscens indiciis, uita comite prout posse dederit qui cuncta creauit, subnixe delibero ut redemptoris nostri possessionem aecclesiis iure delegatam augmentando magnificem. Quapropter usus consilio Ealhstani episcopi atque altoris mei Swithuni Wentanae aecclesiae praesulis totius regni michi a deo collati decimans rura, amplificaui spatium telluris in Tantun quod Frithegyth regina Wentanae aecclesiae, ubi nutritus a pueritia fueram, Petro Pauloque dicatae, priscis dederat tẽmporibus ; augmentum telluris quod addidi .c. ac .xxxiii. constat quantitate manentium ; adieci quoque .x. manentes in Brunan ; in nomine almae trinitatis et indiuiduae unitatis praecipio ut nemo successorum meorum minuere praesumat quod ego deuotus augmentaui, neque pontificum aliquis succedenti tempore hanc nostram largifluam donationem minuere uel propinquis saecularibusque pro aliquo cuiuscumque pretii munere uel qualibet occasione temerarius dare uel accommodare praesumat. Acta est huius terrae libertas anno dominicae incarnationis .dccc. et .liiii. indictione i. pascali sollempnitate nobili palatio in Wiltune. Qui autem hoc nostrum donum augere uoluerit, augeat dominus eius

prosperitatem ; qui minuere praesumpserit, per auctoritatem beati Petri eiusque coapostoli Pauli anathema sit, nisi cum satisfactione suum reatum ante obitum emendauerit. Maneat igitur hoc nostrum donum aeterna libertate ditatum cum omnibus commodis ad ipsum rus pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, salinariis, praeter communem expeditionem, et arcis pontisque restaurationem. His territoriis hoc rus complectitur. Inprimis ubi riuulus qui Beaddingbroc nominatur in fluuium Tan ingreditur ; inde ad uetus fraxinum ; sic trans montem in alterum fraxinum ; hinc tendit ad occidentem usque quo ueniatur ad spinam ; hinc ad uallem qui Orcerdcumb nominatur ; hinc directo termino trans montem ad fruticem quae lata-spina uocatur ; inde ad uiam publicam ; hinc ad locum qui Withecumbes heafod uocitatur ; hinc per riuuli decursum ad uadum quod Aeartancumbes ford nominatur ; hinc ad latum fossatum ; hinc tendit ad occidentalem plagam in aquilonali parte nemoris quod Duddincg bearuwu ; hinc a lato quodam fossato ad uadum quod Oteriford nominatur ; hinc contra riuulum usque ad caput fontis ; hinc ad aquilonalem plagam usque in Withigcumb ; hinc usque ad collem Ringwoldes ; hinc usque ad uiam Waldanes ; hinc ad campum qui Oxenafeld dicitur ; hinc ad caput Snelles cumb ; hinc directe ad lapidam qui gregan stan nominatur, et ad occidentalem partem collis qui Manhille nominatur ; hinc ad fontem riuuli qui blacan broc dicitur ; sic per riuuli decursum in rubro uado ; sic ad occidentem per quoddam nemus usque ad riuulum qui Scitere dicitur ; sic per riuuli decursum in uetus uadum ; hinc ad occidentalem in profundum uadum ; hinc ad duram portam ; hinc dirigitur ad australem plagam in riuulum Baennancumb ; hinc deorsum in riuuli cursum a torrente illo ad occidentalem plagam usque ad Furesleage ; hinc ad columbarem uallem ; hinc ad locum qui Fiduscaga dicitur ; hinc trans campum ad occidentalem partem in Hafuchalras ; hinc directo termino usque ad amnem qui Tan nominatur ; hinc ad occidentalem plagam usque ad riuulum qui Maelaenburna dicitur ; hinc ad aquilonalem plagam usque ad Ceawwanleage ; hinc ad Maeleburnan ; hinc ad cauum wamum ; hinc ad aquilonalem partem ; et sic ultra campum tendit ad occidentalem partem usque quo ueniatur ad quendam fraxinum quem imperiti sacrum uocant ; sic ad occidentalem dirigitur in flumine iuxta terminos Wifelescumb ; item ad aquilonalem plagam per flumen dirigitur usque uetustum ac terminalem

fossatum ; hinc ad uadum qui Wettesford dicitur ; hinc ad occidentalem partem montis Lufandun nominatur ; hinc ad aquilonalem partem in ueteri strata ; et sic per aquilonalem plagam tendit ad originalem fontem riuuli qui Willite nominatur ; sicque ad orientem usque ad albam gronnam ; inde ad Lidegeard ; hinc ad aquilonalem partem usque ad occidentalem partem illius gronnae qui Wulluces mor nominatur ; et sic tendit usque ad aquilonalem partem usque ad amnem ; sic contra amnis decursum ad occidentalem plagam usque ad longam spinam ; hinc ad aquilonalem partem ultra campum usque ad ueterem uiam publicam ; hinc ad occidentalem partem uallis qui Truscumb nominatur ; hinc in publicam uiam usque ad breuem fossatum ; hinc ad orientalem partem in rugan beorh ; ab hoc loco in aquilonalem partem Aescholtaes in horspathes uadum ; hinc ad australem partem ad sordidum uadum ; hinc in Heanwylle ; hinc in gemotleage ; hinc dirigitur usque ad dun dic ; hinc in piscis fontem ; sic ad Ellewylle ; hinc ad mediam partem montis qui Middelcnol nominatur ; et sic in Maeccanfer ; sic ad riuulum qui Neglescumb nominatur ; hinc ad orientalem plagam in mediam partem monticuli qui Haethbeorh nominatur ; sic in summitate uallis quae Byrigcumb dicitur ; hinc in Leollescumb ; deinde in Wennanstan ; hinc in orientalem partem illius gronnae qui Hafucford nominatur ; inde on Hegsteldescumb ; et sic ad locum qui stan-tor dicitur ; hinc ad saech broc ; et sic in flumine quod Tan nominatur ; et sic per aluei decursum quoadusque perueniatur iterum in Beaddingbroc.

+ Ego Aethelwlf rex. + Ego Ealhstan episcopus. + Ego Swithhun episcopus. + Ego Aethelbald dux. + Ego Osric dux. + Ego Wulfhaere dux. + Ego Aethelbryth dux. + Ego Lulhede dux. + Ego Eanulf dux. + Ego Wullaf abbas. + Ego Waerferth abbas. + Ego Aethelred filius regis. + Ego Aelfred filius regis. + Ego Esne minister. + Ego Cenewulf minister. + Ego Cyneheah minister. + Ego Guthmund minister. + Ego Aescheard minister. + Ego Osmund minister. + Ego Milred minister. + Ego Egculf minister. + Ego Lulling minister. + Ego Wulfred minister. + Ego Ealhstan minister. + Ego Cyma minister. + Ego Eadred minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Cenewlf minister.

LI

AETHELUULF DE WESSEX, 854

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo omnium uisibilium et inuisibilium summo et ineffabili creatore ! Cunctis patet mortalibus quod cuncta quae uidentur finem habent et quae non uidentur aeterna sunt; quapropter ego Aethulf, celsithroni fauente clementia, rex Occidentalium Saxonum, quandam ruris partem scilicet .xx. mansas aet Wenbeorgen cum omnibus ad se rite pertinentibus, cum consensu optimatum meorum, quando decimam partem terrarum per omne regnum meum sanctis aecclesiis dare decreui, dedi etiam aecclesiae Wintoniensi quae in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli dedicata est, eandemque terram praefatae aecclesiae aeternaliter habendam concessi. Sit autem praedictum rus ab omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata expeditione, pontis arcisue constructione. Et hoc in nomine domini nostri Ihesu Christi praecipio, ut nemo successorum meorum regum siue episcoporum siue principum hanc meam donationem uiolare aut a seruis dei deo inibi famulantibus auferre praesumat; quod si quisquam haec transgressus fuerit, sciat se aeternae maledictioni subiiciendum, et aeternas inferni poenas sine fine passurum, nisi digna satisfactione celeriter emendauerit quod contra sanctos dei apostolos audacter deliquit. His metis eaedem uiginti mansae circumgyrantur... Scripta est autem haec cartula anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCC.LIIII. indictione II. his testibus consentientibus quorum nomina extrinsecus scripta adesse uidentur.

+ Ego Aethelwulf rex. + Ego Alhstan episcopus. + Ego Swithun episcopus. + Ego Aethelbald dux. + Ego Eanwulf dux. + Ego Aethelberht dux. + Ego Wullaf abbas. + Ego Werferth abbas. + Ego Aethered filius regis. + Ego Osric dux. + Ego Wulfhere dux. + Ego Lullede dux. + Ego Aelfred filius regis. + Ego Esne minister. + Ego Cynewulf minister. + Ego Cyneheah minister. + Ego Alhstan minister. + Ego Aeldred minister.

LII

AETHELUULF DE WESSEX, 854

+ Domino nostro Ihesu Christo in perpetuum regnante, cui cuncta iure famulantur elementa mundi! Omnibus, ut reor, luce clarius mortalibus patet quod digne gloria paruipendenda est mundi, quia decidit ut flos foeni. Quapropter ego Athulf rex, largiflua summi tonantis annuente clementia regali fretus dignitate, quandam ruris particulam, tres scilicet mansas in loco qui ab incolis huius patriae aet Worthige nuncupatur, cum omnibus ad se rite pertinentibus, pratis, siluis, pascuisque, sicut praedecessor meus Kynewalh, diuino scilicet adtactus instinctu, iamdudum concessit aecclesiae quae Wentanae in almae trinitatis ueraeque unitatis honore necnon et apostolorum Petri Paulique consecrata consistit, pro meorum expiatione facinorum libens perpetualiter restituo. Hanc donationem, cum omnium mei temporis consensu procerum tali curaui renouari assertione, ut nulla meorum persona successorum diabolicae astu calliditatis insollescens eam unquam in aliud transferre praesumat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo solutum, tribus exceptis. expeditione, pontis arcisue restauratione. Acta est autem huius terrae libertas anno dominicae incarnationis .DCCC. et .LIIII. indictione .I. paschali sollempnitate, nobili palatio in Wiltune. Qui autem hoc nostrum donum augere uoluerit, augeat dominus eius prosperitatem; qui minuere praesumpserit, per auctoritatem beati Petri eiusque co-apostoli Pauli, anathema sit, nisi cum satisfactione suum reatum ante obitum emendauerit...

+ Ego Aethelwulf rex. + Ego Ealhstan episcopus. + Ego Swithun episcopus. + Ego Aethelbald dux. + Ego Osric dux. + Ego Wulfhere dux. + Ego Aethelberth dux. + Ego Wullaf abbas. + Ego Werferth abbas. + Ego Aethelred filius regis + Ego Aelfred filius regis. + Ego Aesne minister. + Ego Kynewulf minister. + Ego Kyneheah minister. + Ego Aescheard minister. + Ego Osmund minister.

LIII

AETHELUULF DE WESSEX, 856

+ Regnante aeternaliter aeterno domino et saluatore nostro Ihesu Christo omnium uisibilium et inuisibilium summo opifice ! Cunctis liquet hominibus quod ea quae uidentur fini sunt obnoxia, quae autem non uidentur incommutabilia. Quapropter ego Aethelwlf altithroni fauente clementia rex Occidentalium Saxonum, quandam ruris portionem, uidelicet .xx. cassatos aet Aescesbyrig nuncupatos, cuidam michi oppido fideli et deuoto ministro nomine Aldredo, cum consensu et consilio optimatum meorum, perpetuo iure possidendum libenter concedo, et cum omnibus ad se rite pertinentibus appendiciis eidem comiti perfruendam subiicio, quatinus uita comite ea foeliciter utatur, et post uitae suae terminum cuicunque uoluerit in perennem derelinquat haereditatem. Sit uero praefatum rus ab omni terrenae seruitutis iugo liberum exceptis tribus, expeditione uidelicet, pontis arcisue recuperatione. Hoc quoque in nomine sanctae trinitatis et indiuiduae unitatis praecipio ut nemo successorum meorum siue regum, siue episcoporum, siue ducum, seu principum, siue alicuius altioris inferiorisue dignitatis persona hanc meam donationem in aliud quam hic scriptum est inmutare praesumat. Quod si quisquam ausu temerario hoc decretum transgredi nisus fuerit, aeternae maledictioni subiaceat et aeternas inferni poenas sine fine sustineat, nisi humiliter emendauerit quod contumaciter deliquit. Istis limitibus praefatae uiginti mansae circumquaque gyrantur... Anno dominicae incarnationis .DCCC.LVI. indictione .IIII. scripta est haec cartula, his testibus consensum praebentibus quorum hic inferius onomata secundum uniuscuiusque dignitatem caraxata adesse uidentur.

+ Ego Aethelwlf rex hanc donationem praefato comiti meo Aeldredo perpetualiter habendam concessi. + Ego Ealhstan episcopus. + Ego Swithun episcopus. + Ego Aethelbald episcopus. + Ego Eanulf dux. + Ego Aethelbyrht dux. + Ego Osric dux. + Ego Wulfhere dux. + Ego Lullaede dux. + Ego Wullaf dux. + Ego Werfaerth abbas. + Ego Aethered filius regis. + Ego Aelfraed filius regis. + Ego Esnae minister. + Ego Cynewulf

minister. + Ego Cyneheah minister. + Ego Alhstan minister. + Ego Aldraed minister. + Ego Oms minister.

LIV

AETHELBALD DE WESSEX, 858

+ Regnante inperpetuum domino nostro Ihesu Christo summo et ineffabili rerum creatore ac moderatore, omnium tempora qui sua multimoda disponens potentia, temporibus ut uoluerit finem imponet; iccirco cunctis agendum est ut hic, bonis actibus, futurae beatitudinis foelicitatem adipisci mereantur. Quapropter ego Swithun, diuina prouidente gratia, Wentanae aecclesiae episcopus, cum consensu et licentia eiusdem aecclesiae congregationis, hoc est presbyteris, diaconibus, et omni clero consentientibus, dedi atque concessi dilectissimo domino meo et reuerentissimo Occidentalium Saxonum regi Aethelbaldo, terram .LX. cassatorum in loco qui dicitur Fearnham, ita ut habeat atque possideat praefatam terram quamdiu in hac uita praesente uixerit, sine ulla nostrorum successorum contradictione uel contentione, cum omnibus ad se pertinentibus, hoc est, campis, siluis, pascuis, pratis, piscariis, atque omnia in omnibus ad eandem terram pertinentibus. Ego autem Aethelbald, dei gratia, Occidentalium Saxonum rex, dono atque concedo pro dei amore atque animae meae remedio et parentum meorum, hoc est aui mei Aegelberhti regis et genitoris mei Aethulfi regis, post obitum meum ab hac praesenti uita ipsam terram, hoc est .LX. cassatorum in loco praenominato aet Fearnaham, episcopo et omni congregationi Wentanae aecclesiae ; et tam rato ac stabili tenore quilibet episcopus et illa sancta congregatio eandem terram teneat atque possideat propria potestate ac uoluntate sibimet ad habendam, et nullus iam licentiam ulterius habeat Christi neque sancti Petri illam terram praedictam alicui dandi neque abstrahendi de illo loco, similiter nullus licentiam Christi neque sancti Petri neque ausus sit ulterius illam terram praedictam rogandi in beneficium ; terra autem iamdicta sit inperpetuum libera ab omni regali seruitio et omnium saecularium, quamdiu fides et christiana religio in Anglorum gente inconcussa permaneat, praeter expeditionem,

et pontium constructionem, et arcium munitionem. Si quis autem hanc nostrae satisfactionis donationem augere uel amplificare uoluerit, augeat omnipotens deus dies eius prosperos. Si uero quis infringere uel mutare praesumpserit, noscat se ante tribunal Christi redditurum rationem, nisi prius satisfactione emendauerit. Scripta est autem haec cartula anno dominicae incarnationis .DCC.LVIII. in loco qui dicitur Amberesburg, testibus his consentientibus quorum nomina infra scripta esse uidentur.

+ Aethelbald rex. + Iudith regina. + Swithun episcopus. + Osric dux. + Cynewulf dux. + Beorthwald abbas. + Beornred abbas. + Osmund minister. + Beorthhelm minister. + Dudda minister. + Wlfhere minister. + Aethelred minister.

LV

AETHELRED DE WESSEX, 863

+ Regnante inperpetuum domino nostro Ihesu Christo! Omnia quae in hoc mundo ad solacium mortalis uitae data sunt, temporalia sunt; et ea uero quae in regno coelestis uitae sanctis promissa sunt; sine fine permanebunt. Quapropter ego Aethered Occidentalium Saxonum rex, cum consensu ac licentia episcoporum ac principum meorum, etiam pro remedio animae meae, et pro absolutione scelerum commissorum, meo principi Wlfhere aliquam partem agri, quae ad me rite pertinebat, in perpetuam haereditatem perdonare dignatus fui, id est .VI. cassatos in illis locis qui appellantur Butermere et Aescmere, hoc est ut habeat et perfruatur cum omnibus rebus ad se rite pertinentibus, campis, siluis, pratis, pascuis, quamdiu in hac caduca uita demoratus fuerit; post uero suum ab hac luce decessum, haeredi cuicumque placuerit liberam habeat donandi uel concedendi potestatem. Sit autem praedicta terra libera ab omni regali seruitio et omnium saecularium seruitute, praeter expeditionem et pontis factionem et arcis munitionem. Hic sunt termini istius terrae... Si quis hanc meam donationem augere et multiplicare uoluerit, augeat deus bona illius hic et in futuro. Si autem aliquis, quod non optamus, diabolica fraude deceptus, hoc frangere uel mutare praesumpserit, sciat se

separatum a consortio omnium sanctorum, nisi prius satisfactione emendare uoluerit. Scripta est autem huius donationis scedula anno ab incarnatione domini. DCCC.LXIII. in loco qui appellatur Dornwaracester, istis testibus consentientibus quorum nomina infra rata liquescunt.

+ Aethelraed rex. + Ealhstan episcopus. + Swithhun episcopus. + Wlfhere dux. + Aelfred dux. + Adwlf dux.

LVI

AETHELRED DE WESSEX, 868

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi! Omnia quae in hoc mundo ad solacium mortalis uitae data sunt temporalia sunt; et ea uero quae in regno coelestis uitae sanctis promissa sunt sine fine permanebunt; ideo caducis et uanis rebus aeterna et iugiter permansura gaudia coelestis patriae magnopere mercanda sunt. Quapropter ego Aethelred, gratia dei, Occidentalium Saxonum rex, pro remedio animae meae, aliquam partem terrae iuris mei meo ministro Hunsige in perpetuam haereditatem libenter largitus sum, id est .v. cassatos, in loco qui appellatur aet Worthige; hoc est, ut habeat atque possideat praefatam terram cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus, campis, pratis, pascuis, siluis, quamdiu omnipotens deus uoluerit ut hic in ista uita demoratus fuerit; et post finem uitae illius haeredi cuicumque placuerit liberam habeat donandi uel concedendi potestatem. Terra haec praedicta secura et immunis permaneat ab omni regali seruitio et omnium saecularium rerum, nisi expeditione, et pontis factione, et arcis munitione. Hic sunt termini terrae... Si quis hanc meam donationem augere et multiplicare uoluerit, augeat deus bona illius hic et in futuro. Si uero quis hoc frangere uel mutare praesumpserit, sciat se coram Christo et omnibus sanctis in die iudicii rationem redditurum, nisi ante satisfactione emendauerit. Scripta est haec donationis cartula anno dominicae incarnationis .DCCC.LXVIII. in loco qui appellatur aet Dornwaraceastrae, istis testibus consentientibus quorum nomina infra scripta uidentur esse.

+ Ego Aethelred rex. + Ego Alhferth episcopus. + Ego Heah-

mund episcopus. + Ego Aelfred filius regis. + Ego Oswald filius regis. + Ego Wulfthryth regina. + Ego Wulfhere dux. + Ego Eadwulf dux. + Ego Wigstan dux. + Ego Mucel dux. + Ego Aelfstan dux. + Ego Aegbreht minister. + Ego Beorhtmund minister. + Ego Milred minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Mucel minister. + Ego Kynelaf minister. + Ego Aethelheah minister. + Ego Forthred minister + Ego Beorhtnoth minister. + Ego Goda minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Torhtred minister. + Ego Mannel minister.

LVII

L'ÉVÊQUE TUNBRIHT, 877

+ In nomine dei summi ! Omnia quae in hoc labenti saeculo ad solacium data sunt temporalia sunt; et ea uero quae in aeterna patria sanctis promissa sunt sine fine permanebunt. Iccirco ego Tunbiorht episcopus cum consensu huius familiae fratribus intus ad refectorium aliquam partem terrae in aeternam haereditatem concedens donabo, id est quinque manentium, in loco qui dicitur aet Nutscillinge, liberam ab omnibus terrenis difficultatibus omnium grauitudinum, siue a pastu regis, principis, exactoris, et ab omni aedificiorum opere, tributo, a paruaredis, a taxationibus quod dicimus witeredenne, omnium rerum saecularium perpetualiter libera sit, excepta expeditione et pontis aedificatione : et hoc actum est in Wentana ciuitate, anno ab incarnatione domini .DCCC.LXXVII. Hii sunt termini terrae...

+ Ego Tunbiorht episcopus hoc signum almae crucis propria manu imposui. + Ego Aelred consensi et subscripsi. + Ego Dudda.

LVIII

AELFRED DE WESSEX, 882

+ In nomine altissimi genitoris qui cuncta simul subter axem et supra gubernat, quique omnia suo disponit nutu, coelum pugillo

continens, terram palma metens, omnibusque ut uoluerit finem imponet! Quapropter ego Aelfred, gratia dei, Saxonum rex sedulo in mente recogitans quod multis saepissime euenit ulcibus ut bene tractata atque a senioribus disposita per anfractus obliuionis seu incuriae a posterioribus deprauata, sine respectu rectitudinis, esse cernuntur nisi prius fixioribus certioribusque scedarum apicibus in propatulo adstipulata fore demulgantur. Unde ego dabo cuidam fideli meo ministro Aethelstano terram [.xv.] cassatorum in loco qui a ruricolis Cyricestun appellatur, pro eius amabili pecunia id est .xxx. mancusis, et duobus mansis in loco qui aet Stoce nominatur, ut habeat et possideat quamdiu uiuat; et post se cuicunque uoluerit, ceu corroborauimus, perenniter haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se recte pertinentibus, id est, campis, pascuis, pratis, piscariis, siluis, aquis, aquarumque decursibus aet Cyriceswudu sex
quod pertinet ad Welletun, exceptis istis tribus. expeditione, pontis arcisue constructione. Termini autem iterum in sequentibus subscribimus. Si quis uero hanc meam donationem augere uoluerit, augeat illi deus scriptionem nominum in albo sanctorum. Quisquis uero infringere atque motare temptauerit, noscat de se illud Dauiticum esse completum, ut deleatur de libris uiuentium et cum iustis non scribatur. Scripta est autem haec syngrafa anno dominicae incarnationis .DCCC.LXXXII. indictione uero .xv. in expeditione, in loco qui Hebbeshamm appellatur, his testibus consentientibus quorum nomina infra caraxata esse uidentur...

+ Ego Aelfred gratia dei Saxonum rex propriae donationi signum crucis confirmaui. + Ego Aethered archiepiscopus manum adpono. + Ego Denewulf episcopus huic donationi consentiens subscribo. + Ego Aethelnoth dux. + Ego Wlfred dux. + Ego Orddulf dux. + Ego Bucca dux. + Ego Aethelwald dux. + Ego Wullaf dux. + Ego Garulf dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Osric minister. + Ego Eggwulf minister. + Ego Aethelm minister. + Ego Witbrord minister. + Ego Deormod minister. + Ego Acca minister. + Ego Aelfhere minister. + Ego Wullaf minister. + Ego Babba minister. + Ego Ealdwulf minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Tata minister. + Ego Burlaf minister. + Ego Aeffa minister.

LIX

AETHELRED DUC DE MERCIA, 884

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Eiusdemque autem incarnationis .DCCC.LXXXIIII. indictione uero secunda, ego Aethelred, diuina largiente gratia, principatu et dominio gentis Merciorum subfultus, donatione trado Aethelwulfo terram .V. manentium in loco qui dicitur Hymeltun. Hanc autem supradictam terram cum omnibus ad eam pertinentibus, id est siluis, pratis, pascuis, salisque coctionibus, id est .VI. uascula possint praeparari salua libertate sine aliquo tributo dominatoris gentis praedictae siue ducum iudicumue et praesidum, id est statione siue inoneratione plaustrorum, nisi solo illi qui huic praedictae terrae Hymeltune dominus existat, cum testimonio et consensu ipsorum damus quorum hic nomina inferius scripta cernuntur, haec supradicta optimatum gentis Merciorum gubernante Aethelredo duce. Acta est in Hrisbyri ubi tunc ipsorum conuentio publica fuerunt conloquentes sibi inuicem de necessariis gentis praedictae statutis, obsecrantes omnes aeui sequentis cuiuslibet ditionis homines per tremendum districti iustique iudicis examen, ut haec traditio, siue in terra praedicta, siue in uico salis, absque omni censu atque tributo perpetualiter libera permaneant. Et si quis id, quod non optamus, corrumpendo foederauerit, sciat se rationem redditurum in die iudicii coram deo et angelis eius, nisi prius digna satisfactione emendare curauerit. Testium autem consentientium et scribentium nomina haec sunt.

+ Ego Aethelred Merciorum gentis ducatum gubernans confirmare et subscribere curaui. + Wulfred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Werfrith episcopus consensi et subscripsi. + Deorlaf episcopus consensi. + Aethelwold ealdorman. + Aethulf ealdorman. + Beornath aldorman. + Aethelferth ealdorman. + Alhhelm aldorman. + Eardwulf. + Aelfwald. + Eadnoth. + Aelfred. + Aethelmund.

This sindon tha landgemǣro. Aerest on thane blācan pyt; of thān pytte thaet up on thaet earthland eal swā the oxa went thaet hit cymeth on thone mǣrhege tō Grāftūne; thaet in thaet aescbed;

of thām æscbedde thaet on thrim gemārum; thanane on thone holan weg; of thān wege tō thaes bisceopes wuda; thaet in dīc weg; of thām wege in thone lytlan grāf; thonene in tha ealdan dīc; thonene thaet in Grobbes dene; thanene on tha portstrāt; of thān wege in mārford; of thān forda in hnutfen; of thān fenne in ealdcotan; thaet tō grāfhrygce; of thān hrygce in thane wīcweg; of thān wege on Uffanlēge; of thāre lēge on lytlan brōc; thanene on Hymelbrōc; andlang brōces; thaet ōp of thān brōce in Egcbyrhttigc croft; thaet ūpward be thān croft in tha strāt aet Ipwael hylle; aefter strāte in hennuc; thanene in rugan mādewan; of rugen mādewan thaet eft on thone blācan pyt.

LXIX *bis*

AELFRED DE WESSEX, 880-885

+ Ego Aelfredus, diuino munere, labore ac studio Aethelredi archiepiscopi, necnon totius West Saxoniae nobilitatis concensu pariter et assensu, Occidentalium Saxonum rex, quos in testimonium meae ultimae uoluntatis complementi ut sint aduocati in disponendis pro salute animae meae, regali electione confirmo tam de haereditate quam deus ac principes cum senioribus populi misericorditer ac benigne dederunt, quam de haereditate quam pater meus Aethelwulfus rex nobis tribus fratribus delegauit, uidelicet Aethelbaldo, Aetheredo, et mihi; ita quod qui nostrum diutius foret superstes, ille totius regni dominio congauderet; et si contigerit quod Aethelbald primogenitus patris nostri primus in fata decesserit, tunc recognoscat Aetheredus cum totius West Saxoniae nobilitate, quod sint nobis in testes de nostrae portionis in regno participatione, in die coronationis Aethelredi regis quem in regem super nos post mortem Aethelbaldi fratris nostri primogeniti erigere toto nostro conamine insistemus, secundum assecurationem quam nobiscum fideliter fecit, uidelicet quod idem rex Aetheredus nostras distributiones nobis esse permitteret, sicut eas habuimus ante ipsius Aetheredi fratris nostri postgeniti coronationem; fidelitas uero nobiscum ab ipso promissa de haereditaria distributione erat modo consimili confecta, uidelicet quod de terris et dominiis quae

rex ipse Aetheredus omni nostro iuuamine et potestate hominumque nostrorum sibi adquisierit; et etiam de dominiis quae sibi iure haereditario contingunt, nobis fraternali affectione competenter impertiretur; ueruntamen si contigerit quod Aetheredus succedat in regnum, idem et ipse compromitteret. Quando uero ita deus disposuit ut Aetheredus regali diademate coronaretur, tunc ipsum Aetheredum rogaui, coram omnibus testibus nostris, uidelicet quod de sua haereditate nobis impertiri recognoscat ; et quod mihi meam distribuat partem. Ipse uero, his auditis, statim mihi restitit contestans se hoc non posse, nec agere uellet ut impertiatur, ex quo illud tam diuturno tempore in propria retinuit possessione. Hoc tamen mihi spoponderat, quod terras et dominia quae ipse, nobis auxiliantibus et populo nostro, in suam ditionem perquisiuerit, et haereditatem ad quam nascitur post dies suos nemini in possessionem daret, ut suae congauderet haereditati, solummodo me excepto ; sicque quaerimoniam contra fratrem remisi, per uerba praedicta complacatus ; si uero contigerit, quod absit, quod nos omnes impiissimorum paganorum in manus inimicorum nostrorum Danensium inciderimus, tunc nobis est specialiter recognoscendum disponere salubriter pro filiis nostris, quod unusquisque eorum successiue, unus post alium, nostrum haereditatem possideat, et terris ac possessionibus nostris congaudeat; quemadmodum ipsa haereditas, terrae, possessiones, et dominia nobis condonata fuerunt. Propterea in unum congregati sumus apud Suinburnam, ubi pronunciauimus in cognitione totius West Saxoniae principum, dominorum, ac seniorum, quod ipsi fideliter testimonium perhibeant, uidelicet, quod quis nostrum diutius superuiueret quod ipse legat alterius filiis ipsas terras quas nosmet ipsi nostra uirtute ac potestate conquesti sumus, et terras ipsas quas rex Aethelwulfus nobis donauit dummodo Aethelbald fuerat superstes, praeter illud quod nobis tribus fratribus pater noster rex Aethelwulfus delegauit. Et super hoc unusquisque nostrum alteri fidem firmauit, quod quis nostrum diutius uitam uiueret, quod ipse alterius terras possideret, et dominia, et omnia quae sui erant, praeter illam partem quam uterque nostrum filiis alterius legauit. Et si contingat quod Aetheredus rex uiam uniuersae carnis fuerit ingressus, ex tunc, praeter me, non est quis qui super haereditatem scripturam habeat uel testimonium, nec quod sit aliquis alius haeres, praeter me ; quod si aliquis haereditatem praedictam acclamauerit, ius suum perdet nisi

citius de hoc testes adducat. Et tunc audiui quod omnes cognati mei in soporem mortis resoluti erant ; et ita haereditas Aethelwulfi regis patris mei ad me deuoluta est per chartam inde confectam, in concilio nostro generali apud Langdene ; quam quidem chartam libere legere uissi coram testibus totius West Saxoniae. Quando uero relecta fuerat tunc mandaui illos omnes qui aderant, et securitatem mihi facere praecepi pro meo amore, si unquam audient de aliquo uel cognoscerent qui de haereditate mea aliquod ius acclamare iuste posset quod nunquam ad meum auditum antea peruenit. Et iterum locutus sum ad eos in haec uerba : — Rogo uos dilectissimi quod nemo pro amore aut odio mei parcat ueritatem annunciare, sed summopere consentiat ueritati ; quia mea uoluntas non est aliquem meorum consanguineorum in aliquo dishaeritare. Et tunc omnes principes et seniores populi mei sub firma attestatione dixerunt quod nunquam ad eos deuenit notitia de aliquo qui iustiorem haberet titulum quam ego, nec cogitare nouerunt de aliquo, neque in scripturis inuenire potuerunt ; et in seisinam meae haereditatis me iterum imponentes dixerunt : — Ecce iam habes tuam haereditatem iterum in manibus tuis ; nunc de bonis et possessionibus conde testamentum tuum ; lega et dona tuo proximo sanguini uel amicis tuis et cognatis, sicut tibi placuerit. Et omnes illi firmitatem irreuocabilem mihi fecerunt, et subscripserunt, ipsos nunquam haereditatem meam alicui homini aliter peruertendo daturos, praeterquam egomet legabo die proximo iam instante.

Unde ego Aelfredus, diuino munere, Occidentalium Saxonum rex, praesentibus testibus, intentionem meae ultimae uoluntatis in praesentiarum profero, ut implementum sortiatur post proprium in fata decessum. Inprimis, concedo meo seniori filio Eaduuardo illas terras apud Stratnet in Triconschire, et Hortingtune, cum tota libera terra quam Leofus a nobis per antea tenuit, apud Carentune, et apud Kisantune, et apud Burnham, et apud Wedmore. Insuper ego confirmo custodi de Ceodre, quod ipse illud habeat secundum assignationem a nobis praelocutam, cum terra illa apud Kintune necnon cum omnibus ad illud pertinentibus. Ulterius praedicto concedo custodi terras illas apud Kantune, et apud Bedewind, et apud Peuesey, et apud Husseburne, et apud Suttune, et apud Leodrian, et apud Altune ; cum omnibus liberis terris quas in Cantia possidemus, et apud inferiorem Husseburn, et apud Kyseldene : do illas terras meo principaliori seruienti apud Wintoniam, secundum

rex ipse Aetheredus omni nostro iuuamine et potestate hominumque nostrorum sibi adquisierit; et etiam de dominiis quae sibi iure haereditario contingunt, nobis fraternali affectione competenter impertiretur; ueruntamen si contigerit quod Aetheredus succedat in regnum, idem et ipse compromitteret. Quando uero ita deus disposuit ut Aetheredus regali diademate coronaretur, tunc ipsum Aetheredum rogaui, coram omnibus testibus nostris, uidelicet quod de sua haereditate nobis impertiri recognoscat; et quod mihi meam distribuat partem. Ipse uero, his auditis, statim mihi restitit contestans se hoc non posse, nec agere uellet ut impertiatur, ex quo illud tam diuturno tempore in propria retinuit possessione. Hoc tamen mihi spoponderat, quod terras et dominia quae ipse, nobis auxiliantibus et populo nostro, in suam ditionem perquisiuerit, et haereditatem ad quam nascitur post dies suos nemini in possessionem daret, ut suae congauderet haereditati, solummodo me excepto; sicque quaerimoniam contra fratrem remisi, per uerba praedicta complacatus; si uero contigerit, quod absit, quod nos omnes impiissimorum paganorum in manus inimicorum nostrorum Danensium inciderimus, tunc nobis est specialiter recognoscendum disponere salubriter pro filiis nostris, quod unusquisque eorum successiue, unus post alium, nostrum haereditatem possideat, et terris ac possessionibus nostris congaudeat; quemadmodum ipsa haereditas, terrae, possessiones, et dominia nobis condonata fuerunt. Propterea in unum congregati sumus apud Suinburnam, ubi pronunciauimus in cognitione totius West Saxoniae principum, dominorum, ac seniorum, quod ipsi fideliter testimonium perhibeant, uidelicet, quod quis nostrum diutius superuiueret quod ipse legat alterius filiis ipsas terras quas nosmet ipsi nostra uirtute ac potestate conquesti sumus, et terras ipsas quas rex Aethelwulfus nobis donauit dummodo Aethelbald fuerat superstes, praeter illud quod nobis tribus fratribus pater noster rex Aethelwulfus delegauit. Et super hoc unusquisque nostrum alteri fidem firmauit, quod quis nostrum diutius uitam uiueret, quod ipse alterius terras possideret, et dominia, et omnia quae sui erant, praeter illam partem quam uterque nostrum filiis alterius legauit. Et si contingat quod Aetheredus rex uiam uniuersae carnis fuerit ingressus, ex tunc, praeter me, non est quis qui super haereditatem scripturam habeat uel testimonium, nec quod sit aliquis alius haeres, praeter me; quod si aliquis haereditatem praedictam acclamauerit, ius suum perdet nisi

citius de hoc testes adducat. Et tunc audiui quod omnes cognati mei in soporem mortis resoluti erant ; et ita haereditas Aethelwulfi regis patris mei ad me deuoluta est per chartam inde confectam, in concilio nostro generali apud Langdene ; quam quidem chartam libere legere uissi coram testibus totius West Saxoniae. Quando uero relecta fuerat tunc mandaui illos omnes qui aderant, et securitatem mihi facere praecepi pro meo amore, si unquam audient de aliquo uel cognoscerent qui de haereditate mea aliquod ius acclamare iuste posset quod nunquam ad meum auditum antea peruenit. Et iterum locutus sum ad eos in haec uerba : — Rogo uos dilectissimi quod nemo pro amore aut odio mei parcat ueritatem annunciare, sed summopere consentiat ueritati ; quia mea uoluntas non est aliquem meorum consanguineorum in aliquo dishaeritare. Et tunc omnes principes et seniores populi mei sub firma attestatione dixerunt quod nunquam ad eos deuenit notitia de aliquo qui iustiorem haberet titulum quam ego, nec cogitare nouerunt de aliquo, neque in scripturis inuenire potuerunt ; et in seisinam meae haereditatis me iterum imponentes dixerunt : — Ecce iam habes tuam haereditatem iterum in manibus tuis ; nunc de bonis et possessionibus conde testamentum tuum ; lega et dona tuo proximo sanguini uel amicis tuis et cognatis, sicut tibi placuerit. Et omnes illi firmitatem irreuocabilem mihi fecerunt, et subscripserunt, ipsos nunquam haereditatem meam alicui homini aliter peruertendo daturos, praeterquam egomet legabo die proximo iam instante.

Unde ego Aelfredus, diuino munere, Occidentalium Saxonum rex, praesentibus testibus, intentionem meae ultimae uoluntatis in praesentiarum profero, ut implementum sortiatur post proprium in fata decessum. Inprimis, concedo meo seniori filio Eaduuardo illas terras apud Stratnet in Triconschire, et Hortingtune, cum tota libera terra quam Leofus a nobis per antea tenuit, apud Carentune, et apud Kisantune, et apud Burnham, et apud Wedmore. Insuper ego confirmo custodi de Ceodre, quod ipse illud habeat secundum assignationem a nobis praelocutam, cum terra illa apud Kintune necnon cum omnibus ad illud pertinentibus. Ulterius praedicto concedo custodi terras illas apud Kantune, et apud Bedewind, et apud Peuesey, et apud Husseburne, et apud Suttune, et apud Leodrian, et apud Altune ; cum omnibus liberis terris quas in Cantia possidemus, et apud inferiorem Husseburn, et apud Kyseldene : do illas terras meo principaliori seruienti apud Wintoniam, secundum

assignationem secundum quam illud pater meus praedicto seruienti per prius quam affectuose delegauit : alterum uero feodum, quem ego Egulpho dedi, usque ad certum tempus, apud inferiorem Husseburne, praenominato seruienti concedo. Insuper do meo iuniori filio, terras illas apud Ederingtune, et apud Dene, et apud Mene, et apud Ambresbiry, et apud Done, et apud Stureminster, et apud Zeule, et apud Cruerne, et apud Withchurch, et apud Axanmuthe, et apud Brannescumbe, et apud Columtune, et apud Twyfird, et apud Milleburne, et apud Exanmynster, et apud Suthwirth, et apud Liutune, cum omnibus terris ad illud pertinentibus, quae sunt omnes quas sub coelo ibidem possideo, solummodo Tryconschire excepto. Insuper meae filiae concedo primogenitae uillam de Welewe; et meae filiae postgenitae concedo uillam de Clere, et de Condeuere ; et meae minori filiae uillam de Welige, et de Asketune, et de Chippenam. Aethelmo uero, fratris mei filio, do uillam de Edingburn, et de Cumptune, et de Erundele, et de Bedingum, et de Dingham, et de Burnham, et de Thunresfelde, et de Aschongum. Et fratris mei filio Aethelwaldo concedo uillam de Godelming, et de Guldeford, et de Stemingham. Et Osfertho cognato meo do uillam de Beccanle, et de Ritheranfeld, et de Diccanlingum, et de Suttone, et de Lullingminster, et de Angemeringum, et de Feltham, necnon et omnes terras ad illud pertinentes. Insuper concedo Aelswytho uillam de Lamborne, et de Wantingh, et de Ethandune. Praeterea duobus filiis meis libras lego mille, cuilibet eorum .D. libras. Et primogenitae meae, postgenitae, et minori, necnon Aelswitho, ipsis quatuor lego libras .CCCC. cuilibet eorum .C. libras. Ulterius cuilibet armigerorum meorum .C. marcas, singulis eorum per se .C. marcas. Ueruntamen concedo Aethelmo, Aethelwaldo, et Osfertho, et cuilibet eorum .C. marcas. Insuper do Aethelredo principi militiae meae unum gladium et .MM. marcas Et meo sequestri, cum quo iam Pascha imminente pactum firmaui, do ducentas libras, ut ipse det et distribuat inter omnes illos ubi placitum est sibi subire sepulchrum, secundum dispositionem quam egomet sibi ad praesens conficio. Insuper archiepiscopo do centum marcas, et Esno episcopo, et Werferth episcopo, et Assero episcopo de Schireburn, cuilibet eorum centum concedo marcas, ad dandum et distribuendum pro me et patre meo, et praeter hoc quod ipse per antea assignabat, etiam ego assigno ducentas libras quinquaginta presbyteris per totum regnum meum ; et .L. solidos cuilibet deo seruienti per totum

regnum meum; et .L. solidos ad distribuendum inter pauperes; et .L. solidos aecclesiae in qua corpus meum traditur sepulturae. Et ultra ista nescio utrum plus fuerit ad legandum; spero reuera quod plus non fuerit inuentum; si uero plus repertum sit, disponatur prout superius disponendum censuimus. Et uolo quod armigeri mei, cum ualectis et omnes qui cum ipsis in seruitio meo existunt, ista distribuant modo supradicto, nec alio modo distribuant, quam superius praescripsimus, coram haerede meo, cui, prae caeteris, maiorem quantitatem de bonis et possessionibus meis praelargitus sum, secundum quod donare potui. Et tali concessioni multi nobiles conscripserunt, et coram praesentibus omnibus his testibus istae donationes et concessiones in scriptis erant redactae. Et modo principibus regni mei dedi in mandatis, omnibus uidelicet qui inueniri poterant, quod illi impedimentum non inferant, quoniam uoluntas mea de praedictis implendi capiat effectum, diuina fretus uirtute. Et uolo quod illi homines qui praedictas possident terras obseruent uerba quae de patris mei haereditate rediguntur in scriptis in quantum possunt, et in quantum de futuro firmius poterunt. Etiam uolo quod si ego alicui dedi uel feodum aliquem ad tempus accomodaui, quod illi meis cognatis uel suis illud ostendant. Insuper uolo quod illi homines quibus ego meas liberas terras delegaui non alienent illas a mea cognatione ultra dies suos, et uolo quod transeant diebus suis meae propinquiori cognationi, nisi ex seipsis procreati fuerint filii legitimi; et tunc ex meo beneplacito permaneant uirili sexui ab ipsis progenito, quamdiu unus ex eis uixerit super terram. Nam et pater meus eodem modo suam legauit haereditatem, quod si aliquo modo accidet ut perueniant terrae praedictae in manus mulierum, tunc uolo quod post obitum earum reddantur consanguinitati meae uirili ex earum uisceribus descendenti, si ita fuerit quod ipsas has terras, uita comite, in propriis manibus retinere uoluerit; si uero aliter acciderit tunc ultra dies suos fiet ita sicut per prius delegauimus. Ulterius dico quod reddatur ab ipsis pro sustentatione uictus consanguineorum meorum quibus oportet me praedictas terras legare, utrum sint masculi uel foeminae, secundum quod mihi melius uidetur. Et ego in nomine domini exhortor et in nomine omnium sanctorum quod nemo consanguineorum meorum inposterum contra aliquem meae consanguinitatis laboret quouis modo quoad ea quae ego ipsis dedi per antea pariter et legaui; et mecum tota nobilitas West Saxoniae

gentis pro recto iure consentiunt, quod me oportet demittere eos ita liberos sicut in homine cogitatio ipsius consistit. Et ego pro amore dei et pro salute animae meae uolo quod ipsi sint in possessione libertatum suarum, et omnis cognatio eorum ; et ego, in nomine dei sacri, in mandatis committo quod ipsis nemo contradicat neque cum armis, potestate, nec uirtute, neque alio resistendi modo, quod illi non poterunt seisinare uel introducere quemcunque illis placuerit in eorum terras, possessiones, et dominia. Et uolo quod homines mei dent domino de Domraham suas terras liberas et suas libertates sic quod ipsi seisinent quemcunque illi placuerit pro me et pro Aelfleda et pro amicis suis quibus ipsa gratitudines tenetur impendere, et pro uiuorum ac defunctorum omnium necessitates habentium salute, et quod habeant illas ut possint stare pro animae meae salute, et quod talis pia donatio sit in remissionem omnium peccatorum meorum, et ita desiderans altissimum humiliter deprecor ut mea delicta et eorum poenas mihi misericorditer relaxet. Amen.

LX

AETHELRED, DUC DE MERCIA, 888

+ In nomine domini et saluatoris nostri Ihesu Christi! Anno autem incarnationis eius .DCCC.LXXXVIII. indictione uero .VI. ego Aethelredus, gratia dei disponente, procurator in dominio regni Merciorum, cogitans deo et hominibus satisfacere et amicos infraudulentos lucrare ; iccirco trado atque concedo aliquam partem terrae ministro meo fideli Wulfgaro, cum consensu episcoporum meorum, ducum, et omnium optimatum, in publico conuentu ad Saltwic congregato ; est autem telluris quasi .XV. manentium in loco qui dicitur Waledene ; pro eius humili obedientia, ut habeat quamdiu uiuat ; et post se cuicunque uoluerit in haereditatem derelinquat possidendam, cum omnibus ad se pertinentibus, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus ; liberam hanc terram describimus ab omnibus causis nisi singulare precium contra aliud ponat et modum aecclesiae. Si quis autem hanc donationem augere uoluerit, augeat sibi rex coelestis sortem cum suis electis in regno

coelorum. Qui uero, quod absit, minuere se temptauerit, sciat se anathematizatum a consortio omnium sanctorum, nisi deo et hominibus digne in hoc saeculo emendauerit.

+ Ego Aethelredus hanc meam donationem cum signo sanctae crucis corroboraui, his testibus infra caraxatis consentientibus. + Ego Aethelflaed consensi. + Ego Wulredus episcopus. + Ego Alchardus episcopus. + Ego Werferthus episcopus. + Ego Cynemundus electus. + Ego Eadwaldus dux. Ego Aethulfus + dux. Ego Aethelferdus + dux. Ego Alchelmus + dux. Ego Eardulfus +. Ego Beornothus +. Ego Aelwardus +. Ego Eadnothus +. + Ego Aelfredus. + Ego Aethelgarus. + Ego Alchstanus. + Ego Wiferdus. + Ego Aelfredus. + Ego Wulricus. + Ego Wulfredus. + Ego Aethulfus. + Ego Buga. + Ego Ufa. + Ego Beorhthelmus.

LXI

CEOLWEN

+ Ceolwen indicat in hac carta quia ipsa concedit terram de Aweltuna, hoc est .xv. hidas quas ei uir suus reliquit, et pro qua ei pretium datum fuit sub testimonio Aelfredi regis : has ergo concedit conuentui Wintoniae, post decessum suum, ad refectorium sedis episcopalis cum tali pecunia quae tunc competens erit, et ratione, ut memores sint eius et animae Osmodi, sicut illis iustum uidebitur, ad anniuersarium eius, hoc est septimo die ante Rogationes. Ipsa quoque praecipit in nomine domini et sancti Petri quod conuentus idem eandem terram numquam uendat pro aliqua pecunia, nisi forte pro alia terra quae eis uicinior sit uel utilior. Idem uero conuentus spopondit ei quod procurent Wlfstano filio fratris sui quod habeat aliquam hidam liberam quandiu uiuet.

LXII

L'ÉVÊQUE WERFRITH, 892

+ Anno ab incarnatione redemptoris nri Ihu xpi DCCCXCII Indictione XI Ego uuerfrith gra dei pdistinante episcopus terram trium manentium ubi australis hethfeld dicitur ab illa familia quae sita est in Weogornaceastre humili pce deprecatus fui. Tunc omnes fratres de illa congregatione senes et iuuenes uoluntariam licentiam et firmam traditionem unanimiter mihi concedebant. b..... ut post obitum meum liberam potestatem habeam trib; haeredib; quib; cunq; uoluerim donandi tradendiq; cû antiquis terminib; in siluis in campis in pascuis et in omnib; utilitatib; quae ad illam terram in antiquis dieb; pertinebant, Et etiam unum pratum ad mensuram fere XII segetum uel amplius ubi hreodhalh uocitari solet ad hanc supradictam terram conscripserunt. Et ut haec largitio eo stabilior sine motatione et disceptatione pseueret omnes unanimiter obsecrantes rogabant ut nullus uel episcopus uel alicuius personae sequentis ordinis homo hoc in aliquo fedare temptauerit. Sin enim quis nram obsecrationem per Sacrilegam audaciam frangendo uiolare praesumat Sciat se rationem redditurum in tremendo examinis die nisi prius digna satisfactione emendare uoluerit. Hii sunt uero testes huius donationis quorum uocabula in alia parte istius cartulae karaxata consistunt qui signaculo scae crucis hoc donum roborando confirmabant.

+ Ic Werferth biscop mid minre agenre honda. and cristes rode tacne this gesetenesse gefaestnigu + beornferd prb + berhthun prb + werferth prb. + eadmund prb. + tidbald prb. + eadwulf prb. + oslac diac. + ecferth diac. + berhthelm. + wigheard. +..... +..... + cynehelm. + ...s.... +..... + wulfhun. + theornf ... + eardwulf. + wulfr.... + cynelaf. + wulflaf. + wulfric. + oenfreth. + ec se heorod mid cristes rode tacne....ine gefestnode...m m....erfeweardum were ā elc thara monna unbesecen on them.....undum were de ...me gewreotan to them dege the me unnende geselde.

LXIII

PLEGMUND, 895

+ Anno dominicae incarnationis .DCCC.XCV. Ego Plegomundus, gratia dei, archiepiscopus concedo aecclesiae Christi terram quae uocatur Wefingemerse, iuxta flumen quod uocatur Rumenea, liberam ab omni saeculari grauitate, exceptis expeditione, pontis et arcis constructione.

LXIV

AELFRED DE WESSEX, 899

+ Anno dominicae incarnationis .DCCC.XCIX. contigit conuenisse, in loco qui dicitur Celchyth, Aeluredum regem, et Plegomundum archiepiscopum, Aetheredum quoque ducem Merciorum, et colloquium habuisse de instauratione urbis Lundoniae. Accidit tunc temporis affuisse uenerabilem Werefridum Uuihgoracensem episcopum. Igitur, inter multa alia colloquia, dati sunt a rege Aeluredo .II. agri in loco qui dicitur Aetheredys Hythe; unum archiepiscopo Doroberniae Plegemundo et successoribus eius, ad opus aeclesiae Christi et monachorum; alterum uero Werefrido, ad aecclesiam sanctae Mariae. Est autem uia publica a flumine Tamisiae, diuidens haec duo iugera, tendens in aquilonem. Ambo autem iugera in murum protelantur, et extra murum nauium stationes tantae latitudinis quantae et iugera sunt inter murum. Habet uero iugerum aecclesiae Christi artam semitam in occidente, iugerum Wigoracensis aecclesiae artam uiam ab oriente; caput amborum iugerorum semita tendente ad orientem dirimitur. Si quis hoc donum minuerit ab alterutra aecclesia, minuat ei omnipotens deus uitam aeternam.

LXV

L'EVÊQUE DENEWULF. 900

+ Almipotente uno ac trino dispensatore, semper incommutabiliter omnia simul uisibilia et inuisibilia de summa sede maiestatis suae ordinabiliter et sapienter gubernante, cunctisque uisibilibus perpetualiter subterlabentibus, et maxime statu humani generis, miserabiliter cotianis defectibus decidente ! Ne aut fusca obliuione, aut, incuria desidiae, aut negligentia pigritiae, de memoria praesentium aut de scientia successorum nostrorum derelentur ea quae in nostris temporibus relatui digna dicta uel facta sunt. Quapropter litterarum caracteribus commendare procurauimus quod Denewulf, ille uenerabilis Wintoniae ciuitatis antistes, atque decentissima illa communio fratrum, ibidem assidue deuota mente in diuino seruitio commorantium, aliquam partem possessionum proprii priuilegii commutauere apud Or[d]laf comitem pro aliis possessionibus sui proprii iuris, cum decreto et licentia Eadwardi regis et optimatum suorum quorum nomina subter caraxata sunt. Nomina autem illarum possessionum quas nos illi donauimus haec sunt .x. manentes in illo celebri loco qui Saxonica lingua aet Lidgerd dicitur ; pro illa autem causa quaesiuerat ille comes eandem terram ab illa uenerabili familia Wintoniae ciuitatis quia suus auus Eanulf comes dederat eam illi familiae in ius proprium perpetualiter, at ille Ordlaf comes.x. manentes aet Funtgeall donauit episcopo, episcopus autem dedit .III. manentes aet Ebincgtune illi familiae, quia commodius et utilius uidebatur episcopo atque familiae illa commutatio possessionum sicut nunc est quam sicut tunc erat, ea autem conditione illae commutationes possessionum illarum factae sunt, ut quicunque episcopus in Wintoniae ciuitate fuerit perpetualiter habeat Funtgeall, et illa familia equaliter habeat Ebincgtuun Ordlaf autem et sui successores habeant Lidgeard. Si quis autem huius nostrae commutationis decretum conseruare uel augere in melius uoluerit, omnipotens et misericors omnium bonorum omnium remunerator deus hic et illic ubi iustorum omnium centupliciter praemia redduntur, illi reddat. Si quis uero inminuere uel infringere maliuola mente, quod non optamus, ausus fuerit, sciat se in tremendo die

iudicii ante thronum summi iudicis in praesentia omnium electorum suorum rationem redditurum, nisi prius digna emendauerit poenitentia. Haec autem cartula in Wintonia ciuitate scripta est, anno dominicae incarnationis .DCCCC. quo anno et Aelfred rex defunctus est indictione .III. coram idoneis testibus, quorum nomina subterscripta sunt.

+ Ego Eadward rex. + Ego Denewulf episcopus. + Ego Asser episcopus. + Ego Ordlaf dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Deormod minister. + Ego Beorthelm minister. + Ego Osferth minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Oca minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Uffa minister. + Ego Wulfred minister. + Ego Eada minister. + Ego Ufa minister. + Ego Tata minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Beornstan minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Eadulf minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wighelm minister. + Ego Wulfstan minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Ealhstan minister. + Ego Winsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Siric minister. + Ego Wulfred minister.

LXVI

EADWEARD DE WESSEX, 900

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo, et omnia de summo coeli apice uisibilia et inuisibilia ordinabiliter gubernante, praesentisque uitae semper curriculo cotidie decrescente! Quapropter ego Eadward, gratia dei Angul-Saxonum rex, litterarum memoriae commendare procurauerim, quod in diebus aui mei Aethelwlfi regis et Aelfredi regis patris mei factum fuerat, hoc est quod ille Athulf rex moriens commendauit Aelfredo regi, filio suo, illam terram aet Ceolseldene et aet Sweores holte, ea conditione, quod ille Aelfred rex post obitum suum, dimitteret eandem terram illi familiae uenerabili in Wintonia ciuitate, specialiter ad refectorium suum habendam et possidendam perfruendamque perpetualiter cum siluis, campis, pratis et pascuis, atque omnibus ad se pertinentibus in sempiternam haereditatem. Attamen

ego Eadward rex utramque praefatam terram ab illa uenerabili praefata familia in Wintonia ciuitate comparaui, dedique pro utraque praefata terra .x. manentes in illo loco qui dicitur aet Stoce be Hysseburnan, cum omnibus hominibus qui in illa terra erant quando Aelfred rex obiit, et etiam cum illis omnibus hominibus qui tunc fuerunt aet Hisseburna quando Aelfred rex uiam uniuersae carnis adiit. Sunt autem utraeque terrae ab omni censu mundiali et regali liberae et expeditae, excepta expeditione, et arcis et pontis constructione. Anno autem dominicae incarnationis .DCCCC^mo^. indictione .III°. quando Aelfred rex obiit et Eadward rex, filius suus, regnum suscepit, haec cartula scripta est in Wintonia ciuitate, coram illis idoneis testibus quorum nomina subterscripta sunt.

+ Ego Eadward rex signaculo sanctae crucis corroboraui. + Ego Denewulf episcopus. + Ego Asser episcopus. + Ego Aethelweard filius regis. + Ego Ordlaf dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aelfred dux. + Ego Tata presbyter. + Ego Werulf presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Waldo presbyter. + Ego Osferth minister. + Ego Witbrord minister. + Ego Deormod minister. + Ego Beorhthelm minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfred minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Beornstan minister. + Ego Aelfred minister.

LXVII

EADWEARD DE WESSEX, 901

+ In nomine altitonantis mundi satoris ! Prouida namque iamdudum ac praeualens aecclesiarum censuit institutio, obseruandumque succedentibus diffinitione cautissima decreuit, ut dationes piissimorum regum pro mutabili temporum uarietate cartarum monumentis tradere, subque testimonio cyrographi concludere, quominus ingruente caligosa obliuione origo ueritatis cassaretur. Idcirco, praesentibus, absentibus, posteris cunctis, huius descriptionis tenore declaratur, quia Eadweard Angul-Saxonum, dei gratia annuente, rex aliquam agelli partem proprii iuris donans in perpetuam possessionem iure haereditario Aethelwulfo concedo, proque

eius amabili subiectione eo firmius ei corroboro praefatae telluris magnitudinem, id est .x. cassatorum in loco qui dicitur bi Wilig, cum omnibus ad se rite pertinentibus, id est, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus ut habeat et possideat foeliciterque condonet cuicumque uoluerit in omnibus cum libero mentis arbitrio; ei equidem liberam in omnibus praefatam conscribimus terram, praeter arcis munitionem, et pontis constructionem, et expeditionem. Ista uero praenominata tellus primitus fuit praepeditus a quodam duce, nomine Wulfhere, et eius uxore, quando ille utrumque et suum dominum regem Aelfredum et patriam ultra iusiurandum quam regi et suis omnibus optimatibus iurauerat sine licentia dereliquit; tunc etiam, cum omnium iudicio sapientium Geuisorum et Mercensium, potestatem et haereditatem dereliquit agrorum; nunc uero in calce huius syngraphae legentibus et audientibus omnibus patet quia omnibus illis antiquis libris, si quis habeat, sit proscriptum, et nil ultra praeualeant in modico uel in magno. Haec uero praefata terra his terminis circumcincta esse uidetur. Aerest on Codan ford; thonne an dūne andlang Wilig on hyssa pōl; thaet on thaere gebyge; thaet be eāstan Cynelminghām ofer tha mǣde on hafocwylle; thonne andlang mǣrfyr on greātan thorn; thonne andlang weges on landscorehlinc; thonne andlang scorehlinces on alercum; thonne ofer rādūne sweoran ofer nācum on trindleā; thaet swā on Wilāfes treōw; thaet ofer thonne hēthfeld on dīcgeat; thet west andlang dīc on wylle weg; thaet andlang wylle weges on wīdan cum; thonne andlang weges aeft on Oden ford; of Odan forda on Codan ford. Si quis autem huius nostrae donationis cartulam augere uel amplificare uoluerit, augeat deus bona sua in regione uiuorum. Si autem euenerit, quod non optamus, ut alicuius personae superuenerit qui hoc infringere uel mutare uoluerit, sciat se esse epicarmai a consortio dei et sanctorum eius, nisi prius digna satisfactione deo et omnibus emendauerit.

+ Ego Eadweard rex. + Ego Aethelweard filius regis. + Ego Ordar dux. + Ego Ordlaf dux. + Ego Sigulf dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Deormod dux. + Ego Aelfstan dux. + Ego Beornstan dux. + Ego Aethelferth dux. + Ego Aelfheah dux + Ego Aelfred dux. + Ego Beorhtsige minister. + Ego Occa minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Aelfhere minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Buga minister. + Ego Cufa minister. + Ego Aethelstan

minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Witulf minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Uffa minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Burhtric minister. + Ego Dudig minister. + Ego Beorsige minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Witbroth minister. + Ego Odda minister. + Ego Eardulf minister. + Ego Aelfstan minister.

LXVIII

EADWEARD ET AETHELRED, 903

+ Regnante in perpetuum et mundi monarchiam gubernante altithroni patris sobole, qui coelestia simul et terrena moderatur ! Illius etenim incarnationis anno .DCCCC.III. indictione uero sexta, contigit quod Aethelfrido duci omnes haereditarii libri ignis uastatione combusti perierant. Tali igitur necessitate cogente, praedictus, dux rogauit Eadweardum regem, Aethelredum quoque et Aethelfledam, qui tunc principatum et potestatem gentis Merciae sub praedicto rege tenuerunt, omnes etiam senatores Merciorum, ut ei consentirent et licentiam darent alios libros rescribendi. Tunc illi unianimiter omnes deuota mente consenserunt ut alii ei libri rescriberentur, eodem modo quo et priores scripti erant, in quantum eos memoriter recordari potuisset. Si uero quoslibet recordari minime potuisset, tunc ei ista kartula in auxilio et adfirmatione fieret, ut nullus eum contentiose cum aliis libris affligere ualuisset, nec propinquus nec alienus, quamuis aliquis homo aliquem de uetustis libris protulerit quem prius fraudulenter, in hora ipsius incendii uel alio quolibet tempore, per furtum abstraxisset : nouimus namque quod omnia quae in hoc mundo contingere solent, aliquando citius, aliquando uero tardius, ex memoria mortalium delapsa deueniunt, nisi in scedulis literarum caracteribus adnotant[ur]. Quapropter in hac kartula innotescere ratum atque gratum satisque commodum duximus, de illa uidelicet terra aet thaem easteran Hrisambyrge, cuius quantitas est .XXX. cassatae, quad eam Athulf Aethelgythe filiae suae cum haereditaria libertate in propriam ad perpetuam donauit haereditatem.

LXIX

L'ÉVÊQUE DENEWULF, 904

+ Dispensante et gubernante domino nostro Ihesu Christo incommotabiliter omnia uisibilia et inuisibilia ! Quamuis uerba regum et procerum decreta, uelut fundamenta montium, ad modicum fixa uideantur, tamen quia plerumque tempestates et turbines saecularium rerum regnorum statuta fuscantes quatiunt. Quapropter litterarum memoriae commendare procurauimus quod Denewlf episcopus Wintoniensis aecclesiae et illa uenerabilis familia ibidem commanens dederunt Eadwardo regi .xx. manentes in eodem loco quod Saxonice dicitur aet Stoce iuxta Scealdeburnan, ut ille habeat et possideat in suis diebus ; et post suos dies cuilibet haeredi uoluerit relinquat cum omnibus ad se pertinentibus in perpetuam libertatem, ab omnibus saecularibus rebus expeditas, excepta expeditione, et arcis et pontis constructione et conductione, pro perpetua libertate illius monasterii quae dicitur Tantum, in quo antea multa regalium tributorum iura consistebant, quo et illud monasterium equaliter ab omnibus regalibus et commitialibus tributis liberum et inmune perpetualiter permaneat. Si quis hanc nostram donationem et commutationem custodire et augere uoluerit, custodiat illum deus, et augeat sibi omnia bona praesentis et futurae uitae ; sin uero minuere uel infringere mala mente uoluerit, sciat se in horrendo illo die seueri examinis coram summo iudice ineuitabilem redditurum rationem, nisi hic prius digna emendauerit poenitentia. Haec autem cartula anno dominicae incarnationis .DCCCC.IIII. indictione .VII. scripta est, in illa uenatoria uilla quae Saxonice dicitur Bicanleag, coram ueredicis testibus quorum nomina subter caraxata sunt.

+ Ego Eadward rex. + Ego Aethelweard filius regis. + Ego Osferth frater regis. + Ego Plegmund archiepiscopus. + Ego Denulf episcopus. + Ego Asser episcopus. + Ego Wulfsige episcopus. + Ego Wighelm episcopus. + Ego Ceolmund episcopus. + Ego Ordlaf dux. + Ego Osulf dux. + Ego Beocca dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Wulfsige dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Byrnhelm dux. + Ego Withbord dux. + Ego Deormod dux. + Ego Beorhtelm minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfric minister. + Ego

Stricca minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Winoth minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Buga minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Uffa minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Sigric minister. + Ego Ceolstan minister. + Ego Cufa minister. + Ego Aetheric minister.

LXX

EADWEARD DE WESSEX, 904.

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo, cuius potestas nec crescit nec minuit, omnibusque praesentis uitae curriculis cotidie semper subterlabentibus ineuitabiliter uelint nolint cotidie subdentibus ! Quapropter ego Eadward, diuina indulgente clementia, Angul-Saxonum rex, omnia quaecunque dicta aut facta uel etiam pacta sunt in nostris temporibus relatui digna pro necessitate, animae meae, et pro communi nostra necessitate, necnon etiam subsequentis posteritatis nostrae, litterarum memoriae commendare procuraui, ne aut fusca obliuionis caligine oblitterata, uel incuria scriptorum et testium id agente ignorata, regnantibus post nos et suis optimatibus ad lites et contentiones de caetero deuenirent. Qua de re in hac cartula demonstrare conor quod ego cum consilio et consensu optimatum meorum, quorum nomina infra scripta sunt, libertatem illius monasterii quod Saxonice Tantun dicitur, cum omnibus ad se pertinentibus uillis, campis, siluis, pascuis, pratis, et piscium capturis, in sempiterno graphio in cruce Christi Denewulfo episcopo et illi uenerabili familiae in Wentana ciuitate commoranti, ab omnibus regalibus fiscalibus et commitialibus, necnon et ab omnibus mundialibus taxationibus expeditam, excepta expeditione, et arcis et pontis constructione, toto mentis affectu dedi ; ea conditione quo semper praefatum monasterium pertineat atque deseruiat episcopali sedi in Wintonia ciuitate sine ulla controuersia et sine disceptatione, nec in nostro tempore nec etiam ab ullo nostro successore, haec donatio commutetur aut uioletur in sempiternum. Sed et hoc alacri animo Christo concessi ut episcopi homines, tam nobiles quam ignobiles, in praefato rure degentes hoc idem ius in

omni haberent dignitate quo regis homines perfruuntur, regalibus fiscis commorantes, et omnium saecularium rerum iudicia ad usus praesulum exerceantur eodem modo quo regalium negotiorum discutiuntur iudicia. Praedictae etiam uillae mercimonium, quod Anglice quod tūnes cȳping appellatur, censusque omnis ciuilis, sanctae dei aecclesiae in Wintonia ciuitate sine retractionis obstaculo cum omnibus commodis aeternaliter deseruiat; erat namque antea in illo supradicto monasterio pastus unius noctis regi, et .VIII. canum, et unius caniculari pastus, et pastus nouem noctium accipitrariis regis, et quicquid rex uellet inde ducere usque ad Curig uel Willettun cum plaustris et equis, et si aduenae de aliis regionibus aduenirent, debebant ducatum habere ad aliam regalem uillam quae proxima fuisset in illorum uia. Ille quoque episcopus et illa uenerabilis familia michi .LX. manentes in illis illustribus locis quae Saxonice ita nominantur, id est .X. manentes aet Crauuancumbe, et .X. aet Cumbtune, et .XX. aet Bananwylle, .XX. quoque aet Stoce iuxta Scealdeburnan, perpetualiter in sempiterno graphio in cruce Christi pro praefati monasterii libertate ab omni regali censu et comitiali omnique mundana exactione equaliter expeditas, excepta expeditione, et arcis et pontis constructione, libenti animo condonauerunt. Hoc etiam sub diuino testamento praecipimus et imperamus, ne umquam aliqua commutatio uel uicissitudo illius nostrae donationis et confirmationis in utraque parte fiat, quamdiu illa christianitas in ista insula consistat. Si quis hanc nostram donationem et commutationem custodire et augere uoluerit, custodiat illum deus et augeat illi omnia bona praesentis et futurae uitae; sin uero, aliqua mala machinatione, minuere uel infringere uoluerit, sciat se ante celcissimi iudicis horribile tribunal rationem reddituruum in die iudicii, si non prius hic digna emendauerit poenitentia. Haec autem cartula scripta est anno dominicae incarnationis .DCCCC.IIII. indictione .VII. in uilla uenatoria quae Saxonice dicitur Bicanleag, coram idoneis testibus quorum nomina subsequenter scripta sunt.

+ Ego Eadward rex. + Ego Pleigmund archiepiscopus. + Ego Denewulf episcopus. + Ego Wulfsige episcopus. + Ego Aethelweard filius regis. + Ego Ordlaf dux. + Ego Osulf dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Aelfwald dux. + Ego Iohan presbyter. + Ego Werulf presbyter + Ego Tata presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Byrnstan presbyter. + Ego Searu presbyter.

+ Ego Wealda presbyter. + Ego Frithestan minister. + Ego Wighelm minister. + Ego Wihtbord minister. + Ego Deormod minister. + Ego Beorhthelm minister. + Ego Odda minister. + Ego Wulfred minister. + Ego Buga minister. + Ego Ealhmund minister. + Ego Aethelferth minister + Ego Wulfhelm minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Wulfric minister.

LXXI

EADWEARD DE WESSEX, 904

+ Post decessum primi parentis de paradiso, unde humana fragilitas indesinenter iacet pressa onere terrenae fragilitatis et grauedine mortalitatis, unde adhuc cernimus cotidie fugituae uitae tempora prosperis et aduersis causis consistere, rapidissimoque cursu annorum spatia et regnorum ubique gaudia finita nullo credenti ignotum esse autumo ; ideoque plurimorum definitum est consilio, apicum signis confirmanda atque roboranda quae incerta in futuro arbitrantur, et maxime omni hora oportet eorum exemplis esse instructos, qui quidem istis caducis temporalibusque diuitiis aeterna beatitudinis praemia adquirere posse indubitanter promiserunt. Quapropter ego Eadwardus, gratia dei, Occidentalium Saxonum rex, cum consensu omnium optimatum nostrorum, necnon et nostrae propriae uoluntati, curauimus litteris commendare, ne futura posteritas ignauia torpescens obliuiscens ea quae nunc moderni memoriae student commendare ; conuenit namque nobis, uidelicet me cum meis fidelibus, ut mutuaremus aliquam terrae partem cum uenerabili Denewulfo Wintoniae ciuitatis episcopo, necnon et illa uenerabili familia sub eius dominio degentibus, dedi et tradidi ei aliquam partem terrae iuris mei in loco qui uocatur publico nomine Waltham, ut habeat, teneat atque possideat cum campis, siluis, pratis et pascuis, et omnibus ad se pertinentibus ; et idcirco ut nostra facta firmius permaneant, etiam sapientes regni mei testes adhibui quorum nomina infra continentur. Sunt autem manentes illius terrae duo minus quam quadringita. Concessit et tradidit michi ille uenerabilis episcopus ex suo proprio iure aliquam partem terrae in loco

quod Porceastra uocatur, ut habeam, teneam atque possideam, et cuicumque haeredi post me uolo dimittam, cum campis, siluis, pratis, et pascuis, et omnibus ad se pertinentibus ; sunt autem illius manentes .XL. cassati. Et ut nostra mutuatio in utraque parte firma et stabilis permaneat, uolo ut illa terra quam uenerabili episcopo necnon et illi familiae tradidi, semper obediat atque deseruiat ad illam pontificalem sedem Wintoniae ciuitatis ; hanc autem donationem et commutationem in utramque partem ut stabilis et fixa permaneat absque ulla contradictione et retractione, signo et confirmo caractere sanctae crucis. Si quis autem hanc nostram donationem adaugere uoluerit, adaugeat ei deus omnia bona praesentis et futurae uitae ; si quis uero, quod absit, tyrannica fretus superbia nostram donationem siue commutationem infringere uel contraire uoluerit, sit anathema a sancta aecclesia, si non prius emendauerit digna satisfactione. Haec autem cartula scripta est anno incarnationis dominicae .DCCCC.III. indictione septima, in uilla uenatoria quae Saxonice dicitur Bicanleag, coram idoneis testibus quorum nomina subsequenter scripta sunt.

+ Ego Eadwardus rex. + Ego Plegmund archiepiscopus. + Ego Denewulf episcopus. + Ego Asser episcopus. + Ego Wulfsige episcopus. + Ego Aethelweard filius regis. + Ego Ordlaf dux. + Ego Osulf dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aelfwald dux. + Ego Heahferd dux. + Ego Iohan presbyter. + Ego Werulf presbyter. + Ego Tata presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Sedru presbyter. + Ego Walda presbyter. + Ego Frithestan diaconus. + Ego Wighelm diaconus. + Ego Wihtbord minister. + Ego Deormod minister. + Ego Beorhthelm minister. + Ego Odda minister. + Ego Wlferd minister. + Ego Buga minister. + Ego Ealhmund minister. + Ego Wlfstan minister. + Ego Aethelferd minister. + Ego Wlfhelm minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Wlfhere minister. + Ego Wlfric minister.

LXXII

L'ÉVÊQUE DENEWULF, 901-909

+ In nomine domini ! Ego Denewulfus episcopus indico Eadwardo regi domini meo de terra illa Beaddinctun, de qua egisti apud me,

ut ego eam tibi commodarem ; unde mi care nunc a conuentu Wintoniae obtinui, et apud seniores et apud iuniores, quod ipsi bono fauore concedunt michi ut eam tibi per cartam tradam quamdiu uiexeris, siue ad possidendum siue ad commodandum alteri cuicunque tibi magis placuerit. Huius terrae sunt .LXX. hidae, et est modo tota bene procurata, quae quando dominus meus michi eam tradidit omni pecunia caruit et pauperibus hominibus erat destitutum. Tunc ego ipse pecuniam meam in ea reparare studui, unde interim pauperes uixerunt, et nunc nos eam tibi libenter concedimus. Sed nunc familia ipsa expetit te ut post dies tuos loco suo iterum restituatur ; modo habetur ibi pecunia quantum pro hyeme residium fuit .IX. ueteres boues, et .IIII. et .C.XI. ueteres porci. et .L. arietes, praeter ius porcorum quos porcarii debent habere, et .XX. bacones. Non fuit ibi frumenti quid, nisi quantulum fuit praeparatum ad firmam episcopi ; sunt autem ibi .XC. acrae seminatae. Nunc uero rogamus, et ego ipse episcopus et tota familia Wincestriae, et hoc tibi ad elemosinam, quod pro amore dei et ipsius sanctae aecclesiae terram eiusdem loci amplius non expetas, quia uidetur eis rex tua necessaria praeceptio, quatinus nec tibi nec nobis deus debeat imputare hanc immunitionem diebus nostris actam, quia ibi affuit magna ex parte dei obtestatio eorum qui eandem terram eidem loco concesserunt.

LXXIII

EADWEARD DE WESSEX, 909

+ Summo atque aeterno rege aeternaliter regnante, atque omnia usibilia et inuisibilia ordinabiliter atque incommutabiliter dispensante et gubernante ! Intelligens omnia pene praeterita dicta uel facta quae in antecessorum nostrorum diebus euenerunt fuscae obliuioni tradita, nisi ea quae discrete et sapienter litterarum apicibus commendata sunt, coniiciensque praesentia et futura eodem modo labi, nisi praefato ordine litteratum caracteribus diligenter et studiose a praesentium et futurorum temporum regibus et praesulibus insignata fuerint ; quapropter ego Eaduuard, diuina indulgente clementia, Angulsaxonum rex, rogatus fui a meo dilecto episcopo

Frithestano territoria aecclesiae dei cui deseruiebat pertinentia nouis litterarum apicibus renouare et ueterum librorum monimenta, recenti recuperata auctoritate, restaurare; idcirco, uotis eius libenter obtemperans, renouare studui territorium illius telluris quae Alresford usitato dicitur uocabulo, praefato episcopo cathedram beatri Petri apostolorum principis Paulique eius co-apostoli praesidenti, uti Cenwald atque Ine, Egcbyrhtque mei antecessores domino nostro Ihesu Christo omnium rerum conditori aeterna concesserant libertate. Praefatum equidem rus pro stupro cuiusdam militis cui accomodatum fuerat ut censum singulis annis persolueret indictum, a praefata aecclesia iniuste abstractum nuper fuerat, sed Denawlf Uuentanae aecclesiae cathedram illo in tempore regens, pateram centum auri ciclis appendentem regi qui tunc temporis Angulsaxoniam regebat, licet non iuste, tribuit, et possessionem ad usus succedentium praesulum aecclesiae dei restituit. Praecauendo igitur ne tale periculum posteris futuro tempore miserabiliter eueniat, ego Eaduuardus, diuina largiente gratia, Angulsaxonum rex, et Plegmund Dorubernensis aecclesiae archiepiscopus, caeterique suffraganei quorum inferius uocabula notantur, in nomine almae trinitatis atque indiuiduae unitatis praecipimus, tam Frithestano eiusdem Wentanae sedis episcopo quam cunctis eius successoribus, ut nulli saecularium militum, nec ipsum rus, nec aliud aliquod ad aecclesiam dei pertinens, pro munere quolibet, ne talis perturbatio aecclesiae dei contingat ut per stuprum praefati militis contigit, dare uel accomodare praesumat. Qui autem temararius nefas interdictum praesumpserit, anathema sit, et auctoritate beati Petri, cuius possessio est, dampnatus intereat, nisi cum eiulatu magno cuod contra nostrum decretum abstulit poenitendo ante obitum suum restituerit. Haec cartula scripta est anno ab incarnatione domini DCCC.VIII. indictione .XII. Maneat igitur gratis terminis ueterum librorum manifestatione harum .XL^rum^. mansonium quantitas indissoluta, his testibus infra notatis unanimi consentientibus iudicio.

+ Ego Eaduuard rex hanc restaurationem a me renouatam signum sanctae crucis propria manu scribendo firmaui, quando episcopium Uuentanae ciuitatis in duas parochias diuisi. + Ego Plegmund archiepiscopus mellifluam donationem praefati regis subscripsi cum signaculo sanctae crucis. + Ego Frithestan episcopus cum consilio eiusdem regis hoc roboraui atque connexi cum triumpho aeterni regis. + Ego Wulfsige episcopus connexi et sub-

scripsi. + Ego Wighelm episcopus connexi et subscripsi. + Ego Celmund episcopus connexi et subscripsi. + Ego Aethelweard frater regis. + Ego Aethelstan filius regis. + Ego Aelfweard filius regis. + Ego Osferth dux consensi. + Ego Orlaf dux consensi. + Ego Beorhtulf dux consensi. + Ego Ordgar dux consensi. + Ego Heahferth dux consensi. + Ego Werulf presbyter. + Ego Ealhstan presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Ealhstan presbyter. + Ego Doormod minister. + Ego Withbrord minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Wulfheard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Uffa minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Athulf minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Wullaf minister. + Ego Buga minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Athelnoth minister. + Ego Wulfric minister.

LXXIV

EADWEARD DE VESSEX, 909

+ Regnante imperpetuum domino deoque nostro Ihesu Christo ! Cum omnis terrena potestas sicut flos cadere uisa est, et sicut foenum arescere, dicente apostolo ' Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre quid possumus ' ; ideo caducis rebus aeterna praemia mercanda sunt ! Quapropter Hemele comes dedit illam terram ubi ab incolis Hwitancyrice nominatur, hoc est .L. manentes. in honore sanctae trinitatis et omnium electorum eius, familiae sancti Petri quae est in Wintoniae ciuitate in haereditatem sempiternam, habendam et possidendam intus ad refectorium ; deinde rogauerunt episcopi eiusdem familiae eam accommodandam illis, et ipsi ita fecere, postea uero non potuerunt impetrare ab episcopis ; post longum uero tempus precati sunt Eadwardum regem, propter dei amorem et eiusdem familiae, et propter amorem parentum eius qui in eodem loco sunt dediti sepulturae, ut faceret eis iudicium rectum, propter suam misericordiam, de ipsa terra ; tunc idem Angulsaxonum rex necnon et eiusdem familiae episcopus Frithestan

recordati sunt terrenae potestatis quia misera est et fragilitis atque per interualla temporum motabilis, dedit eis illam terram in eandem libertatem qua data est a Hemele comite, cum siluis et campis, necnon et pratis, pascuis, piscatoriis, et aucupiis cum omnibus ad se pertinentibus, ea conditione, ut nullus episcopus acciperet eam, nec etiam ipsa familia eam alicui dare praesumeret, quamdiu homo super terram aut mundus cursum suum per diuersa temporum spatia peregerit. Hac ergo causa rescripsimus nouiter istum haereditarium librum, nescio quo casu perditum antiquum haereditarium librum non habebamus. Si quis autem post hoc antiquum librum inueniat et contra hanc nostram diffinitionem in propatulo adduxerit, ab omni christianitate extraneus sit et ad nichilum ualeat. Haec autem terra libera est ab omni regali et saeculari seruitute, necnon ab episcopali usu, praeter expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero regum, seu episcoporum de sacro ordine, uel laicorum, praesumptionis spiritu temptauerit hanc donationis meae kartulam auferre seu minuere, sciat se unusquique rationem redditurum in die iudicii, secundum opus suum et secundum eius rectitutidem. Si quis uero beniuolentia sit praeditus hoc roborare ac defendere studuerit, uoti compos ipse altithroni gloriam auscultat indefecta perennitate cum faustis angelorum agminibus. Haec cartula scripta est anno ab incarnatione domini .DCCCC.VIIII. indictione .XII. manente hac cartula in sua firmitate tempore perenni, sub testibus quorum hic nomina scripta reperiuntur.

+ Ego Eadweard rex hanc restaurationem a me factam signum sanctae crucis propria manu scribendo firmaui. + Ego Plegmund archiepiscopus mellifluam donationem praefati regis subscripsi cum signaculo sanctae crucis. + Ego Frithestan episcopus cum consilio eiusdem regis hoc roboraui atque connexi cum triumpho aeterni regis. + Ego Wulfsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ceolmund pontifex consensi et subscripsi. + Ego Aethelwerd frater regis. + Ego Aethestan frater regis. + Ego Aelfwerd filius regis. + Ego Osferth propinquus regis. + Ego Ordlaf dux. + Ego Beorhtulf dux. + Ego Beorhtulf dux. + Ego Osulf dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Wulfsie dux. + Ego Werulf presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Ealhstan presbyter. + Ego Deormod minister. + Ego Wihtbrord minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfwald minister. + Ego Aelfred

minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfheard minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Sigeric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Uffa minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aethelwerd minister. + Ego Buga minister. + Ego Athulf minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Wullaf minister. + Ego Beorhtric minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Wulfric minister.

LXXV

EADWEARD DE WESSEX, 909.

+ Ineffabili summo atque aeterno rege aeternaliter regnante, atque omnia uisibilia et inuisibilia ordinabiliter atque incommutabiliter dispensante et gubernante! Intelligens omnia pene praeterita dicta uel facta quae in antecessorum meorum diebus euenerunt fuscae obliuioni tradita, nisi ea quae discrete et sapienter litterarum apicibus commendata sunt, coniiciensque praesentia et futura eodem modo labi, nisi praefato ordine litterarum caracteribus diligenter et studiose a praesentium et futurorum temporum regibus et praesulibus insignata fuerint, quapropter ego Eadwardus, diuina indulgente clementia, Angulsaxonum rex, tempore quo diocesim Wentanae aecclesiae in duas diuisi parochias, obnixe rogatus fui a Frithestano, quem tunc praedictae aecclesiae episcopum constitueram, ut nouarum astipulatione litterarum sanctae aecclesiae testamenta, uti olim ab antecessoribus meis deuote tradita atque restaurata fuerant, confirmans renouarem ; ob aeternae beatitudinis praemium, et prosperum huius uitae excursum, terram quae Uferantune usitato dicitur uocabulo .xl. continens mansas, tribus in locis diremptas .xx. aet Uferantune cum silua et Taddlanleage huic ruri pertinente .xv. aet Wealtam .v. aet Braddanleage, ut a meis dudum supradictae Wintoniensi basilicae, reuerendae trinitati, eiusque apostolis Petro Pauloque perpetuo largitum fuerat donario ; ita hac noua cartula, cum meorum autoritate procerum, supradicto

praesule obtinente, roboratum, aeterna, humilis, restauro libertate. Sint autem haec quadripertita rura omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Maneat igitur haec nostra largiflua renouata dapsilitas uti fuerat fixa per aeuum. Si quis igitur hanc aecclesiae libertatem uiolare praesumpserit anathema sit et inferni cruciatibus adtritus infoelix intereat, nisi satisfaciendo ante obitum ueniam obtinuerit. Haec cartula scripta est anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi DCCCC.VIIII. indictione .XII.

+ Ego Eadward rex hanc restaurationem a me renouatam signum sanctae crucis propria manu scribendo firmaui. + Ego Plegmund archiepiscopus mellifluam donationem praefati regis subscripsi cum signaculo sanctae crucis. + Ego Frithestan episcopus cum consilio eiusdem regis hoc roboraui atque connexi cum triumpho regis aeterni. + Ego Wulfsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ceolmund episcopus consensi et subscripsi. + Ego Werulf presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Ealhstan presbyter. + Ego Deormod minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Wulfheard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfhem minister. + Ego Uffa minister. + Ego Aethelnoth minister.

LXXVI

EADWEARD DE WESSEX, vers 940.

+ Haec autem omnia quae secundum aecclesiasticam normam iusto decernuntur moderamine, quamuis proprium robur iure obtineant, tamen quia humanae uitae status euidenter incertus agnoscitur, paginis saltem uilibus pro ampliori firmitate roborata signantur. Quapropter ego Eadwardus, diuna indulgente clementia, Angulsaxonum rex rogatus fui a meo dilecto episcopo Frithestano, tempore quo diocesim Wentanae aecclesiae in duas diusi parochias, territoria aecclesiae dei cui deseruiebat pertinentia nouis litterarum apicibus renouare, et ueterum librorum monimenta recenti recuperata auctoritate restaurare. Idcirco, uotis eius libenter obtemperans,

renouare studui territorium illius telluris quae Uferantun appellatur .xl. continens mansas, tribus in locis diremptas, .xx. aet Uferantune cum silua aet Tadanleage .xv. aet Wealtham, et .v. aet Bradanleage, reuerendae trinitati beatoque apostolorum principi eiusque coapostolo Paulo, uti antecessores nostri priscis dederant temporibus renouando iterum deuotus aeterna largior haereditate. Sit igitur praefatum rus, cuius ego cum optimatum meorum consilio libertatem fideliter renouaui, aeterna iocundidate gloriosum, cum omnibus sibi rite pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis; expeditionis laborem, pontis arcisue restauratione tantummodo persoluat; alias iocundetur aeterna libertate. Si quis autem, diaboli pellectus instinctu, hanc perpetuam nostrae renouationis libertatem uiolare uel minuere audax praesumpserit, a sancta corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi communione, et sancta dei aecclesia ac sanctorum ommium contubernio segregatus, aeterna inferni miseria dampnatus intereat, si non satisfactione congrua humiliter correctus emendauerit quod contra nostrum tumidus deliquit decretum. His limitibus hoc rus circumdatur.

+ Ego Eadwardus rex hanc restaurationem a me renouatam signum sanctae crucis propria manu scribendo firmaui. + Ego Plegmund archiepiscopus mellifluam donationem praefati regis subscripsi cum signaculo sanctae crucis. + Ego Frithestan episcopus cum consilio eiusdem regis hoc roboraui atque connexi cum triumpho regis aeterni. + Ego Wulfsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ceolmund episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aetheluueard frater regis. + Ego Aethelstan filius regis. + Ego Aelfweard filius regis. + Ego Osferth dux. + Ego Ordlaf dux. + Ego Beorhtulf dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Werulf dux. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Ealhstan presbyter. + Ego Deormod minister. + Ego Witbrord minister + Ego Odda minister. + Ego Wullaf minister. + Ego Buga minister. + Ego Aelfwold minster + Ego Aelfweard minister. + Ego Wulfheard minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aethelnoth minister.

LXXVII

EADWEARD DE WESSEX, vers 910.

+ Clamante diuinae auctoritatis agiographo commonemur ut terrena praesentis saeculi lucra dantes coelestia aeternae beatidudinis emolumenta iugi indefessoque adquiramus labore ; ideoque incertum futuri temporis statum mutabilitatemque certis dinoscens indiciis, totis uiribus, prout posse dederit qui cuncta creauit, subnixe delibero ut redemptoris nostri possessionem aecclesiis iure delegatam in priorem sanctae religionis statum certis roborata litterulis medullitus consolidarem. Quapropter ego Eadweard, diuina indulgente clementia, Angulsaxonum rex, rogatus fui a meo dilecto episcopo Frithestano, tempore quo diocesim Wentanae aecclesiae in duas diuisi parochias, territoria aecclesiae dei cui deseruiebat pertinentia nouis litterarum apicibus renouare, et ueterum librorum monimenta, recenti recuperuta auctoritate, restaurare. Idcirco, uotis eius libenter obtemperans, renouare studui territorium illius telluris quae noto Cleran appellatur uocabulo quantitate constans .x. manentium, reuerendae trinitati beatoque Petro apostolorum principi eiusque coapostolo Paulo, uti antecessores nostri priscis dederant temporibus, renouando iterum deuotus aerterna largior haereditate. Sit igitur praefatum rus, cuius ego cum optimatum meorum consilio libertatem fideliter renouaui, aeterna iocundidate gloriosum, cum omnibus sibi rite pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis ; expeditionis laborem, pontis arcisue restauratione tantummodo persoluat ; alias iocundetur aeterna libertate. Si quis autem, diaboli pellectus instinctu, hanc perpetuam nostrae renouationis libertatem uiolare uel minuere audax praesumpserit, a sancta corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi communione, et sancta dei aecclesia ac sanctorum omnium contubernio segregatus, aeterna inferni miseria dampnatus intereat, si non satisfactione congrua humiliter correctus emendauerit quod contra nostrum tumidus deliquit decretum. His limitibus hoc rus circumdatur...

+ Ego Eadwardus rex hanc restaurationem a me renouatam signum sanctae crucis propria manu scribendo firmaui. + Ego Plegmund archiepiscopus mellifluam donationem praefati regis

subscripsi cum signaculo sanctae crucis. + Ego Frithestan episcopus cum consilio eiusdem regis hoc roboraui atque connexi cum triumpho regis aeterni. + Ego Wulfsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ceolmund episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelweard frater regis. + Ego Aethelstan filius regis. + Ego Aelfweard filius regis + Ego Osferth dux. + Ego Ordlaf dux. + Ego Beorhtulf dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Werulf presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Ealsthan presbyter. + Ego Deormod minister. + Ego Withbrord minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wlfheard minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wlfhelm minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wulfhun minister. + Ego Athulf minister. + Ego Wullaf minister. + Ego Buga minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aathelnoth minister.

LXXVIII

EADWEARD DE WESSEX, vers 910

+ Clamante diuinae auctoritatis agiographo commonemur ut terrena praesentis saeculi lucra dantes coelestia aeternae beatitudinis emolumenta iugi indefessoque adquiramus labore; ideoque incertum futuri temporis statum mutabilitatemque certis dinoscens indiciis, totis uiribus, prout posse dederit qui cuncta creauit, subnixe delibero ut redemptoris nostri possessionem aecclesiis iure delegatam in priorem sanctae religionis statum certis roborata litterulis medullitus consolidarem. Quapropter ego Eadwardus, diuina indulgente clementia, Angulsaxonum rex, rogatus fui a meo dilecto episcopo Frithestano territoria aecclesiae dei cui deseruiebat pertinentia nouis litterarum apicibus renouare, et ueterum librorum monimenta, recenti recuperata auctoritate, restaurare. Idcirco, uotis eius libenter obtemperans, renouare studui territorium illius telluris quae noto Crawanlea appellatur uocabulo quantitate .xx. et .viii. constans manentium .xx. scilicet aet Crawanlea, et .viii. in Hundatune reuerendae trinitati, beatoque apostolorum principi

eiusque coapostolo Paulo, uti antecessores nostri priscis dederant temporibus, renouando iterum deuotus aeterna largior haereditate. Sit igitur praefatum rus, cuius ego, cum optimatum meorum consilio, libertatem fideliter renouaui, aeterna iocunditate gloriosum, cum omnibus sibi rite pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis; expeditionis laborem, pontis arcisue restauratione tantummodo persoluat; alias iocundetur aeterna libertate. Si quis autem, diaboli pellectus instinctu, hanc perpetuam nostrae renouationis libertatem uiolare uel minuere audax praesumpserit, a sancta corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi communione, et sancta dei aecclesia ac sanctorum omnium contubernio segregatus, aeterna inferni miseria dampnatus intereat, si non satisfactione congrua humiliter correctus emendauerit quod contra nostrum tumidus deliquit decretum. His limitibus hoc rus circumdatur....

+ Ego Eadwardus rex hanc restaurationem a me renouatam signum sanctae crucis propria manu scribendo firmaui. + Ego Plegmund archiepiscopus mellifluam donationem praefati regis subscripsi cum signaculo sanctae crucis. + Ego Frithestan episcopus cum consilio eiusdem regis hoc roboraui atque connexi cum triumpho regis aeterni. + Ego Wulfsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ceolmund episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelweard episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan filius regis. + Ego Aelfweard filius regis. + Ego Osferth dux. + Ego Ordlaf dux. + Ego Beorhtulf dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Heahferth dux. + Ego Werulf presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Beornstan presbyter. + Ego Ealhstan presbyter. + Ego Deormod minister. + Ego Withbrord minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Wulfheard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Uffa minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Athulf minister. + Ego Wulfhum minister. + Ego Wullaf minister. + Ego Buga minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Wulfric minister.

LXXIX

L'ARCHEVÊQUE WULFHELM, 923

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.XXIII. Wlfelmus archiepiscopus comparauit undecim agros mille denariis puri argenti iuxta stratam quae dicitur Ealdanstrate, in occidente Haeuuiningland, in aquilone Cingesdic. Item comparaui quosdam agros qui ab incolis nominantur Wadland, et Wlfrethingland, iuxta locum qui nominatur Ritherceap. Hiis terminis circumdatur praenominata terra. In oriente, publica strata; in australi parte, terra Brihtulfi; in occidente, ciuitas Doroberniae; in acquilone, Burhuuare bocaceras.

LXXX

AETHELSTAN, 926

+ In nomine domine nostri Ihesu Christi! Cuncta quae humanis optutibus caducarum molimina rerum liquide uidentur decidunt; quae uero abdita inuisaque sunt aeterni arbitris moderamine perpetualiter constare: haud dubium est his quae illa adipisci, largiflua dei largiente gratia, atque mercari posse merentibus diuina scripturarum documenta pollicentur. Quapropter ego Aethelstanus Angulsaxonum rex non modica infulatus sublimatus dignitate, superno instigatus desiderio, fideli meo Ealdredo ministro terram quae nuncupatur Cealhgræfan et Teobbanwyrthe .V. manentium quam propria condignaque pecunia, id est .X. libris inter aurum et argentum a paganis emerat, iubente Eadwardo rege necnon et duce Aethelredo cum caeteris comitibus atque ministris iniuriis, haere ditari libertatem concedens donabo habendam possidendamque quamdiu uixerit; et post obitum suum quibuscumque sibi placitis haeredibus dare uoluerit. Hii sunt termini huius praefatae terrae.... Sit autem haec praefata terrae donatio ab omni saeculari onere libera, praeter expeditionem et arcis pontisue constructionem, pro competenti pecunia quam ego accepi ab eo, id est .C.L. mancas de puro auro.

Si quis uero hanc largitionis munificentiam, arrepto procacitatis stimulo, infringere uel mutare aut minuere temptauerit, sciat se in illa magni examinis die cum poli cardines terraeque fundamenta simul et infernorum ima pauitando contremescent latibula, quum uniuscuiusque patebit opus et conscientia siue bonom siue malum quod gesserit, si non prius satisfactione emendauerit. Anno ab incarnatione emendauerit. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XXVI. indictione .XIIII. This sind tha land the Aethelstan cyng gebocade Ealdred with his claene feo on thas gewitnesse the her on sind.

+ Ego Aethelstanus rex fundamine sanctae crucis subarraui. + Ego Wulfhelm archiepiscopus subscripsi. + Ego Wensige episscopus consensi et subscripsi. + Ego Theodred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Beorneah episcopus consensi et subscripsi. + Ego Sigelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadgar episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aella episcopus consensi et subscripi. + Ego Cyneferth episcopus consensi et subscripi. + Ego Ordgar dux consensi et subscripi. + Ego Aelfwald dux consensi et subscripsi. + Ego Osferth dux consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar dux consensi et subscripsi. + Ego Wulfhelm discifer regis. + Ego Aelfred minister consensi et subscripsi. + Ego Ceolstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Eadulf minister consensi et subscripsi. + Ego Healmstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfred minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelm minister consensi et subscripsi.

LXXXI

AETHELSTAN, 927

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.XXVII. Ego Aethelstanus rex pro remuneratione aeternae salutis, et pro salute mea et animae patris mei Eaduuardi, proque reuerentia et honore archisacerdotis Wlfelmi, concedo aecclesiae Christi in Dorobernia et familiae in eadem Christo omnipotenti seruienti ad suffragium eiusdem, terram

iuris mei in Cantia sitam supra mare, nomine Folcustan, ubi quondam fuit monasterium et abbatia sanctarum uirginum, ubi etiam sepulta est sancta Eansuuitha Quapropter ego Aethelstanus monarchus totius Britanniae cogitaui de illo loco et de seruitio Christi et sanctae Mariae matris eius quod olim in eodem loco fieri solebat, antequam pagani destruxissent locum illum, dedi eundem locum aecclesiae Christi, ut seruitium quod ita fieri solebat restituatur. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram donationem, elationis habitu cedens, infringere temptauerit, a deo separatus fiat consors malignorum spirituum, nisi pura emendatione emendauerit. Sit autem praedicta terra libera ab omni mundiali obstaculo cum omnibus rite ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis; exceptis expeditione, pontis arcisue aedificatione.

+ Ego Aethelstanus rex signo crucis confirmaui. + Ego Wlfelmus Dorobernensis archiepiscopus donationem regis trophaeo crucis consignaui. + Ego Theodredus episcopus Londoniensis subscripsi. + Ego Aelfegus Wintoniensis episcopus subscripsi. + Ego Oda Scirburnensis episcopus subscripsi. + Ego Wlgarus dux subscripsi.

LXXXII

AETHELSTAN, 931

+ Flebilia fortiter detestanda totillantis saeculi piacula, diris obscoenae horrendaeque mortalitatis circumsepta latratibus, non nos patria indeptae pacis securos, sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros, prouocando ammonent ut ea toto mentis conamine cum casibus suis non solum despiciendo sed etiam uelut fastidiosam melancoliae nausam abominando, fugiamus, tendentes ad illud euangelicum, ‘ Date, et dabitur uobis. ’ Qua de re infima quasi peripsema quisquiliarum abiiciens, superna ad instar praetiosorum monilium eligens, animum sempiternis in gaudiis figens, ad adipiscendam mellifluae dulcedinis misericordiam, perfruendamque infinitae laetitiae iocunditatem, ego Aethelstanus rex Anglorum, per omnipatrantis dextram totius Britanniae regni solio sublimatus, quandam telluris particulam meo fideli abbati Aelfrico, id est decem

cassatarum, in locis quae solicolae aet Cleran uocitant, tribuo, ut ille eam, sine iugo detestandae seruitutis, cum pratis, pascuis, siluis, riuulis, omnibusque ead eam utilitatibus rite pertinentibus, liberaliter ac aeternaliter, quandiu uerberanti ocellorum conuolatu auraque spirabili potiatur, habeat; et post generalem, qui omnibus certus incertusque homunculis constat, transitum, cuicunque successionis haeredi uoluerit imperpetuum derelinquat. Praedicta siquidem tellus his terminis circumcincta clarescit... Sit autem, quod non optamus, aliquis, diabolico inflatus spiritu, hanc meae compositionis ac confirmationis breuiculam demere, infringere, ad nichilum deducere, temptauerit, sciat se nouissima ac magna examinationis die, tuba perstrepente archiangeli, bustis sponte dehiscentibus, somata diu fessa relinquentibus, elementis omnium creaturarum pauefactis, cum Iuda proditore, qui a satoris prosato filius perditionis dicitur, aeterna confusione edacibus innumerabilium tormentorum [flammis] periturum Huius namque a deo dominoque Ihesu Christo inspiratae atque inuentae uoluntatis scedula, anno dominicae incarnationis nongentesimo primo, regni uero gratis michi commissi septimo, indictione quarta, epacta nulla, concurrente quinto, decimis Aprilis kalendis, luna rotigerae uagationis trigesima, in uilla omnibus notissima quae Colenceaster nuncupatur, episcopis, abbatibus, ducibus, patriae procuratoribus regia dapsilitate ouantibus, perscripta est, cuius etiam inconcussae firmitatis auctoritas his testibus roborata constat quorum nomina subtus karacteribus depicta annotantur.

+ Ego Aethelstanus singularis priuilegii monarchia praeditus rex, huius indiculi soliditatem cum signo sanctae et semper amandae crucis corroboraui et subscripsi + Ego Wulfhelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Eo Aelfwine episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cuman episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah episcopus consensi et subscripsi. + Ego Frithestan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cenwald episcopus consensi et subscripsi. + Ego Winsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Theodred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cyneferth episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadweard episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cynesige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aescbyrt episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wired episcopus consensi et subscripsi. + Ego Sigelm epi-

scopus consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Osferth dux consensi et subscripsi. + Ego Ecsbyrht dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan dux consensi et subscripsi. + Ego Uhtred dux consensi et subscripsi. + Ego Ealdred dux consensi et subscripsi. + Ego Uhtred dux consensi et subscripsi. + Ego Guthrum dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfred dux consensi et subscripsi. + Ego Durum dux consensi et subscripsi. + Ego Haverd dux consensi et subscripsi. + Ego Regenwold dux consensi et subscripsi. + Ego Had dux consensi et subscripsi. + Ego Scule dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfric abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadwine abbas consensi et subscripsi. + Ego Seaxhelm abbas consensi et subscripsi. + Ego Aethelmund minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfhere minister consensi et subscripsi. + Ego Witgar minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelwold minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi. + Ego Wulgar minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfmer minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfbold minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfnoth minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Aetheweard minister consensi et subscripsi. + Ego Eadelm minister consensi et subscripsi. + Ego Eadulf minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfhere minister consensi et subscripsi. + Ego Eadsige minister consensi et subscripsi. + Ego Odda minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar minister consensi et subscripsi. + Ego Sigered minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan minister consensi et subscripsi. + Ego Eadmund minister consensi et subscripsi. + Ego Eadweard minister consensi et subscripsi. + Ego Ordeah minister consensi et subscripsi + Ego Ordgar minister consensi et subscripsi. + Ego Eadred minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Sigeferth minister consensi et subscripsi. + Ego Sydeman minister consensi et subscripsi. + Ego Sigemer minister consensi et subscripsi. + Ego Aethred minister consensi et subscripsi. + Ego Eadred minister consensi et subscripsi. + Ego Syeweard minister consensi et subscripsi. + Ego Aethered minister consensi et subscripsi. + Ego Sigered minister consensi et subscripsi. + Ego Sigewold

minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan minister consensi et subscripsi.

LXXXIII

AETHELSTAN, 931

+ Flebilia fortiter detestanda totillantis saeculi piacula, diris obscoenae horrendaeque mortalitatis circumsepta latratibus, non nos patria indeptae pacis securos, sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros, prouocando ammonent ut ea toto mentis conamine cum casibus suis, non solum despiciendo sed etiam uelut fastidiosam melancoliae nausiam abhominando, fugiamus, tendentes ad illud euangelicum, ' Date, et dabitur uobis. ' Qua de re, infima quasi peripsema quisquiliarum abiiciens, superna ad instar praetiosorum monilium eligens, animum sempiternis in gaudiis figens, ad nanciscendam mellifluae dulcedinis misericordiam perfruendamque infinitae laetitiae iocunditatem, ego Aethelstanus rex Anglorum, per omnipatrantis dexteram totius Britanniae regni solio sublimatus, quandam telluris particulam meo fideli ministro Aelfrico, id est .xx. cassatorum in loco quem solicolae aet Weeclesford uocitant, tribuo, ut ille eam, sine iugo detestandae seruitutis, cum pratis, pascuis, riuulis, omnibusque ad eam utilitatibus rite pertinentibus, liberaliter ac aeternaliter, quamdiu uiuat, habeat ; et post generalem, qui omnibus certus incertusque homunculis constat, transitum, cuicumque successionis haeredi uoluerit in perpetuum derelinquat. Praedicta siquidem tellus his terminis circumcincta clarescit... Si autem, quod absit, aliquis, diabolico inflatus spiritu, hanc meae donationis breuiculam infringere temptauerit, sciat se nouissima ac magna examinationis die cum Iuda proditore suisque impiis complicibus aeterna confusione edacibus Acherontis perituruum flammis. Huius namque inuentae uoluntatis scedula in uilla omnibus notissima quae Worthig nuncupatur, tota plebis generalitate ouante, perscripta est ; quaeque scriptio anno dominicae incarnationis DCCCC.XXXI. regni uero gratis mihi commissi .VII°. indictione .IIII^a^. epacta .X^a^. concurrente .VI^a^. duodecimo Iulii kalendas, luna etiam .XII^a^. digitulis caraxata est, cuius necnon inconcussae firmi-

tatis auctoritas testibus roborata constat quorum nomina subtus caracteribus depicta annotantur.

+ Ego Aethelstanus singularis priuilegii gerarchia praeditus rex huius indiculi fu|cimentum cum signo sanctae semperque amandae crucis corroboraui et subscripsi. + Ego Wulfhelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracencis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Huwal subregulus consensi et subscripsi. + Ego Iuthwal subregulus consensi et subscripsi. + Ego Morcant subregulus consensi et subscripsi. + Ego Eugenius subregulus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwius episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cenwald episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfhaeh episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cunan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Benedictus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Winsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Thiodred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Odo episcopus consensi et subscripsi. + Ego Biornstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfhun episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cynsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfhelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cyneferth episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aescberht episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wired episcopus consensi sensi et subscripsi. + Ego Osferd dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfwald dux consensi et subscripsi. + Ego Aescberht dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan dux consensi et subscripsi. + Ega Hutred dux consensi et subscripsi. + Ego Urm dux consensi et subscripsi. + Ego Guthrun dux consensi et subscripsi. + Ego Hath dux consensi et subscripsi. + Ego Scule dux consensi et subscripsi. + Ego Ealdred dux consensi et subscripsi. + Ego Uhtred dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfric abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadwine abbas consensi et subscripsi. + Ego Aethelnoth abbas consensi et subscripsi. + Ego Biorhsige abbas consensi et subscripsi. + Ego Odda minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfheh minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige minister consensi et subcripsi. + Ego Wihtgar minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelmund minister consensi et subscripsi. + Ego Aethel-

noth minister consensi et subscripsi. + Ego Eadnoth minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelsige minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfhelm minister consensi et subscripsi. + Ego Wiglaf minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan minister consensi et subscripsi. + Ego Wilferth minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelferth minister consensi et subscripsi.

LXXXIV

AETHELSTAN, 931

+ Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura, dicens, ' Nudus egressus sum ex utero matris meae, et nudus reuertar illuc ; ' et iterum, ' Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus ' Quapropter lubrici potentatus non immemor, ego Aethelstan, Christo conferente, rex et primicerius tocius Albionis regis fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam .v. comparatam cassatis cui uocabulum, certa astipulatione, Swynford profertur, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi in loco qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat. Sit autem praedicta tellus, quam ego cum consensu optimatum meorum praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem, laruarico instinctus spiritu, hoc donum uiolare uel inmutare praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis baratri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. Termini uero huius praefatae telluris in libro qui ad Cumanoran pertinet scripta habentur. Scripta est siquidem haec cartula anno dominicae incar-

nationis .DCCCC⁰.XXXI⁰. indictione .IIII. cuius etiam inconcussae firmitatis auctoritas his testibus roborata constat, quorum nomina subtus annotantur.

+ Ego Aethelstanus singularis priuilegii monarchia praeditus rex huius syngraphae fulcimentum cum signo sanctae crucis corroboraui. + Ego Wulfelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwine episcopus adquieui. + Ego Byrnstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Sighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cenwald episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah episcopus consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfric abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadwine abbas consensi et subscripsi. + Ego Byrhsige abbas consensi et subscripsi. + Ego Osferth dux subscripsi. + Ego Aelfwold dux concensi et subscripsi. + Ego Ealdred dux consensi et subscripsi. + Ego Aescbriht dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan dux consensi et subscripsi. + Ego Oda minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfheh minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi. + Ego Godesscealc sacerdos minister.

LXXXV

AETHELSTAN, 931

+ Flebilia fortiter detestanda totillantis saeculi piacula, diris obscoenae horrendaeque mortalitatis circumsepta latratibus, non nos patria indeptae pacis securos, sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros, prouocando ammonent ut ea toto mentis conamine cum casibus suis, non solum despiciendo sed etiam uelut fastidiosam melancoliae nausiam abhominando fugiamus, tendentes ad illud euangelicum, ‘ Date, et dabitur uobis.’ Qua de re, infima quasi peripsema quisquiliarium abiiciens, superna ad instar praetiosorum monilium eligens, animum sempiternis in gaudiis figens, ad nanciscendam mellifluae dulcedinis misericordiam perfruendamque

infinitae laetitiae iocunditatem, ego Aethelstanus rex Anglorum, per omnipatrantis dexteram totius Britanniae regni solio sublimatus, quandam telluris particulam meo fideli ministro Wulfnotho, id est .vi. cassatorum in loco quem solicolae aet Bulweswurthe uocitant, tribuo, ut ille eam sine iugo detestandae seruitutis, cum pratis, pascuis, siluis, riuulis omnibusque ad eam utilitatibus rite pertinentibus liberaliter ac aeternaliter, quamdiu uiuat habeat ; et post generalem, qui omnibus certus incertusque homunculis constat. transitum cuicumque successionis haeredi uoluerit in perpetuum derelinquat. Praedicta siquidem tellus his terminis circumcincta clarescit. Aerest on thone ealdan triōwstede ; thonne on rugan slǣd ; andlang slǣdes oth thaes furlanges aende ; thonne on rugan biorg middewiardne ; thaet of rugan biorge on hafoces pyt ; ondlang rithe thaet on thone paethe the līth thwyres. Si autem, quod non optamus, aliquis diabolico inflatus spiritu, hanc meae compositionis ac confirmationis breuiculam infringere uel elidere temptauerit, sciat se nouissima ac magna examinationis die, stridula clangente archangeli buccina, bustis sponte dehiscentibus somata diu fessa relinquentibus, omnibus pauefactis creaturis, cum Iuda proditore, qui a satoris prosato filius perditionis dicitur, aeterna confusione edacibus innumerabilium tormentorum flammis perituru m. Huius namque deo dominoque Ihesu Christo inspiratae atque inuentae uoluntatis scedula anno dominicae incarnationis .DCCCC°.XXXI°. regni uero gratis mihi commisso septimo, indictione .IIII^a^. epacta nulla, concurrente .v. idus .VII. luna .XX^a^VIII^a^. in uilla regali quae aet Welowe nuncupatur episcopis, abbatibus, ducibus, patriae procuratoribus, regia dapsilitate ouantibus, perscripta est. Cuius etiam inconcussae firmitatis auctoritas his testibus roborata constat, quorum nomina subtus caracteribus depicta annotantur.

+ Ego Aethelstanus singularis priuilegii monarchia praeditus rex huius syngraphae fulcimentum cum signo sanctae semperque amandae crucis corroboraui et subscripsi + Ego Wulfhelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwine episcopus consensi et subcripsi. + Ego Byrnstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Sighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cenwald episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah episcopus consensi et sub-

scripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Alfric abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadwine abbas consensi et subscripsi. + Ego Byrhsige abbas consensi et subscripsi. + Ego Osferth dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfwold dux consensi et subscripsi. + Ego Ealdred dux consensi et subscripsi. + Ego Aescbryht dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan dux consensi et subscripsi + Ego Odda minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi.

LXXXVI

AETHELSTAN, 931

+ Ego Aethelstan, Christo conferente, rex et primicerius tocius Albionis regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii aliquantulam ruris particulam .xv. comparatam cassatis cui uocabulum, certa astipulatione, profertur Sandford, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi in loco qui dicitur Abbandun ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat. Sit autem praedicta tellus, quam ego cum consensu optimatum meorum praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem, laruarico instinctus spiritu, hoc donum uiolare immutarueue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. Termini uero huius praefatae telluris in libro qui ad Cumenoran pertinet scripta habentur. Scripta est siquidem haec cartula anno dominicae incarnationis .DCCCC.XXXI. indictione .IIII. cuius etiam

inconcussae firmitatis auctoritas his testibus roborata constat, quorum nomina subtus annotantur.

+ Ego Aethelstanus singularis priuilegii monarchia praeditus rex huius syngraphae fulcimentum cum signo sanctae crucis corroboraui. + Ego Wulfelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwine episcopus adquieui. + Ego Byrnstan episcopus consensi et subscripsi + Ego Sighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cenwald episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah episcopus consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfric abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadwine abbas consensi et subscripsi. + Ego Byrhsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Osferth dux subscripsi. + Ego Aelfwold dux consensi et subscripsi. + Ego Ealdred dux consensi et subscripsi. + Ego Aescbriht dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan dux consensi et subscripsi. + Ego Oda minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfheh minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi. + Ego Godesscealc sacerdos minister.

LXXXVII

AETHELSTAN, 932

+ Flebilia fortiter destestanda totillantis saeculi piacula, diris obscenae horrendaeque mortalitatis circumsepta latratibus, non nos patria indeptae pacis securos, sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros, prouocando ammonent ut ea toto mentis conamine cum casibus suis, non solum despiciendo uerum etiam uelut fastidiosam melancoliae nausiam abominando fugiamus, tendentes ad illud euuangelicum, 'Date, et dabitur uobis.' Qua de re, infima quasi peripsema conquisquiliarum abiiciens, superna ad instar praetiosorum monilium eligens, ad nanciscendam mellifluae dulcedinis misericordiam perfruendamque infinitae laetitiae iocun-

ditatem, ego Aethelstanus rex Anglorum, per omnitenentis dexteram totius Britanniae regni solio sublimatus, quandam telluris particulam meo fideli ministro Aethelgeardo, id est duodecim cassatarum in loco quem solicolae aet Meone uocitant, tribuo, ut ille eam sine iugo exosae seruitutis cum pratis, pascuis, siluis, riuulis, omnibusque ad eam utilitatibus rite pertinentibus, quamdiu ocellorum conuolatu auraque spirabili buccis naribusque potiatur, habeat; et post generalem qui omnibus certus incertusque homunciis constat transitum, liberaliter ac aeternaliter cuicumque successionis haeredi uoluerit imperpetuum derelinquat. Praedicta siquidem tellus his terminis circumcincta clarescit... Sit autem, quod absit, aliquis, tipho supercilio turgens, hanc meae compositionis ac firmationis breuiculam elidere uel infringere temptauerit, sciat se nouissima ac magna examinationis die classica clangente archiangeli salpicae, bustis sponte dehiscentibus somata iam rediuina relinquentibus, cum Iuda proditore, qui a satoris prosato filius perditionis dicitur, impiisque indies Christum blasphemantibus, aeterna confusione edacibus ineffabilium tormentorum flammis periturum. Huius namque a deo dominoque Ihesu Christo inuentae atque inspiratae uoluntatis scedula anno dominicae incarnationis DCCCC°.XXX°.II°. regni uero michi commissi .VIII°. indictione .II^a^. epacta .XI^a^. concurrente septimo, tertiis Semptembris kalendis, luna rotigerae uagationis .XX^a^.II^a^. in uilla nobilissima quae Middeltun nuncupatur, episcopis, abbatibus, ducibus, patriae procuratoribus, regia dapsilitate ouantibus, perscripta est; cuius etiam inconcussae firmitatis auctoritas his testibus roborata constat quorum nomina subtus caracteribus depicta annotantur.

+ Ego Aethelstanus singularis priuilegii ierarchia praeditus rex huius indiculo fulcimentum cum signo sanctae semperque amandae crucis corroboraui et subscripsi. + Ego Wulfhelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus corroboraui et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Howel subregulus consensi et subscripsi. + Ego Iuthwal subregulus consensi et subscripsi. + Ego Morcant subregulus consensi et subscripsi. + Ego Wurgeat subregulus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwine episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Ceanwald episcopus consensi et subscripsi. + Ego Theodred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Beornstan episcopus consensi et sub-

scripsi. + Ego Winsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Sigelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah episcopus consensi et subscripsi. + Ego Kyneferth episcopus consensi et subscripsi. + Ego Tidelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cunan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Mancant episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cynsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aescberht episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wireth episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfric episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadwine abbas consensi et subscripsi + Ego Aethelnoth abbas consensi et subscripsi. + Ego Beorhsige abbas consensi et subscripsi. + Ego Seaxhelm abbas consensi et subscripsi. + Ego Aelfwald dux consensi et subscripsi. + Ego Osferth dux consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan dux consensi et subscripsi. + Ego Aethelred dux consensi et subscripsi. + Ego Uhtred dux consensi et subscripsi. + Ego Thesberd dux consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan dux consensi et subscripsi. + Ego Uhtred dux consensi et subscripsi. + Ego Guthrum dux consensi et subscripsi. + Ego Urm dux consensi et subscripsi. + Ego Regnwald dux consensi et subscripsi. + Ego Hatel dux consensi et subscripsi. + Ego Scule dux consensi et subscripsi. + Ego Thurhferth dux consensi et subscripsi. + Ego Imper dux consensi et subscripsi. + Ego Odda minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelwald minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfhere minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Witgar minister consensi et subscripsi. + Ego Swithluf minister consensi et subscripsi. + Ego Winsige minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfric minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelweard minister consensi et subscripsi. + Ego Aelferth minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfhelm minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelbriht minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfwald minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelwald minister consensi et subscripsi. + Ego Biornulf minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar minister consensi

et subscripsi. + Ego Wulfnoth minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfmer minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfbold minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfric minister consensi et subscripsi. + Ego Ceolstan minister consensi et subscripsi. + Ego Wulflaf minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfnoth minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelmund minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelsige minister consensi et subscripsi. + Ego Wigferth minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelferth minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelferth minister consensi et subscripsi. + Ego Hunlaf minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfhelm minister consensi et subscripsi. + Ego Ealhstan minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfhelm minister consensi et subscripsi. + Ego Coyreth minister consensi et subscripsi. + Ego Cuthberht minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelferth minister consensi et subscripsi. + Ego Oswig minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelric minister consensi et subscripsi.

LXXXVIII

AETHELSTAN, 932,

+ Regnante uniuersorum modulatore regnorum Christo Ihesu in saecula saeculorum ! Quoniam regum bonorum et principum iustorum qui iusticiam et misericordiam in diebus suis custodientes deo placuerunt, et propterea foeliciter regnauerunt, et pacem omni populo suo multiplicauerunt, atque hostes deuicerunt, necnon et aecclesias dei ditauerunt, et caetera bonitatis opera impleuerunt, regibus posterioribus et principibus eorum sequenda sunt exempla, ut etiam et ipsi foeliciter regnare, et populum in pace gubernare, atque hostes expugnare, et quod foelicius est, post bonum finem coelestia regna mereantur intrare. Proinde ego Aethelstanus, gratia dei, rex Anglorum, cupiens haereditatem in regno Christi et dei habere libertatem uillae quae famoso nomine ab Anglis Duntun

appellatur quae ad sedem episcopalem Wentanae aecclesiae pertinet, in nomine sanctae trinitatis sanctaeque Mariae, necnon et beatorum apostolorum Petri et Pauli, pro redemptione animae meae et pro salute omnium priorum regum et futurorum, et pro tocius populi christiani, seu uiuentis uel defuncti, in gente Anglorum, deuotissime renouo, atque in omnibus rebus, magnis et modicis, stabilio, quemadmodum Cyneuualh rex quem sanctus Byrinus, primus Saxonum episcopus, baptizauit, instituit, et corroborauit; adiurans per omnipotentem maiestatem dei et gloriam et resurrectionem omnium sanctorum eius, ut nullus regum aut principum quibuslibet temporibus hanc nostram renouationem praesumat uiolare aut mutare seu minorare, ne forte suppliciis sempiternis inferni sine fine dampnetur. Praetitulata uero telluris circuitio his circumgyratur limitibus... Igitur anno dominicae incarnationis .DCCCC.V. regni uero gratis michi commissi primo, supradictae uillulae libertas renouata fuit .c. uidelicet mansarum quantitas ; episcopis, abbatibus, ducibus, procuratoribus, et cunctis Anglorum principibus regia dapsilitate ouantibus, atque maledictionem aeternam imponentibus, huic libertati uiolatoratibus ; pacem quoque et uitam aeternam obtantes huic ipsi libertati piis fautoribus ; cuius etiam inconcussae firmitatis auctoritas his testibus roborata constat, quorum nomina stilus praesens hoc ordine declarat.

+ Ego Aethelstanus rex Anglorum hanc libertatis renouationem cum signo sanctae crusis corroboraui. + Ego Wulfelmus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfstanus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwine episcopus consensi et subscripsi. + Ego Sighelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Byrnstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cyneferth episcopus consensi et subscripsi. + Ego Theodred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfhun episcopus consensi et subscripsi. + Ego Cenwald episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfric abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadwine abbas consensi et subscripsi. + Ego Aethelnoth abbas consensi et subscripsi. + Ego Byrhsige abbas consensi et subscripsi. + Ego Seaxhelm abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadred abbas consensi et subscripsi. + Ego Osferth dux. + Ego Aelfwold dux. + Ego Ealdred dux. + Ego Uhtred dux.

+ Ego Aescbryht dux. + Ego Aelfstan dux. + Ego Uhtred dux. + Ego Guthorum dux. + Ego Odda minister consensi. + Ego Wulfhem minister consensi. + Ego Buga minister consensi. + Ego Wulfgar minister consensi. + Ego Sigred minister consensi. + Ego Wulfsige minister consensi. + Ego Aelfheah minister consensi. + Ego Wulfnoth minister consensi. + Ego Aethelstan minister consensi. + Ego Aelfred minister consensi. + Ego Aethelstan minister consensi. + Ego Aelfnoth minister consensi. + Ego Aelfric minister consensi. + Ego Witgar minister consensi. + Ego Eadric minister consensi. + Ego Aelfwald minister consensi.

LXXXIX.

AETHELSTAN, 933.

+ In nomine dei excelsi, qui cunctum suo sancto moderamine sub axe ei supra mundum gubernat ! Est enim singulis quibusque sollerter studendum, dum indulta temporum spatia dei nutu concessa possident, ut ea quae in diebus illorum aguntur litterarum apicibus commendare curauerint, ne in obliuionem successorum perueniant quae inantae salubriter fuerunt constitua. Quamobrem ego Aethelstanus, omnicreantis disponente clementia, Angligenarum omniumque gentium undique secus habitantium rex, donans concessi ad monasterium sanctae del genitricis Mariae quod dicitur Wiltune, quandam telluris particulam, decem uidelicet manentium, ubi ab incolis Nywantun, nominatur, be Auene streme, et quinque cassatos secus siluam quae appellatur Safernoc, illo in loco ubi plebili narratione dicitur aet Motones oran, cum campis, et pratis, et pascuis, et siluis, et omnia illuc pertinentia, magnis modicisque, notis ignotisque, aeternaliter possidendam. Sit autem praedicta terra libera ab omnibus saecularibus negociis, praeter expeditione, et pontis arcisue constructione. Praecipimus etiam, in nomine sanctae trinitatis, ut nullus nostrorum successorum huic kartulae, nec cum antiqua carta nec cum alicuius ingenii sagacitate laedre ualeat, sed ipsa semper in cuo statu fixa et inlaesa permaneat. Consentientibus et conseruantibus hanc nostram diffinitionem perpetua maneat pax : contradicentibus uero, uel frangere nitentibus, poenalis sit

uindicta, nisi in praesenti emendent saeculo. Territoria autem huius agelli haec sunt... Acta est autem haec scriptio huius kartulae anno dominicae incarnationis .DCCCC^mo^.XXX^mo^III. hiis consentientibus testibus quorum nomina subtus notata sunt.

+ Ego Aethelstan rex Anglorum praefatam donationem indeclinabiliter concessi. + Ego Wulfhelm Dorobornensis aecclesiae achiepiscopus consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus consensi. + Theodred episcopus. + Cenwald episcopus. + Wulfhun episcopus. + Odo episcopus. + Aelfheah episcopus. + Burhic episcopus. + Aelfwold dux. + Uhtred dux. + Odo minister. + Wulfgar minisier. + Sigered minister. + Eadmund minister. + Aelfric minister. + Wulfsige minister. + Aelfhere minister. + Wihtgar minister. + Aethelwold minister. + Aelfheah minister. + Aelfred minister. + Wulfmaer minister. + Wulfgar minister.

XC

AETHELSTAN, 934.

+ Regnante et moderante domino nostro Ihesu Christo ! Ego Aethelstanus rex et rector totius huius Britanniae insulae, largiente domino et omnibus eius sanctis, has terras dono aeternaliter familiae aecclesiae sanctae trinitatis quae est in Wintonia ciuitate, intus ad refectorium fratribus et ad uestimenta ; sed et quicunque episcopus qui tunc superfuerit illiusque aecclesia regimen teneat, eos de suis propriis episcopalibus uillis pleniter pascat, sicut ab antiquis temporibus illi honorabili familiae a uenerabilibus pratibus constitutum fuit. Haec autem sunt nomina uillarum huius meae donationis ; hoc est in monasterio quod ab incolis Enedford nuncupatur .XXX. cassatas et in uilla quae uocitatur Ceolbaldinctun .X. mansas, itemque in uilla quae dicitur Aescmeres weorth .X. cassatos. Et praecipio in nomine sanctae et indiuidae trinitatis ut hae supranominatae terrae sint aeternaliter liberae ab omni iugo terrenae seruitutis, excepto expeditione, et arcis pontisque constructione. Necnon et hoc praecipio in nomine omnipotentis dei, quod nullus rex aut episcopus, uel aliquis alius potens, sit tam audax ut huius meae donationis condictum commouere seu confringere praesumat. Uolo

itaque ut haec supradicta familia semetinsam pro me tribus diebus in anno pascat, hoc est in testiuitate Omnium sanctorum, et quamdiu christianitas permanserit in hac insula sint illi mei intercessores ad dominum. Si quis uero hanc meam donationem adaugero uoluerit, adaugeat deus praemium eius in regno coelorum. Si quis autem instituerit minuere, minuatur merces eius in regno dei, nisi prius cum satisfactione emendauerit. Necnon et praecipio ut omnes eorum terrae quas mei consanguinei seu aliqui fideles illis dederunt in hac eadem libertate sint. Hoc uero constitutum fuit in regali uilla quae ab omnibus From nuncupatur, anno dominicae incarnationis .DCCCC.XXXIIII. indictione .VII. .XVII. kalendas Ianuarii, cum eorum testimonio quorum nomina infra conscripta uidentur.

+ Ego Aethelstanus Angul-Saxonum necnon et totius Brittanniae rex, gratia dei regni solio sublimatus, signo sanctae crucis hoc corroboraui et confirmaui. + Ego Huwal subregulus. + Ego Wulfhem archiepiscopus. + Ego Wulfstan archiepiscopus. + Ego Theodred episcopus. + Ego Wulfhun episcopus. + Ego Aelfheah episcopus. + Ego Oda episcopus. + Ego Aelfred episcopus. + Ego Aelfheah episcopus. + Ego Aethaelgar episcopus. + Ego Burgric episcopus. + Ego Cenwald episcopus. + Ego Aella episcopus. + Ego Wynsige episcopus. + Ego Tidhelm episcopus. + Ego Cynesige episcopus. + Ego Wulfhelm episcopus. + Ego Aelfred episcopus. + Ego Aelfwald dux. + Ego Athaelstan minister. + Ego Odda minister. + Ego Aethaelstan minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Aelfhere minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Wulsige minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aethelmund minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Wulflaf minister. + Ego Wulfmer minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfnoth minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Eadric minister.

XCI

AETHELSTAN, 955

+ Regnante theo in eona eonum! Neminem quippe in mortali solo, quamuis uniuersam cosmi seriem quisque sollerti mentis acu-

mine perlustret, expertem repperiet debitae mortis extitisse, illamque iustae seueritatis sententiam protoplasti praeuaricationis noxam delatam euasisse, ut dicitur, « Terra es, et in terram ibis ; puluis es, et in puluerem reuerteris ». Quapropter ego Aethelstanus, nodante dei gratia, basileus Anglorum et aeque totius Bryttanniae orbis curagulus, antilogium praedecessorum meorum et regalium infularum non obliuiscens, fideli meo ministro nomine Witgar aliquam iuris mei partem libenter largiendo concedo .VII. mansas in illo loco ubi ruricoli uocitant Hamanfunta, ut habeat ei possideat praefatam terram quamdiu uitalis spiritus in ergastulo sui corporis degendo inhaeserit ; et post se trium hominum dierum habeat liberam potestatem donandi relinquendique cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, siluis, pratis, piscariis, aquarumque decursibus, et in omnibus mundialibus causis sit libera ab omni regali tributo nisi expeditone, et arcis pontisue constructione. Si quis hoc nostrum donum custodierit, cum triumphantibus tripudium aeternae suauitatis gloriam inolescat. Sin aliter, quod non optamus, antiqua machinatione diaboli fraudis inlectus fuerit, et hoc nostrum decretum mutare satagerit, terribile spectaculum inter rabidis rictibus crudeliter discerpatur et nullius aduentantis consolationem uspiam repperire potuerit. Acta est haec praedicta donatio anno .X. gloriosissimi preaedic regis. Istis terminis circumgyrata esse uidetur.... Acta est autem haec nostra donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XXXV. indictione .VII.

+ Ego Aethelstanus dei gratia tocius gentis Anglorum rex cum sigillo sanctae crucis meum praedictum donum consignaui atque roboraui. + Ego Wulfhelm Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus cum signo sanctae crucis confirmaui. + Ego Theodred Lundoniae urbis episcopus consensi. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae praeuisor in electione sua confirmaui. + Ego Cenwald episcopus. + Ego Oda episcopus. + Ego Aelfred episcopus. + Ego Ella episcopus. + Ego Aelfheah episcopus. + Ego Oda minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Sigewulf minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Wulfnoth minister. + Ego Athulf minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Wulfmer minister. + Swithulf minister. + Ego Aethelmund minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Hefa dux. + Ego Aelfwold dux.

+ Ego Uhtred dux. + Ego Sigered dux. + Ego Aelfric minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Aelfhere minister. Ego Aethelwold minister. + Ego Ordeah minister. + Ego Beorhtnoth minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Aethered minister. + Ego Wullaf minister.

XCII

AETHELSTAN, 937

+ Regnante theo in eona eonum ! Neminem quippe in mortali solo, quamuis uniuersam cosmi seriem quisque sollerti mentis acumine perlustret, expertem reperiret debitae mortis extitisse, illamque iustae seueritatis sententiam protoplasti praeuaricationis noxam delatam euasisse, ut dicitur, « Terra es, et in terram ibis ; puluis es, et in puluerem reuerteris ». Sed tamen diuina clementia inenarrabili potentia nol is iacentibus in infimis ad antrapon salutem concessit, duo inesse quibus tantum humanarum constat effectus actuum, uoluntas, scilicet, atque potestas ; idcirco illae diuitiae cum mentis intentione diligendae sunt quae numquam decipiunt habentem, nec in ipsa morte amittuntur, sed plus habundant dum ceruitur quod amatur. Quapropter ego Aethelstanus, nodante dei gratia, basileos Anglorum et aeque totius Britanniae orbis curagulus, perpetuali libertate tribuendo condono uenerabili collegio Christicolarum in illo celebri loco qui dicitur Wiltun ad aecclesiam sanctae Mariae matris domini in sempiterna haereditate .vi. mansas hilariter inpenderem, ubi ruricolae antiquo usu nomen inposuerunt et appellatiuo relatione nuncupauerunt Brydancumb, iuxta diriuatiuis aquarum cursibus aet Noddre, ut illa praefata congregatio praedictam terram habeat ac possideat cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pratis, pascuis, diriuatisque cursibus aquarum, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem. Hoc autem fructuosum eulogigae munusculum in sempiterno graphio cum signaculo sanctae crucis maneat pro redemptione piaculorum meorum necnon et germanitatis meae Eadflede, eatenus ut uestra ueneranda monasticae classis caterua medullata orationum holocaustamata concordi-

ter nostri memoriam summo tonanti commendare non pigeat. Sit autem praedictum rus ab omni mundiali censu et regali coactione liberum, exceptis istis tribus, expeditione, arcis pontisue constructione. In cunctis uero successoribus [qui] hoc ius donationis augendo amplificando satagerint, augeat amplificetque cunctiparens genitor in hoc praesenti uitam illorum, et inter coelibes beati foelicesque sine fine in aeterna doxa laetentur. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram donationem infringere temptauerit, perpessus sit gelidis glacierum flatibus, et malignorum spirituum terribiles tormentorum cruciatus euasisse non quiescat, nisi prius in riguis poenitentiae gemitibus et pura emendatione emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur.... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XXXVII. indictione .X.

+ Ego Aethelstanus rex totius Britanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Wulfhelm Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis inpressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Odo episcopus confirmaui. + Ego Aelfheah episcopus consignaui. + Ego Burgric episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus roboraui. + Ego Aelfwold dux. + Ego Uhtred dux. + Ego Odo minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Sigered minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Aelfhere minister. + Ego Witgar minister. + Ego Aethelwod minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfmaer minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfnoth minister. + Ego Ordeah minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Sigulf minister. + Ego Beorhtnoth minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Eadric minister. + Ego Ealhhelm minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Aethelmund minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Wullaf minister.

XCIII

AETHELSTAN, 938

+ Aegregius aganista sermocinatus est in scripturis diuinis, 'Omnia quae uidentur temporalia sunt, quae autem nou uidentur aeterna'; idcirco superflua utentibus diuinus sermo ut suprataxati sumus terribiliter praemonet, ut huius saeculi caduca contempnentes spiritaliaque imitantes coelestia properemus ad regna! Quamobrem ego Aethelstanus desiderio regni coelestis exardens, fauente superno numine basileus industrius Anglorum cunctarumque gentium in circuiti persistentium, cuidam adoptiuo fideli meo ministro Aethaered uocitato, ob illius amabile obsequium, dignatus sum largiri .v. mansas agelluli, ibidem ubi uulgares prisco more mobilique relatione uocitant aet Rimtune, et iuxta deriuatiuis fluentium successibus Higbroc, cum pratis pascuisque, necnon et siluis, siluarumque densitatibus, ut haec prospere possideat ac aeternaliter teneat, dum huius aeu fragilis cursum uti audebit; post se autem, ueluti affirmauimus, cuicunque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem; fiat etenim praefata terra ab omni seruili iugo libera, cum omnibus sibi rite pertinentibus, exceptis his tribus, exceptione, pontis arcisue coaedificatione. Denique uero si quis, nobis non optantibus, nostrum hoc donum uiolari fraudulenter perpetrando consenserit, consideret hinc se die ultima iudicii coram deo rationem redditurum, atque cum reprobis quibus dicitur, 'Discedite a me maledicti in ignem aeternum,' poenis atrocibus se esse passurum, si non antea corporea lamentatione emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XXXVIII. indictione .XI.

+ Ego Aethelstanus rex tocius Brittanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Wulfhelm Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Wul-

fhun episcopus consensi. + Ego Oda episcopus confirmaui. + Ego Wulfhelm episcopus consignaui. + Ego Burhgric episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus roboraui. + Ego Aelfwold dux. + Ego Uhtred dux. + Ego Oda minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Aelfhere minister. + Ego Witgar minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfmer minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfhere minister. + Ego Ordheah minister. + Ego Sigulf minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Eadric minister. + Ego Ealhelm minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethered minister. + Ego Aethelmund minister. + Ego Wulfhelm minister. + Ego Wulflaf minister. + Ego Witgar minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Wulflaf minister.

XCIV

AETHELSTAN, 938

+ Regnante imperpetuum altissima rerum creatore domino nostro Ihesu Christo, qui sua ineffabiliter potentia omnia ab arce polorum cosmi climata disponit atque gubernat, uicesque temporum hominumque mirabiliter discernens, terminum incertum praedestinatu omnibus a se formatis prout uult imponit. Quapropter ego Aethelstanus, diuina fauente clementia, rex Anglorum et atque totius Britanniae orbis curagulus praecclectus, meo fideli ministro, qui usitato onomate nuncupatur Aelfheago, aliquam iuris mei particulam .xvi. uidelicet mansas in aeternae haereditatis stipendium libens concedo in illo loco ubi uocitatur Pipingymynstre, pro eius amabili subiectione atque subpeditationis obedientia quam michi meisque semper incessabiliter monstrauit, et etiam pro ipsius placabili praetio quod michimet dedit ut huius syngraphi adipisceretur firmationem, ducentas scilicet auri cocti et purissimi argenti stateras. Idcirco ergo ob nostrae huius donationis perpetuam stabilitatem et indiscussam confirmationem, et ob futurorum cautelam, ne quisquam unquam subsequentium hoc ipsum nostrae bonatis emolumentum aliquo modo auertere siue immunuere audacter praesumat,

apicum caracteribus liquide inserere curaiumus ; quia saepissime contingi solet in sanctionibus procerum et in edictis priscorum, ut quod scedularum certa impressio minime caraxatum retinet, illud futura ac subsequens prosapia, partim temeritatis audacia partim ignorantiae negligentia, praue peruertat quod antecedens generatio iusta diiudicatione sanctierat. Habeat itaque atque gratanter perfruatur praedictus meus minister praefata possessiuncula quandiu uita sibi comes fuerit ; et post praesentis uitae cursum peractum, posteritatis suae successoribus cuicunque uoluerit derelinquat, ceu supradiximus, in aeternae haereditatis portionem. Maneat etiam hoc ipsum rus cum omnibus utilitatibus sibi iusta addicatione pertinentibus, tam in minimis quam in maximis rebus, ab omni humanae seruitutis iugo perpetua libertate iocundum, tribus semotis causis a quibus nullus nostrorum poterit expers fore, id est, generalis expeditionis necessaria societate, ac pontium urbiumque iugi assolidatione. Qui autem hoc quod nos nostro concessimus fideli multiplicando augere satagerit, centenam a Christo recipiat mercedem et sempiternae gloriae coronam. Si autem, quod nusquam contingere cupimus, quisquam repertus fuerit, diabolico perflatus anhelitu, qui hoc fraudulenter auertere uel permutare in illud quam nunc constituimus studuerit, sciat se absque dubio in huius uitae labili stadio maledictionis cyrographo constringi, et in tremendo iustissimi iudicis libramine aeternali dampnatione trucidari cum Caipha et Pilato caeterisque ipsorum sodalibus, qui in ima inferni trucidantur uoragine caecis adusti flammis, ni ante obitum pleniter poenitendo emendauerit quod deliquit. His gyraminibus uilla praescripta in circuiti gyrari ac se concludi contemplatur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri .DCCCC.XXXXIII. indictione .XI.

+ Ego Aethelstanus rex tocius Brittanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Wulfhelm Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donatione cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Aelfheag Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis episcopus consignaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Wulfun episcopus consensi. + Ego Oda episcopus confirmaui. + Ego Wulfhelm episcopus consignaui. + Ego Burhgric episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus roboraui + Ego Aelfwold dux. + Ego Uhtred

dux. + Ego Oda minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Aelfhere minister. + Ego Withgar minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Wulfmer minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Ordeah minister. + Ego Sigulf minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Eadric minister.

XCV

AETHELSTAN, 939

+ Aegregius agonista sermocinatus est in scripturis diuinis, 'Omnia quae uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna.' Idcirco superflua utentibus diuinus sermo ut suprataxati sumus terribiliter praemonet, ut huius saeculi caduca contempnentes spiritaliaque imitantes coelestia properemus ad regna! Quapropter ego Aethlstanus, diuina mihi adridente gratia, rex Anglorum et aeque tocius Britanniae curagulus, aliquam partem terrae iuris mei perpetuali donatione libenter concedo cuidam sanctae conuersationi deditae Christi ancillae nomine Wulfswythe eatenus ut mei memoriam suis sanctis orationibus indesinenter habeat .xv. mansas agelluli iuxta diriuatius fluentium successibus aet Cynetan, in illo loco ubi ruricolae antiquo usu nomen indiderunt Uferantun, quatinus illa bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu istius caducis saeculi uitam tenere praesumet; post se cuicumque uoluerit ceu corroborauimus perenniter haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram difinitionem elationis habitu incedens aut infringere temptaurit, perpessus sit gelidis glacierum flatibus, et Pennino exercitu malignorum spirituum nisi prius inriguis poenitentiae gemitibus et pura emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno

ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XXXVIIII. indictione .XII.

+ Ego Aethelstanus rex tocius Brytanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae cru + cis confirmaui. + Ego Wulfhelm Dorobonensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae cru + cis consignaui. + Ego Aelfheah Wintaniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae cru + cis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae consignaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Wulfhun episcopus consensi. + Ego Oda episcopus confirmaui. + Ego Wulfhelm episcopus consignaui. + Ego Burgric episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus roboraui. + Aelfhre dux. + Wulfgar dux. + Aethelstan dux. + Uhtred dux. + Odda minister. + Aelfric minister. + Eadmund minister. + Wulfsige minister. + Wihtgar minister. + Aethelwold minister. + Aelfred minister. + Wulfmaer minister. + Wulfgar minister. + Aelfsige minister. + Ordeah minister. + Sigulf minister. + Eadric minister. + Ealhhelm minister. + Aelfsige minister. + Aethelred minister. + Aethelmund minister. + Wulfhelm minister. + Wulflaf minister.

XCVI

AETHELSTAN, 939

+ Regnante theo in perpetuum architectorio, qui sua ineffabili rite potentia omnia disponit atque gubernat, uicesque temporum hominumque mirabiliter discernens, terminumque incertum prout uult aequaminiter inponens, et de secretis coelorum gloriae humanaeque naturae mysteriis docet, ut cum his fugitiuis et aeui cursibus possessiunculis iugiter mansura regna, deo largiente, fragilique naturae consolationis subleuamine adipiscenda sunt. Quapropter ego Aethelstanus, nodante dei gratia, basileos Anglorum et aeque tocius Brittanniae orbis gubernator, cuidam religiosae foeminae uocitato nomine Eadulfu, cum consensu optimatum meorum, et pro eius placabili pecunia .XV. mansas agelluli ubi ruricolae antiquo usu nomen inposuerunt aet Beorhtwaldingtune, quatinus illa bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu uiuat; et post se

cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem. Sit autem praedicta terra cum omnibus ad se rite pertinentibus libera, campis, pascuis, siluis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero, quod non optamus, contra nostrum hoc decretum machinari uel infringere aliquid uoluerit, sciat se rationem grauiter redditurum in die iudicii ante tribunal domini, nisi prius hic digna emendauerit poenitentia ante mortem. Istis terminis praedicta terra circumscripta esse uidetur...

+ Ego Aethelstanus rex totius Bryttanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Wulfhelm Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agie crucis consignaui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui et subscripsi. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis inpressi. + Ego Cinwald episcopus praedictum donum consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfhun episcopus confirmaui. + Ego Wulfhelm episcopus consignaui. + Ego Byrgric episcopus consensi et confirmaui. + Ego Aethelgar episcopus roboraui + Ego Aelfhere dux consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar dux consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan dux consensi et subscripsi. + Ego Uhtred dux consensi et subscripsi. + Ego Odda minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfric minister consensi et subscripsi. + Ego Eadmund minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Wulflaf minister consensi et subscripsi. + Ego Wihtgar minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelwold minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfred minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfric minister consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Ordeah minister consensi et subscripsi. + Ego Eadric minister consensi et subscripsi. + Ego Ealhhelm minister consensi et subscripsi. + Ego Aelfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelred minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelmund minister consensi [et subscripsi.] + Ego Wulfhelm minister consensi et subscripsi.

XCVII

EADMUND, 949

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Dum conditoris nostri prouidentia omnis creatura ualde bona in principio formata formoseque creata, atque speciose plasmata est supra et infra coelos, tam in angelis quam etiam in hominibus, ac in multimodis ac diuersis speciebus iumentorum, animalium, piscium, uolucrum quae omnia naturae suae iura, nutu creatoris, persoluant nisi homo solus, qui ad imaginem suam plasmatus est, et omnibus praelatus, tamen propter praeuaricationem corruens in mortem et primam immortalitatis stolam miserabiliter domini contempnendo mandatum amisit. Idcirco illae diuitiae diligendae sunt, quae nunquam decipiunt habentem, nec in ipsa morte amittuntur, sed plus habundant dum cernitur quod amatur. Quapropter ego Eadmundus, fauente superno numine, basileos industrius Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Aethelgeardo, ob illius amabile obsequium eiusque placabili fidelitate .XII. mansas largiendo libenter concedens perdonabo illic ubi uulgus, prisca relatione, uocitat aet East-Seaxnatune iuxta diriuatiuis fluentium successibus be Meone, quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat dum huius labentis aeui cursum transeat illaesus, atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat; et post se cuicumque uoluerit perenniter haeredi derelinquat, sicuti praediximus. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, diriuatisque cursibus aquarum, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Hanc uero meam donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus, fiat pars eorum cum illis de quibus e contra fatur, 'Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est Sathanae et satellitibus eius,' nisi prius digna deo poenitentia ueniam legali satisfactione emendent. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec

praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XL. indictione .XIII.

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Eadred eiusdem regis frater consignaui. + Ego Wulfhelm Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Oda episcopus. + Ego Wulfhun episcopus. + Ego Wulfhelm episcopus. + Ego Aelfric episcopus. + Ego Burhgric episcopus. + Ego Aethelgar episcopus. + Ego Aelfhaerae minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Uhtred minister. + Ego Oda minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Siric minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Wulfsigae minister. + Ego Wulflaf minister. + Ego Witgar minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Aelfraed minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfsigae minister. + Ego Oadeah minister. + Ego Eadric minister. + Ego Ehlhhelm minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Aethelmund minister. + Ego Wulfhelm minister.

XCVIII

EADMUND

+ In nomine sanctae trinitatis ! Quamuis decreta pontificum et uerba sacerdotum, uelut fundamenta montium, indistrictis ligaminibus fixa sint, tamen plerumque per tempestates et turbines saecularium rerum etiam religio sanctae dei aecclesiae maculis reproborum dissipatur ac rumpitur. Idcirco incertum futurorum temporum prouidentes, posteris succedentibus profuturum esse decreuimus, ut ea quae communi tractu salubri consilio definiuntur sertis litterulis roborata confirmentur. Quapropter ego Eadmundus rex Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam mihi fidelissimo ministro nomine Sigirico abbati, deuotionis eius sollertia eiusdemque placatus obsequio,

dignatus sum impertiri duas aratras, in illo loco ubi iamdudum solicolae ilius regionis nomen imposueruut aet Swythbrihteswealde. Tali autem tenore hoc praefatae munificentiae munus tradendo concessi, ut possideat et firmiter teneat, usque ad ultimum uitae suae cursum, cum omnibus utensilibus, quae deus coelorum in ipsa telluris gramine creauit, tam in notis causis quam et ignotis, in modicis et in magnis, campis, pascuis, siluis, omnino donans donabo libertatem ; et postquam humani generis fragilitatem desereuit, et desiderabilem iocundatis uiam, per gratiam superni iudicis, adierit, succedentibus filii abbatibus et sanctis apostolis famulantibus aeternaliter derelinquat, ceu superius praenotaui. Sit autem praedictum rus liberum ab omni fiscali tributo saeculariumque seruitutum exinanitum, sine expeditione, et pontis arcisue instructione. Praecipioque in nomine dei summi, tam nobis uiuentibus quam et diuina praecepta praedicantibus, huius libertatis statuta ad irritum deducere minime quispiam praesumat. Quisquis beniuola mente meam donationem amplificare satagerit, in hoc praesenti saeculo uita illius amplificetur foeliciter longiternaeque uitae gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate uiolenter inuadere praesumpserit, sciat se proculdubio ante tribunal districti iudicis titubantem tremebundumque rationem redditurum, nisi prius digna satisfactione emendare maluerit. Istis terminis praedicta terra circumcincta esse uidetur, etc.

XCIX

EADMUND, 940

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Manifestum est cunctis quod omnia coelestia et terrestria prouidentia dei gubernantur quae sollicitudo mortalis uitae cotis nisibus in carorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur. Ideo tertis adstipulationibus mellita oracula diuinae clamationis nos frequentatiuis hortationibus suadent, ut cum his fugitiuis et sine dubio transitoriis possessiunculis iugiter mansura regna dei suffragio adipiscenda sunt. Quapropter ego Eadmundus rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Wulfrico, pro eius amabili obedientia eiusque placa-

bili pecunie, quam mihi in suae deuotionis obsequio detulit .xv. mansas libenter largiendo donaui in illo loco ubi ruricolae appellatiuo usu ludibundisque uocabulis nomen indiderunt aet Garanforda, ut eandem suprataxatam terram uitae suae cursu foeliciter possideat. Igitur imminente dissolutionis suae calle corporis et animae, successorum sibi carorum cui se libuerit mente libera dono largiatur et ipse ; perpetue namque huius tramitibus mundi hoc quod concessi terrae praenotatum a cunctis laboribus uitae mortalium permaneat abdicatum, praeter id quod nobis omnibus indigeri uidetur, id est tria exercitus aditum, pontis aedificium, munitionis castellique auxilium, in omnibus et per omnia quae ad eundem subiecta sunt locum, pascuis, pratis, siluis, et campis, magnis uel minimis, ut nostra iam ueraciter praeferta suprascripta est in linea traditio, quod in aeternum manebit. Si [quis] daemonicae fermentationis stimulo incedens nostrum integrum et inuiolatum donum fraudulenter infringere probauerit, nouerit se proculdubio cum Anna et Zafirra satellitibusque eorum herebica aeterni anathematis macera perforandum, nisi prius digna satisfactione emendare uoluerit. Si quis autem aliter inexhustis imbribus bonorum operum religiosorum exempla studuerit impleri, et nostram minutissimam donationem certauerit libera intentione augere uoluerit, coelestium turmarum consortem in aeterna doxa laetetur, et retributionem beniuolentiae suae cum sempiterno haereditario gaudens tonantis melodiam mereatur audire, Venite omnes qui uoluntatem meam fecistis, et non contempsistis praecepta aeterni patris. Istis terminis terra praedicta circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi. .DCCCC.XL. indictione [.XIII.].

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui, + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Aelfric episcopus consensi. + Ego Aelfred episcopus consensi. + Ego Burgric episcopus confirmaui. + Ego Aethelgar episcopus confirmaui. + Ego Wulfhelm episcopus consensi. + Ego Wulfgar dux consensi. + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Ealhhelm dux consensi. + Ego Aethelmund dux consensi.

+ Ego Uhtred dux consensi. + Ego Odda minister consensi. + Ego Wulfgar minister consensi. + Ego Eadmund minister consensi. + Ego Aelfric minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Aelfheah minister consensi. + Ego Thered minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi et subscripsi. + Ego Aethelred minister consensi. + Ego Wihtgar minister consensi. + Ego Ordheah minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi. + Ego Wulfhelm consensi.

C

EADMUND, 940

+ In nomine altithroni qui omnia de summo coeli apice uisibilia et inuisibilia ordinabiliter gubernans atque moderans, praesentisque uitae curriculo cotidie temporalis gazae possessiones et uniuersae diuitiarum facultates quas praedecessorum anxia sollicitudo per indefessa laborum emolumenta lucratur, et incertis haeredibus, interdum optatis interdum alienis, relinquuntur ; sie mutando fragilitas mortalis uitae marcescit, et rotunda saeculorum uolubilitas inanescit, ac in carorum propinquorum amicorumque amissione conqueritur ac lacrimatur. Quam ob causam ego Eadmundus, annuente omnipotentis dei clementia, rex Anglorum et aeque multarum gentium in circuitu persistentium, cuidam fideli meo ministro uocitato Eadrico, ob illius amabile obsequium eiusque placabilem fidelitatem quam michi meisque antecessoribus semper fecit .IIII. mansas largiendo libenter perdonabo, illic ubi uulgus, prisca relatione, uocitat aet Wudetune ; quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat illaesus, atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat, et postquam uniuersitatis uiam adierit tribus haeredibus derelinquat quibuscumque sibi placuerit. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Hanc uero meam donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus satagerint,

tetra rapti acie tartareas ducantur ad poenas, nisi prius hinc lamentis se poenitentiae corrigere, studuerint. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini .DCCCC.XL. indictione .XIII.

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis consignaui. + Ego Eadred eiusdem regis frater consignaui. + Ego Wulfhelm Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem confirmaui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus confirmaui. + Ego Aelfheah Wintaniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Odo episcopus consensi. + Aelfhere dux. + Wulfgar dux. + Aethelwold dux. + Aethelmund minister. + Uhtred minister. + Odda minister. + Aelfric minister. + Eadmund minister. + Wulfsie minister.

CI

EADMUND, 941

+ In nomine summae ac inuisae trinitatis ! Regnante perpetualiter omnipotente deo atque per ineffabilem maiestatis suae potentiam cuncta rerum moderamina disponente. Ego Eadmundus qui eiusdem munere gratuitu praeuidente compos regni Anglorum basileus existo, per omnipotentis dexteram paterno solio sublimatus, quandam telluris particulam meo fideli ministro Aethelgeardo .VII. scilicet mansa in loco qui nuncupatur aet Ticcestede, ut il eam sine inuisae iugo seruitutis cum pratis, pascuis, siluis riuulis, omnibusque ad ipsum locum necessitatibus rite pertinentibus ; et post terminum huius uitae cuicumque uoluerit haeredi derelinquat liberaliter in aeternam haereditatem. Si autem, quod absit, aliquis frenetico deturpatue spiritu hanc meae compositionis syngrapham aliqua in re demere conauerit, sciat se dubio procul aeternis barathri incendiis sine fine puniendum, nisi congrue poenituerit quod proterue deliquit. Rus praefatum his terminis hinc illincque rotatur... Scripta est haec cartula anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XL. regni mei .II. indictione .XIIII. epactae .XVIII. concurrente. IIII. sub nonas kalendarum Augusti in uillam qui

celebri aet Ceodre. Acta est haec donatio, his testibus consentientibus quorum nomina subtus minulis depicta annotantur.

Ego Eadmundus tocius Britanniae rex hanc meam donationem signo sanctae semperque amandae crucis confirmaui et subscripsi. + Ego Eadred cliton et frater regis consensi et subscripsi. + Ego Wulfhelmus archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Cenwold episcopus consensi et subscripsi. + Ego Oda episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Theodred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar episcopus consensi et subscripsi. + Ego Burhric episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfric episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Wulfgar dux. + Ego Ealdelm dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Witgar minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Odda minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Wulflaf minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Eadweard minister. + Ego Winsige minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Ealhelm minister.

CII

EADMUND, 942

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Manifestum est cunctis quod omnia coelestia et terrestria prouidentia dei gubernantur, quae sollicitudo mortalis uitae totis nisibus in carorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur. Ideo certis adstipulationibus mellita oracula diuinae clamationis nos frequentatiuis orationibus suadent, ut cum his fugitiuis et, sine dubio, transitoriis possessiunculis, iugiter mansura regna, dei suffragio, adipiscenda sunt. Ideirco ego Eadmundus rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam religiosae foeminae uocitate nomine Saethrythe, modicam numinis mei partem, id est undecim mansas agelluli, aeternaliter tradendo concessi, pro illius amore qui dixit, ' Date et dabitur uobis, ' ubi turbarum collatione iamdudum

nomen illatum hoc adesse profertur aet Winecanfelda and aet Swinlea, ut terram iam praefatam, meo scilicet ouante concessu, tramitibus suae possideat uitae ; et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem moiori minoriue personae. Sit autem praedicta terra libera, cum omnibus quae rite ad ipsam pertinere dinoscuntur, campis, pascuis, siluis, et undecim segetes prati in loco ubi dicitur Hoceshamm, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero, quod non optamus, contra nostrum hoc decretum machinari uel infringere aliquid uoluerit, sciat se rationem grauiter redditurum in die iudicii ante tribunal domini, nisi prius hic digna emendauerit poenitentia ante mortem. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XLII. indictione .XV.

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Cenuuald episcopus consensi. + Ego Aelfric episcopus consignaui. + Ego Aetheluuold dux. + Ego Ealhhelm dux. + Ego Uulfgar minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Wulflaf minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Wihtgar minister.

CIII

EADMUND, 943

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Manifestum est cunctis quod omnia coelestia et terrestria prouidentia dei gubernantur, quae sollicitudo mortalis uitae totis nisibus in carorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur, ideo omnibus sapientibus indagandum est, quod multiplici perturbatione diuersis aerumpnarum saecularium subtilis cogitatio hominis ex memoria recedit dicta uel facta, nisi firmis litterarum apicibus et cautela

custodiae reseruentur, et ad memoriam frequentatiuis ammonitionibus reuocentur, eo quod contingere solet manente negligentia nubiferis fuscationibus a recto possessoris iure in alienam progeniem declinauerit. Quapropter ego Eadmundus rex Angligenarum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam religiosae foeminae uocitatae nomine Aelfswithe, consentibus heroicorum meorum turmis, exiguam numinis mei partem, id quod est terrae .xv. mansas stilo perhenni aeternam in possessionem ipsi concedo, eodem in loco qui rusticanis uocabulis nuncupatur aet Clearan, ut terram suprataxatam uitae suae cursu foeliciter possideat; igitur imminente dissolutionis suae ealle corporis et animae, successorum sibi carorum cui se libuerit menti libero dono largiatur et ipsi. Perpetue namque huius tramitibus mundi hoc quod concessi terrae praenotatum, a cunctis laboribus uitae mortalium permaneat abdicatum, praeter id quod nobis omnibus indigeri uidetur, id est tria, exercitus aditum, pontis aedificium, munitionis castellique auxilium, in omnibus et per omnia quae ad eundem subiecta sunt locum, pascuis, pratis, siluis et campis, magnis uel minimis, ut nostra iam ueraciter praefata suprascripta est in linea traditio quod in aeternum manebit. Si [quis], daemonicae fermentationis stimulo incedens, nostrum integrum et inuiolatum donum fraudulenter infringere probauerit, nouerit se proculdubio cum Anna et Zafirra satellitibusque eorum herebica aeterni anathematis macera perforandum, nisi prius digna satisfactione emendare uoluerit. Si quis autem ditatus fuerit largiflua mente quod praeuotatam donationem amplificare uoluerit, sit in consortio electorum dei gaudens, et in libro uitae ante tribunal domini suae bonae uoluntatis mercedem accipiat : hoc tempore cachinnantes naenias subdolosi huius saeculi dinoscuntur interdum inchoasse, alienum lucrum sibi usurpatiue cum ambitione iniquitatis uendicare, sed torpentes auariciae incessus omni modu in nomine saluatoris in omnibus christianis interdico, ita ut meum donum corroboratum sit cum signaculo sanctae crucis. Etiam si quis alium antiquum librum in propatulo protulerit, nec sibi nec aliis proficiat, sed in sempiterno graphio deleatur, et cum iustis non scribatur nec audiatur. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XLIII. indictione .I.

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Eadgifu eiusdem regis

mater praedictum donum consignaui. + Ego Eadred eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdum regis donationem cum trophaeo agiae crucis subaraui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Cenwald episcopus. + Ego Aelfric episcopus. + Ego Aelfred episcopus. + Ego Aethelgar episcopus. + Ego Wulfhelm episcopus. + Ego Wulgar dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Ealhelm dux. + Ego Eadric dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Uhtred dux. + Ego Odda dux. + Ego Wulgar dux. + Ego Eadmund minister. + Ego Wulflaf minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfheah minister + Ego Aethelred minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Witgar minister, + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfhelm minister.

CIV

EADMUND, 943

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Manifestum est cunctis quod omnia coelestia et terrestria prouidentia dei gubernantur, quae sollicitudo mortalis uitae totis nisibus in carorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur. Ideo certis adstipulationibus mellita oracula diuinae clamationis nos frequentatiuis hortationibus suadent, ut cum his fugitiuis et sine dubio transitoriis possessiunculis iugiter mansura regna, dei suffragio, adipiscenda sunt. Quapropter ego Eadmundus rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Aelfsige, pro eius amabili obedientia eiusque placabili pecunia, quam michi in suae deuotionis obsequio detulit, in loco ubi, ludibundisque uocabulis, nomen indiderunt antiquitus aet Mordisque uocabulis, nomen indiderunt antiquitus aet Mordune .xx. mansas ei libenter largiendo donaui, ut eandem suprataxatam terram uitae suae cursu foeliciter possideat. Igitur imminente dissolu-

tionis suae ealle corporis et animae, successorum sibi carorum cui se libuerit menti libero dono largiatur et ipsi. Perpetue namque huius tramitibus mundi hoc quod concessi terrae praenotatum a cunctis laboribus uitae mortalium permaneat abdicatum, praeter id quod nobis omnibus idigeri uidetur. id est tria, exercitus aditum, pontis aedificium, munitionis castellique auxilium, in omnibus et per omnia quae ad eundem subiecta sunt locum, campis, pascuis, pratis et sibuis, in notis in modicis et in magnis, diriuatisque cursibus aquarum, ut nostra iam ueraciter, praefata suprascripta est in linea traditio, quod in aeternum manebit. Si [quis], daemonicae fermentationis stimulo incedens, nostrum integrum et inuiolatum donum fraudulenter infringere probauerit, nouerit se proculdubio cum Anna et Zafira satellitibusque eorum, herebica aeternae anathematis macera perforandum, nisi prius digna satisfactione emendare uoluerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XLIII. indictione I.

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum sigillo sanctae crucis subaraui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consensi. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Aelfric episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus consensi. + Ego Wulfhelm episcopus consignaui. + Ego Wulfsige episcopus consensi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Ealhelm dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Oda dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wihtgar minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Wulfhelm minister.

CV

EADMUND, 943

+ In nomine dei summi et altithroni qui omnia de summo coeli apice uisibilia et inuisibilia ordinabiliter gubernans atque moderans, praesentisque uitae curriculo cotidie temporales possessiones et uniuersae diuitiarum facultates nostris humanis obtutibus cernimus deficientes ac decrescentes ; sic mutando fragilitas mortalis uitae marcescit, et rotunda saeculorum uolubilitas inanescit, ac in carorum propinquorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur ! Quapropter ego Eadmundus Angligenarum rex caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Eadrico, ob illius amabile obsequium, eiusque placabili fidelitate .x. mansas largiendo libenter concedens perdonabo, illic ubi uulgus, prisca relatione, uocitat aet Leachamstede, quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat inlaesus, atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat ; et post se cuicumque uoluerit perenniter haeredi derelinquat, sicuti praedixi. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae rite ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus campis, pascuis, siluis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Insuper ad augmentum praedictae donationis gratia unam molinam iuxta diriuatiuis cursibus aquarum Lamburnam perpetuali donatione dedi praedicto ministro, hoc tempore cachinantes naenias subdolosi huius saeculi dinoscuntur interdum inchoasse alienum lucrum sibi usurpatiue cum ambitione iniquitatis uendicare, sed torpentes cum ambitione iniquitatis uendicare, sed torpentes auaritiae incessus omnimodo in nomine sanctae trinitatis ab omnibus christianis interdico, ita ut meum donum corroboratum sit cum signaculo sanctae crucis. Etiam si quis alium antiquum librum in propatulo protulerit, nec sibi nec aliis proficiat, sed in sempiterno graphio deleatur, et cum iustis non scribatur nec audiatur. Denique uero si quis, nobis non optantibus, nostrum hoc donum uiolari fraudulenter perpetrando consenserit consideret hinc se die ultima iudicii coram deo rationem redditurum, atque cum

reprobis quibus dicitur, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum,' poenis atrocibus se esse passurum, si non antea corporea lamentatione emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XLIII. indictione .I.

+ Ego Eadmundus Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Eadgyfu eiusdem regis mater praedictum donum consignaui. + Ego Eadred eiusdem regis frater consignaui. + Ego Oda Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus confirmaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis inpressi. + Ego Cenwald episcopus consensi. + Ego Aelfric episcopus consensi. + Ego Aelfred episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus consensi. + Ego Wulfhelm episcopus consensi. + Ego Wulfgar dux consensi. + Ego Aethelwold dux consensi. + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Ealhhelm dux consensi. + Ego Eadric dux consensi. + Ego Aethelmund dux consensi. + Ego Uhtred dux consensi. + Ego Odda minister consensi. + Ego Wulfgar minister consensi. + Ego Eadmund minister consensi. + Ego Wulflaf minister consensi. + Ego Aelfric minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Aelfheah minister consensi. + Ego Aethelred minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi. + Ego Aethelred minister consensi. + Ego Wihtgar minister consensi. + Ego Aethelgeard minister consensi. + Ego Aelfred minister consensi. + Ego Wulfric minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi. + Ego Wulfhelm minister consensi.

CVI

EADMUND, 944

+ Regnante inperpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Aegregius agonista sermocinatus est in diuinis scripturis, ' Omnia quae uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna. '

Iccirco superflu utentibus diuinus sermo ut suprataxati sumus terribiliter praemonet, ut huius saeculi caduca contempnentes spiritaliaque imitantes coelestia properemus ad regna quapropter ego Eadmundus rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Aelfheago in aeternam haereditatem hilariter inpenderem .VI. mansas agelluli in illo loco [ubi] uulgares, prisco more mobilique relatione, uocitant aet Linforda, ut ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu uiuat; et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem. Sit autem praedicta terra, cum omnibus ad se rite pertinentibus, libera, campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero, quod non optamus, contra nostrum hoc decretum machinari uel infringere aliquid uolerit, sciat se rationem grauiter redditurum in die iudicii ante tribunal domini nostri Ihesu Christi, nisi prius hic digna emendauerit poenitentia ante mortem. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur. This sint thā landgemǣro tō Linforda; betweox Eccene and Cilla rīthe. Acta est haec donatio praefata anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi. .DCCCC.XLIIII. indictione .II.

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Eadred eiusdem regis frater consignaui. + Ego Eadgifu eiusdem regis mater praedictum donum consignaui. + Ego Oda Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis nonationem cum trophaeo agiae crucis subarraui. + Ego Wulfstan archiepiscopus roboraui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis inpressi. + Ego Cenwald episcopus consensi. + Ego Aelfric episcopus consensi. + Ego Aelfred episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus consensi. + Ego Wulfsige episcopus consensi. + Ego Wulfhelm episcopus consensi. + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Aethelwold dux consensi + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Ealhhelm dux consensi. + Ego Eadric dux consensi. + Ego Aethelmund dux consensi. + Ego Wulfgar minister consensi. + Ego Eadmund minister consensi. + Ego Wulfric minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi. + Ego Wulfric minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Alfheah minister consensi. + Ego Aethel-

geard minister consensi. + Ego Wihtgar minister consensi. + Ego Aelfred minister consensi. + Ego Aethelred minister consensi.

CVII

EADMUND, 944

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Omnibus prudentibus qui deificae contemplationis beatitudinem in mentis suae hospitio cernere cupiunt, manifestissimis signis constat, quod quisque potis est transitoriis imis alta coelestia sine fine mansura capescere, si illius antiqui et infesti trucisque tyranni et humani stirpis saeuissimi multatoris truculenta inprobitas obstaculum bonorum uirtutum incrementis calculatur et uelut spurcissima et uenenata melancoliae truculenta spicula furorum inspirata flaminum inuectione affidorum intimis praecordiorum Christi uernaculorum receptaculis abnegando respuendo detestantur cordetenus funditusque eneruiter contemnitur, ut praecelsa uox conditoris nostri amore proprio tonans, ' Uos qui secuti estis bonis operibus centuplum accipietis et uitam possidebitis aeternam. ' Cuius, scilicet, feruoris igne coarctus, ego Eadmundus Angligenarum rex cuidam pontifici meo mihique feruoris igne dilecto, nomine quod constat Aelfrico, ueneranda pro eius solidae fidelitatis prudentia centum terrae mansas ei stilo perhenni trado, quodam in loco uenerabili antiquitus et adhuc cognomine noto Bleoburg appellato, quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat inlaesus atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, diriuatisque cursibus aquarum, hanc praenotatam munificentiam incipiente anno tertio regni mei, roboraui atque confirmaui, ut omnibus mundialibus coangustiis sit liber, nisi quod nostra communi labore pertinet, minime cuiquam in obliuione illud tradendum est, id est expeditione, pontis arcisue constructione ; et postquam uniuersitatis uiam adierit, praedictam donationem cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu superius praedixi, in aeternam haereditatem. Si quis beniuola mente hanc largifluam

munificentiam augere uoluerit, archons supernorum ciuium et gubernator terrestrium retributionem in aeternis habitaculis dignetur concedere. Ideo scripsimus nouam cartulam quia antiquum librum non habebamus; sed si quis in propatulo aliam cartulam produxerit, sciat se proculdubio cum sempiterno syngrapho agiae crucis ab omnibus fidelibus abdicatam, et ad nichilum ualeat. Si quis uero, prout non optamus, maledicti serpentis suggestione et auaritiae aestibus inflatus, sic daemonicae fermentationis stimulo incedens, nostrum integrum et inuiolatum donum fraudulenter infringere probauerit, nouerit se proculdubio cum Anna et Zaphira satellitibusque eorum herebica aeterni anathematis macera perforandum, nisi prius digna satisfactione emendare uoluerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi. .DCCCC.XLIIII. indictione .XV.

+ Ego Eadmundus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Eadgifu eiusdem regis frater consignaui. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impresssi. + Ego Cenwald episcopus consignaui. + Ego Aelfric episcopus consensi. + Ego Aelfred episcopus consensi. + Ego Burhric episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus consensi. + Ego Wulfhelm episcopus consensi. + Ego Wulfgar dux consensi. + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Aethelwold dux consensi. + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Ealhhelm dux consensi. + Ego Uhtred dux consensi. + Ego Aethelmund dux consensi. + Ego Odda minister consensi. + Ego Wulfgar minister consensi. + Ego Eadmund minister consensi. + Ego Wulflaf minister consensi. + Ego Aelfric minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Ordheah minister consensi. + Ego Alfheah minister consensi. + Ego Aelfgar minister consensi. + Ego Aethelred minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi. + Ego Aethelred minister consensi. + Ego Wihtgar minister consensi. + Ego Wulfric minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi. + Ego Wulfhelm minister consensi.

CVIII

EADRED, 947

+ In nomine dei summi ! Subtilissima mentis certatione deum quem diligimus et credimus intima mentis affectione timeamus et amemus, quia agonista sanctae praedicationis hortator talem protulit sententiam, dicens, ' Omnia nuda et aperta sunt coram oculis dei, ' et a luce prima usque conticinium uniuscuiusque actus prospicit. Ideo ego Eadredus rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rectos, cuidam meo fideli ministro ac militi, qui in suae uoluntatis ac deuotionis obsequio fatendo ac implendo paratus ac promptus fuit, et ab incunabilis suae infantilitatis, non fortuitu sed uoluntate parentum, nomen accepit Aethelgeard, dapsili deditione quandam partem ruris libenter dedi, ubi iamdudum incolae prolatum nomen latialiter Declaratum-Fontem indiderunt, nunc uero uerbi gratia Gewisorum more Beorhtanwille. Magnitudo autem illius terrae, iuxta aestimationem circa eundem locum degentium, tanta esse asseritur quantum bis quinas mansarum spacium, aequa dimensione censurae trutinationis fore cernitur. Habeat ac possideat praefatam dapsilem donationem quamdiu uitalis flatus carnem mundana fragilitate corruptam aluerit ; cum autem dies dissolutionis suae aduenerit, quo de corruptibili uita ad incorruptibilem beatitudinem migrauerit, cui sibi libet haeredi, sine ullo obstaculo, derelinquat in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, diriuatiuis cursibus aquarum, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Hanc uero meam donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus, fiat pars eorum cum illis de quibus e contra fatur, ' Discedite a me maligni in ignem aeternum qui paratus est Sathanae et satellitibus eius, ' nisi prius digna deo poenitentia ueniam legali satisfactione emendent. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XLVII. indictione .V.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadgifu eiusdem regis mater cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Wulfstanus archons diuinae seruitutis officio mancipatus Eboracae ciuitatis archiepiscopus sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus corroboraui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenwald episcopus consensi. + Ego Aelfric episcopus consignaui. + Ego Aethelgar episcopus corroboraui. + Ego Aelfred episcopus confirmaui. + Ego Wulfsige episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadric dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Ealhelm dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfgar dux. + Ego Eadmund minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelsige minister.

CIX

EADRED, 947

+ In nomine dei summi et altissimi Ihesu Christi ! Subtilissima mentis certamine deum quem diligimus et credimus intima mentis affectione timeamus et amemus, quia psalmista, qui quondam Sullimis regnabat diues in aruis, conquerelando ac lamentabili uoce ita protulit, dicens, ‘ Thesaurizat, et ignorat cui congregat ea, ’ eo quod interdum [non] optatis et saepius exosis relinquitur quod prius homo per ambitionem saeculi concupiuit ; tamen, miserationis omnipotentis dei largitate, caducis opibus aeterna coelestis uitae praemia mercari queamus ! Quapropter ego Eadredus, rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, sanctae dei aecclesiae Wentana ciuitate locatae, ac beato Petro apostolorum principi eiusque coapostolo Paulo dicatae, Aelfheago eiusdem sedis pontifice impetrante, uti Frythegyth regina

pene in exordio christianae religionis reuerendae trinitatis eiusque praenominatis apostolis deuota mente concesserat, ac Aethelwlf rex augmentando amplificauerat, itidemque Eadward rex nouis litterarum apicibus iterum restaurauerat, cum iisdem territoriis quas Aetselwlf rex haereditaria carta conscribi iusserat .c. scilicet ac .xxx. quantitatem manentium continentem loco celebri qui Tantun nominatur, aeterna restituendo largitus sum haereditate. Praefato siquidem regi Eadwardo .lx. telluris mansae, quatuor locorum partibus dispersae, sicut ipsius territorii cartula, quam praefatus rex edere iussit, liquido testatur, a quodam episcopo Denewlfo uidelicet, pro eiusdem telluris libertate concessae sunt. Maneat igitur meum hoc immobile donum aeterna libertate iocundum cum omnibus quae rite ad praedicta loca pertinere dinoscuntur, campis, pascuis, pratis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisue constructione. Si qui denique, michi non optanti, hanc libertatis cartam, liuore depressi, uiolare satagerint, agminibus tetrae caliginis lapsi uocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum, ' ubi cum daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. Acta est haec praefata donatio anno dominicae incarnationis .dccc.xlvii. indictione .v.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadgyfu eiusdem regis mater cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam cum sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Wulfstanus archons diuinae seruitutis officio mancipatus Eboracae ciuitatis archiepiscopus sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus conclusi. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenuuald episcopus praedictum donum consensi. + Ego Aelfric episcopus consignaui. + Ego Aethelgar episcopus roboraui. + Ego Aelfred episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadric dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Wulfgar dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Ealhhelm dux. + Ego Aelfstan minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Wlfric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfsige minister.

+ Ego Aethelnoth minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aethelred minister.

CX

EADRED, 947

+ In nomine dei et domini nostri Ihesu Christi ueri redemptoris mundi, anno uero dominicae incarnationis .DCCCC.XLVII. ego Eadred, omnicreantis disponente clementia, Angligenarum omniumque gentium undique secus habitantium rex, primo anno imperii mei, diuina dei gratia suadente quod cogitarem quam mirabiliter et quam subtiliter supernus rector coelestia et terrestria firmae rationis serie gubernat atque custodit, quia profuturum esse iudicamus ea quae communi tractu et salubri consilio definiuntur, ut quidam sapiens exhortanto ammonuit, dicens, 'Omnia cum consilio fac, et post factum non poenitebis.' Iccirco minime in obliuione habui, quod paruam partem potestatis mei meorum episcoporum testimonio caeterarumque fidelium adstipulatione, hilariter perpetua libertate donaui .V. mansas cuidam militi uocitato nomine Wulfric, in illo loco ubi ruricolae appellatiuo usu ludibundisque uocabulis nomen indiderunt aet Deneceswurthe, pro illiusamore qui dixit, 'Date et dabitur uobis,' quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu istius caducis saeculi uitam tenere praesumet; et postquam uniuersitatis uiam adierit cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, sicuti praediximus, in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. In cunctis uero successoribus hoc ius donationis augendo quicumque amplificare satagerint, augeat amplificetque cunctiparens genitor in hoc praesenti saeculo uitam illorum, et inter coelibes beati foelicesque sine fine in aeterna doxa laetentur. Si quis autem propria temeritate uiolenter inuadere praesumpserit, sciat se proculdubio ante tribunal districti iudicis, titubantem tremebundumque, rationem redditurum, nisi prius digna satisfactione emendare malaerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi. + Ego Eadgifu eiusdem regis mater praedictum donum cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam cum sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Wulfstanus archons diuinae seruitutis officio mancipatus Eboracae ciuitatis archiepiscopus sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus corroboraui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenwald episcopus consensi. + Ego Aelfric episcopus consignaui. + Ego Aethelgar episcopus confirmaui. + Ego Aelfred episcopus coroboraui. + Ego Wulfsige episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux conclusi. + Ego Eadric dux consensi. + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Wulfgar dux consensi. + Ego Ealhhelm dux consensi. + Ego Aethelmund dux consensi. + Ego Aelfgar dux consensi. + Ego Eadmund minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Wulfric minister consensi. + Ego Aelfsige minister consensi. + Ego Wulfric minister consensi. + Ego Beorhtsige minister consensi. + Ego Aethelgeard minister consensi. + Ego Aethelnoth minister consensi.

CXI

EADRED, 948

+ Regnante imperpetuum domino nstro Ihesu Christo ! Omnipotens factor atque monarchus dispensator, in sua unica praescientia quaecumque abdita aut se ostendentia sint inscrutabili atque intelligibili dispensatione disposuit ac gubernat ! Quapropter ego Eadredus, rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, dedi cuidam meo ministro, uocitato nomine Frytherico, .IIII^or^. mansas in illo loco ubi iamdudum ruricolae illius regionis nomen imposuerunt aet Ofaertune, ut terram iam praefatam, meo scilicet ouante concessu, tramitibus suae possideat uitae ; deinceps namque sibi succedenti cui uoluerit haeredi derelinquat, ceu praedixi illi, in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc immobile donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus

quae pertinent sibi, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero, prout non optamus, serpentino suggestionis daemonicae toxico inflati, huius tramitis seriem in aliquo temptauerint foedare, nouerint se cum Anna et Zafirra satellitibusque herebica aeterni anathematis macera perforandos, nisi prius digna satisfactione emendare maluerint. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XLVIII. indictione .VI.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae cru + cis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Wulfstanus archons diuinae seruitutis officio mancipatus Eboracae ciuitatis archiepiscopus sigillum sanctae cru + cis impressi. + Ego Aelfheah Wintaniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae cru + cis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenwald episcopus + Ego Aelfric episcopus. + Ego Aethelgar episcopus + Ego Aelfred episcopus. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Ealhhelm dux. + Ego Eadmund minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelnoth minister.

CXII

EADRED, 948

+ In nomine almi et agiae sophiae, qui monarchiam mundi totius ac celsitudinem coelorum, abditamque profunditatem turgentis oceani in altis et in imis omnia cum suae maiestatis imperio nunc et in aeuum gubernat, ceu pupillarum obtutus per triquadrum mundum cotidie cernitur ac manifestata signa declarantur, quomodo transeuntis mundi uicissitudo diuturnis horis crescendo decrescit, et ampliando minuatur; tamen superno fulti adminiculo pro sequi indigemus ad alta. Cuius scilicet feruoris igne [succensus] ego Eadredus basileus Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo fideli minis-

tro, uocitato nomine Aelfrico, deuotionis eius sollertia eiusdemque placatus obsequio, dignatus sum impertire .xi. mansas in illi loco ubi iamdudum solicolae illius regionis nomen imposuerunt aet Stoce. Tali autem tenore hoc praefatae munificentiae munus tradendo concessi, ut possideat [e] firmiter teneat usque ad ultimum cursum uitae suae, cum omnibus utensilibus quae deus coelorum in ipso telluris gramine creauit, tam in notis causis et ignotis, in modicis et in magnis, campis, pascuis, pratis, siluis, siluarumque densitatibus donans donabo libertatem ; et postquam humani generis fragilitatem deseruierit et ad desiderabilem iocunditatis uiam, per gratiam superni iudicis, adierit, succedentium sibi cuicumque libuerit aeternaliter derelinquat, ceu superius praenotaui. Sit autem praedictum rus liberum ab omni fiscali tributo saeculariumque seruitutum exinanitum, sine expeditione, et pontis arcisue instructione. Si quis autem propria temeritate uiolenter inuadere praesumpserit, sciat se proculdubio ante tribunal districti iudicis, titubantem tremebundumque, rationem redditurum, nisi prius hic digna satisfactione emendare maluerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata. esse uidetur... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XLVIII. indictione .VI.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadgyfu eiusdem regis mater cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Wulfstanus archons diuinae seruitutis officio mancipatus Eboracae ciuitatis archiepiscopus sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus corroboraui. + Ego Aelfheah Wintoniensis acclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenwald episcopus consensi. + Ego Aelfric episcopus consignaui. + Ego Aethelgar episcopus corroboraui. + Ego Aelfred episcopus confirmaui. + Ego Wulfsige episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadric dux. + Ego Aethelstan dux + Ego Wulfgar dux. + Ego Ealhhelm dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfgar dux. + Ego Eadmund minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelnoth

minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Byrhtsige minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelred minister. + Ego Eadred minister.

CXIII

EADRED, 948

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo! 'Omnia quae uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna sunt;' ideo caducis et uanis rebus aeterna et iugiter permansura gaudia coelestis patriae magnopere meacanda sunt. Quapropter ego Eadred, gratia dei Occidentalium Saxonum rex, pro remedio animae meae, aliquam partem terrae iuris mei ministro Cuthredo in perpetuam haereditatem libenter largitus sum, id est .v. cassatos in loco qui appellatur Bedalacinge, hoc est, ut habeat atque possideat praefatam terram cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus, campis, pratis, pascuis, quamdiu omnipotens deus uoluerit ut hic ista uita demoratus fuerit; et post finem uitae illius, haeredi cuicumque placuerit liberam habeat donandi uel concedendi potestatem. Terra autem praedicta secura et inmunis permaneat ab omni regali seruitio, et omnium saecularium seruitute, nisi expeditione, et pontis factione, et arcis munitione. Si quis hanc meam donationem augere et amplificare uoluerit, augeat deus bona illius hic et in futuro. Si uero quis frangere uel mutare praesumpserit, noscat se ante tribunal aeterni iudicis in die iudicii rationem redditurum, nisi antea satisfactione emendauerit. Scripta est autem haec scedula anno ab incarnatione Christi .DCCCC.XLVIII. in loco qui appellatur Suthun; istis testibus consentientibus quorum nomina infra scripta uidentur esse.

+ Ego Eadred rex consensi. + Ego Aetheluulf dux consensi. + Ego Beorhtferth filius regis consensi. + Ego Heremod presbyter. + Ego Milred minister consensi. + Ego Cunlaf minister consensi. + Ego Aethelwulf minister consensi. + Ego Aelfred minister consensi. + Ego Aescred minister consensi. + Ego Cuneheah minister consensi. + Ego Ceolborht minister consensi. + Ego Mucel minister

consensi. + Ego Heahwulf minister consensi. + Ego Weohthelm minister consensi. + Ego Cyneferth minister consensi.

CXIV

EADRED, 955

+ Anno dominicae incarnationis .DCCGC.LV. Ego Eadred totius Albionis gubernator et rector, animaduertens, quodam abbatae mihi uetusta priuilegia narrante, nomine scilicet Aethelwold, uillam quae uulgari onomate Abbendun dicitur cum suis appendiciis rusculis priscis temporibus coenobio quod situm in eadem uillula constat fore subiugatam, uerum tempore quo archipiratae totam hanc insulam deuastantes peruagati sunt, ab auo meo, rege uidelicet Aelfredo, ipsam cum omnibus suis adiectiuis a praedicto coenobio fuisse abstractam, uictori domino impares pro uictoria qua functus est reddens taliones. Nunc igitur ob quam rem, cum consilio atque consensu meorum praesulum optimatumque, quorum nomina caraxantur inferius, pro redemptione animae meae et pro expiatione scelerum meorum praedecessorum, eandem uillam praefato arcisterio ad usus praedicti abbatis fratrumque inibi deo seruientium uoti compos perpetualiter restituo. Terras uero appendicias quae per loca diuersa ad eandem uillam pertinent, id est .x. Gaincg .x. Gosige .xxx. Weorthe .xxx. Cumeneran, cum licentia praenominati abbatis subiectorumque sibi fratrum diebus uitae meae ad necessarios perfruar usus; decurso autem uitae meae spacio, eaedem cum omnibus ipsarum suppellectilibus ad praescriptam uillam redactae, iugiter praedicto monasterio subiugentur. Si quis autem hanc nostrae munificentiae syngrapham, quam ego ab omni saeculari iugo reddidi liberam, tribus exceptis, expeditione, pontis arcisue constructione, daemonica instinctus phiiargyrir infringere immutareue aliorsum quam constituimus praesumpserit, sit alienatus a consortio sanctae dei aecclesiae, et a participatione corporis et sanguinis Ihesu Christi, aeternisque barathri lugubriter deputatus incendiis, cum Iuda Christi proditore iugiter crucietur, nisi prius digna satisfactione emendauerit quod contra nostrum deliquit decretum. Metae .xx. hidarum Abbendoniae quas Ceadwalla rex West-Saxo-

num deo et sanctae Mariae primitus dedit et sic diuisit... Haec autem sunt huiusce donationis seu libertatis testimonia.

+ Ego Eadred Christi suffragante gratia basileus hoc donum agiae crucis taumate confirmaui. + Ego Odo Dorobernicae sedis archipraesul consolidaui. + Ego Oscytel Eboracensis aecclesiae primas consensi. + Ego Aelfsinus Uuintanae cathedrae pontifex roboraui. + Ego Osulf episcopus huic regiae dapsilitati affui. + Ego Eadgiuu eiusdem regis genitrix hanc donationem adquisiui. + Ego Aetheluuold praefati coenobii abbas congaudens dictaui. + Ego Aelfere minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfeah minister. + Ego Brihtferth minister. + Ego Sulf minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Aelfred minister.

CXV

EADRED

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris ! Omnia uisibilia huius praesentis saeculi scimus certissime et sine ambiguitate cotidie manifesta in diuersis rebus declarata sunt, quod transitoria ac temporalia supernus rector omnia creauerat, nisi tantum uictum hominibus cotidie per suam largifluam misericordiam distribuit. Quapropter ego Eadredus, diuina indulgente clementia rex Anglorum, dedi cuidam meo fideli ministro ac militi, qui ab incunabulis suae infantilitatis, non fortuitu sed uoluntate parentum, nomen accepit Aelfgar, tres mansas agelluli in illo loco ubi iamdudum solicolae illius regionis nomen imposuerunt aet Weonfelda, quatenus habeat ac possideat, uita comite, hoc est quamdiu uitalis spitus in ac aerumnosa uita fragile corpus aluerit ; postquam uero separatio animae a corpore fuerit, quod cunctis mortalibus commune inde indeclinabiliter cognoscitur, cuicumque uoluerit haeredi derelinquat in perennem haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto communi labore expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Hoc autem fructuorum eulogiae munusculum in sempiterno graphio cum signaculo sanctae crucis maneat quamdiu petra uolens in terram humanis oculis

aspicitur, et aqua fluctiuagis undis creatori omnium creaturarum deseruiens. Si quis uero hominum hanc meam donationem cum stultitiae temeritate lactitando infringere certauerit, sit ipse grauibus per cola depressus catenis inter flammiuomas tertrorum daemonum cateruas, nisi prius hic ad satisfactionem uenire maluerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur.

+ Ego Eadredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque [roboraui.] + Ego eadgifu eiusdem regis mater cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobornensie aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Wulfstanus archons seruitutis officio mancipatus Eboracae ciuitatis archiepiscopus sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Theodred Lundoniensis aecclesiae episcopus corroboraui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Wulfsige episcopus consensum praebui figens crucem. + Ego Aelfric episcopus donum regis confirmaui. + Ego Aethelgar episcopus crucis modum depixi. + Ego Cenwald episcopus praedictum donum consensi + Ego Ealhhelm dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfgar dux. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Alfheah minister. + Ego Aelfred minister.

CXVI

EADRED

+ Regnante inperpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Imminentibus caducis terminis qua in nos, sceleris licet onere pressi nutu diuino statuti, tamen dominica prosequentes monita, prout quimus, secundum illud euangelii ubi dicitur, ' Date, et dabitur uobis;' quapropter ego Eadredus rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo homini uocitato nomine Heresige mansam et dimidiam concedo, ubi ruricolae, antiquo usu, nomen inposuerunt aet Swalewanclife; eatenus ut

hoc diebus suis possideat tramitibusque uitae suae; et post se maneat, prout iam praedixeram, donum iustud ab omni saeculari seruitio exinanitum, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram diffinitionem, elationis habitu incedens, infringere temptauerit, perpessus sit gelidis glacierum flatibus et Pennino exercitu malignorum spirituum, nisi prius inriguis poenitentiae gemitibus et pura emendatione emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur.

CXVII

EADWIG, 956

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo ! Summae beatae trinitatis, cuius composita facillime patet figura, quoniam praesentis conflictus gaudium nobis iubilaei quasi latenter generat sempiternum, apostolo dicente, ' Quod enim in praesenti momentaneum est et leuae tribulationis nostrae supra modum in sublimotate aeternum gloriae pondus operatur nobis. ' Ob quam causam ego Eaduui rex omnium gentium huic insulae cohaerentium, cuidam ministro meo placabili aliquam partem mei telluris concedo Bryhtrico in loco ubi dicitur Hennarith, id est .x. mansas ad perfruendum sibi haereditabiliter quamdiu uixerit, cum pascuis, pratis ; et post eius obitum cuicumque uoluerit relinquat. Si quis ergo donationem hanc regis augere optauerit, sit dignus aeterna mercede ; sin autem minuere, sit anathematizatus, nisi ante obitum emendauerit. Sit autem praedictum rus ab omni mundiali obstaculo liberum, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Terminis istis circumcincta uidetur terra esse... Acta est haec cartula anno dominicae incarnationis .DCCCC.LV[I]. indictione .XIIII. testibus istis armata est terra.

+ Ego Eaduuig rex Anglorum cum sigillo sanctae crucis expressi. + Ego Odo archiepiscopus signaui. + Ego Eadgar frater regis consensi. + Ego Oscytel episcopus signaui. + Ego Aelfsige episcopus roboraui. + Ego Cenwald episcopus adhibui. + Ego Osulf episcopus corroboraui. + Ego Aelfuuald episcopus consensi + Ego Byrh-

telm episcopus adhaesi. + Ego Aethelstan dux consensi. + Ego Aethelsige dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aetheluuald dux.

CXVIII

EADWIG, 956

+ Omnipotens coeli terrae in principio uerbum karismatum per tempora legis naturae litterae uel gratiae distributor, patriarchas et prophetas sensim uisitoter, te timendum magnificant antiquiti neglecti, te glorificant nuper redepti ; utpote conregnandi fidem habentes gratia tui ; unde eadem gratia praeunti ingenio fulgent uiribus pollent dominari iam audeant uitiis, quippe peruncti nomine Christi ! Quapropter ego Eadwig rex Anglorum ditari sponte dispono quemque fidelem promerendo gaudia uitae, atque huic meo fideli nomine Aethelwold .IIII. mansas ubi incolae dicunt Wudetune concedo in haereditatem perpetuam, cum omnibus ad se rite pertinentibus, pratis, pascuis, siluis, solutos ab omni censu regali, excepta expeditione, pontis arcisue constructione. Anno DCCCC.LVI. ab incarnatione dominica, indictione .XIIII anno uero primo imperii nostri, testibus idoneis adstipulantibus.

+ Ego Eadwig rèx gratia dei Angol-Saxonum hoc donum titulo sanctae crucis corroboraui. + Ego Oda archipraesul cum signo sanctae crucis consensi. + Ego Eadgar indoles clito signum agiae crucis annui. + Ego Wulfsige episcopus. + Ego Osulf episcopus. + Ego Oscytel episcopus. + Ego Wulfhelm episcopus. + Ego Daniel episcopus. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Alfhaere dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Byrhtferth dux. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Wulflaf minister. + Ego Witgar minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Aelfsige minister + Ego Wulfric minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfred minister.

Quicunque amodo hoc priuilegii donum seruando amplificauerit, mansionem adipiscat in Paradisi gaudio cum angelis dei ; minuere

uero temptans peonas sentiat infernales, ' ubi erit fletus et stridor dentium,' nisi citius emendet.

CXIX

EADWIG, 956

+ In nomine dei et domini nostri Ihesu Christi neri redemptoris mundi ! Anno uero dominicae incarnationis .DCCCC.LVI. ego Eaduuig, omnicreantis disponente clementia, Angligenarum omniunque gentium undique secus habitantium rex, diuino ductus amore, ab eodem deo et domino nostro, populis et tribubus praeordinatus in regem, anno imperii mei primo, non inmemor fui quo modo et quam mirabiliter omnia supernus rector firmae rationis serie gubernat atque custodit. Idcirco cuidam meo fideli ministro ac propinquio, quem nonnulli uocitant noto uocamine Aelfheah .XXX. mansas perpetualiter concedo, illo in loco ubi prolatam antiquo usu nomen affertur aet Ellendune, ut terram iam praefatam, meo scilicet ouante concessu, tramitibus suae possideat uitae ; deinceps namque sibi succedenti cui uoluerit haeredi derelinquat, ceu praedixi illi, in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc inmobile donum, aeterna libertate iocundum, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis siluis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Si qui denique, michi non optanti, hanc libertatis cartam liuore depressi uiolare satagerint, agminibus tetrae caliginis lapsi, uocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum,' ubi cum daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. Praedicta siguidem tellus istis terminis circumcincta clarescit...

+ Ego Eadwig rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter concessi atque roboraui. + Ego Eadgar eiusdem regis frater cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus eisdem regis principatum et beniuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Aelfsige Wintoniensis aecclesiae episcos testudinem sanctae

crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenwald episcopus consignaui. + Ego Oscytel episcopus subscripsi. + Ego Osulf episcopus corroboraui. + Ego Byrhtelm episcopus non rennui. + Ego Wulfsige episcopus consensi. + Ego Aelfwold episcopus adquieui. + Ego Athulf episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Aelfsige dux. + Ego Wulfric minister. + Ego Aethelgeard minister + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelgar minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Eadric minister. + Ego Cynsige minister.

CXX

EADWIG, 956

+ In nomine summi tonantis ! Omnia quae cumquesecundum aecclesiasticam normam iusto moderamine decernuntur, quia incertus huius labentis uitae status euidenter agnoscitur, litterarum apicibus saltim pro ampliore firmitate roborantur. Quamobrem ego Eadwic Anglorum ac totius Brittannicae telluris gubernator et rector, cuicam meo fideli ministro, uocitato uocabulo Aelfwold, aliquam portionem terrae perenniter deuota mente concedo, id est .IIII. mansas in loco ubi ruricolae antiquo usu nomen indiderunt aet Withiclea, amodo cum securitate nostrum donum, uita comite, sibi usurpet; se obeunte cuicumque uoluerit in carisma perenne impertiat, cum campis, pascuis, pratis, siluis. Sit uero haec terra ab omni saeculari negotio libera, excepta expeditione, et pontis ac arcis constructione. Si quis autem infringere temptauerit, quod absit. sciat se rationem redditurum coram deo et angelis eius. Istis terminis ambitur praedicta tellus... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini .DCCCCLVI. indictione .XIIII.

+ Ego Eadwig rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Aelfsinus praesul sigil-

lum agiae crucis impressi + Ego Cenwald episcopus consignaui. + Ego Oscytel episcopus subscripsi. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Wulfsige episcopus non rennui + Ego Byrhtelm episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Wulfric minister.

CXXI

EADWIG, 956

+ Regnante ac gubernante domino nostro Ihesu Christo ! 'Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre quid possumus ; ' quare de his quae uelut aporiatum peripsima contempnuntur atria uitae emenda sunt. Ideo ego Eadwig basileus Anglorum et aeque totius Albionis gubernator et rector cuidam meo fideli ministro quem uocitant nonnulli noto uocamine Byrnric .v. cassatos perpetualiter trado, illic ubi Anglica appellatione dicitur aet Polehametune, eatenus ut hoc diebus suis possideat tramitibusque uitae suae ; et postquam uniuersitatis iam adierit, cuicumque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni fiscali tributo saeculariumque seruitutum exinanitum, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, sine expeditione et pontis arcisue instructione. Nam si quis reprobus, falsis machinationibus, per aliquam scripturam, meum donum subuertere conatus fuerit, si ipse in profundo chaos igneis nexibus mancipatus, et eius memoria caligine mortis obtecta, nisi hic assiduis precibus prius optabilem consequi mereatur. Praedicta siquidem tellus istis terminis circumcincta clarescit. . Haec carta incaraxata est anno dominicae incarnationis .DCCCC.LVI. indictione. XIIII^a^.

+ Ego Eadwic rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Aelfsinus praesul sigillum agiae crucis impressi. + Ego Byrhtelm episcopus consignaui.

+ Ego Cenwald episcopus adquieui. + Ego Oscytel episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus non rennui. + Ego Byrhtelm episcopus subscripsi. + Ego Athulf episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aelfmer minister.

CXXII

EADWIG, 956

+ Diuino spreto mandato et suggestione diabolica obaudita proplasius infoelix omnem miseriam heu ! induxerit in posteris suis, adeo ut caducis prosperis uel blandimentis huius saeculi minime gaudent, funditus perpendentes ipsam adhuc mortem imminere ineuitabilem, sed multo magis ambiunt adipisci paradisiaca gaudia praesertim domino incarnato. Unde ego Eadwig rex anglorum huic meo familiarissimo utique fideli nomine Aelfrico .XL. mansas ubi dicitur aet Alresforda in haereditatem tribuo perenniter possidendam et tradendam cuicunque uoluerit haeredi cum omnibus ad se pertinentibus, pratis, pascuis, siluis, anno .DCCCC.LVI. indictione .XIIII. regni autem mei primo anno. Soluta est haec praefata terra omni iugo regali, excepta expeditione, pontis arcisque constructione, testibus idoneis adstipulantibus...

+ Ego Eadwig rex Anglorum cum tripudio sanctae crucis hoc donum corroborando confirmaui. + Ego Oda archiepiscopus impressi. + Ego Eadgar indoles clito consensi. + Ego Aelfsige episcopus confortaui. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Wulfsige episcopus annui. + Ego Daniel episcopus dictaui. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Berchferth minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelmer minister. + Ego Aethelgerd minister. + Ego Aelfred minister.

+ Ego Aelfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfric minister.

Si quis amodo hoc donum conseruare uoluerit, deus illum conseruet hic et in futuro ; destruiturus uero, quod absit, praecipitetur in Cocyti palude.

CXXIII

EADWIG, 956

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Sacrae autem scripturae et aedicta fona catholicorum patrum nos admonent ut memores simus quodoquinem transeuntis mundi uicissitudo cotidie per incrementa temporum crescendo decrescit, et ampliando minuitur, crebescentibusque repentinis uariorum incursuum ruinis uicinus finis terminus esse cunctis in proximo cernitur; idcirco uanis ac transibilibus rebus mansura coelestis patriae praemia mercanda sunt. Quapropter ego Eadwig rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo fideli ministro uocitato nomine Eadrico, modicam partem terrae, id est .L. mansas concedo, in illo loco ubi ruricolae appellatiuo usu ludibundisque uocabulis nomen indiderunt aet Meone, quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat inlaesus atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaerat ; et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, sicuti praediximus, in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pratis, pascuis, siluis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcis[ue] constructione. Hanc uero meam donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus, fiat pars eorum cum illis de quibus e contra fatur, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est Sathanae et satellibus eius,' nisi prius deo poenitentia ueniam legali satisfactione emendent. Praedicta siquidem tellus his terminis circumcincta claresciit... Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis .DCCCCLVI. indictione .XIIII.

+ Ego Eadwig rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego

Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Aelfsinus praesul sigillum agiae crucis impressi. + Ego Oscytel episcopus consignaui. + Ego Osulf episcopus confirmaui. + Ego Byrhtelm episcopus acquieui. + Ego Aelfwold episcopus non rennui. + Ego Wulfsige episcopus corroboraui. + Ego Athulf episcopus subscripsi. + Ego Daniel episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Alfheah minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelmer minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Eadwold minister.

CXXIV

EADWIG, 956

+ Regnante inperpetuum ac gubernante domino nostro Ihesu Christo ! Omnia iura regnorum cunctis agiae sophiae fontem haurientibus opere pretium fore uidetur, quod ea quae secundum instituta et decreta antiquorum patrum tractata fuerint, quamuis ueridicorum hominum sermo testimonium sufficeret, tamen pro incerta prolixi temporis fortuna cyrographorum scedulis sunt roboranda. Quamobrem ego Eadwig, non solum Angul-Saxonum basileus uerumetiam totius Albionis insulae gratia dei sceptro fungens, uni meo principi, quem uocitant nonnulli noto uocamine Aethelgeard, cum consensu meorum optimatum .x. mansas perenni stabilitate concedo, in illo loco ubi uulgari astipulatione uocamen, antiqui imposuerunt aet Cittandene, ut habeat cum omnibus quae ad illum locum pertinere noscuntur, campis, pascuis, pratis, siluis, quatinus mea dapsili deditione quamdiu uitalis flatus suum fouerit corpus hilari animo perfruatur ; et post se haeri cui uoluerit derelinquat, sicut

ante manifestatum est, aeternaliter. Careat, autem nostrum carisma omni mundano seruitio, excepto triplici labore, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis autem infringere temptauerit, quod absit, sciat se rationem redditurum coram deo et angelis eius, nisi hic prius emendare satagerit. Istis terminis haec tellus ambita, uidetur... Haec carta scripta est anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCCLVI.

+ Ego Eadwig rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda archiepiscopus cum signo agiae crucis roboraui. + Ego Aelfsinus episcopus sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Oscytel episcopus consignaui. + Ego Osulf episcopus corroboraui. + Ego Wulfsige episcopus adquieui. + Ego Brihtelm episcopus confirmaui. + Ego Athulf episcopus consignaui. + Aethelstan dux. + Eadmund dux. + Aethelstan dux. + Byrhtferth dux + Aelfhere dux. + Aelfsige minister. + Wulfric minister. + Aelfheah minister. + Aelfsige minister. + Aelfred minister. + Aelfgar minister. + Byrhtferth minister. + Aelfheah minister. + Aelfric minister. + Aethelwald minister.

CXXV

EADWIG, 956

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Mundi huius stabilitas labentibus properanter temporibus regna quae functi cum regibus uelocissimo transeuntibuscursu licet stare uidetur firmiter, a priori statu cito labi nulli sapienti ignotum est et gaudia hic fallentis uitae quatiuntu ac dissipantur. Idcirco ego Eadwic, industrius Anglorum rex caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, primo anno imperii mei litteratoriis apicibus roboraui, quod cum consensu heroicorum tradidi cuidam meo fideli ministro, uocitato nomine Aethelsige, modicam numinis mei partem terrae, id est .v. mansas agelluli aeternaliter tradendo concessi, ubi turbarum collatione iamdudum nomen illatum hoc adesse profertur Aeglingaig aet East-stoce, quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu uiuat; et post sec cuicunque uoluerit haeredi derelinquat. ceu supradiximus, in

aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, sine expeditione, et pontis arcisue instructione. Si quis autem infringere tempauerit, quod absit, sciat [se] in tremendo die iudicii rationem redditurum coram deo et angelis eius, nisi prius hic digna satisfactione emendare maluerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCCLVI. indictione .XIIII.

+ Ego Eadwig rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Oda Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Aelfsige Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Cenwald episcopus subscripsi et consensi. + Ego Oscytel episcopus subscripsi et consignaui. + Ego Osulf episcopus subscripsi et corroboraui. + Ego Wulfsige episcopus subscripsi et confirmaui. + Ego Byrhtelm episcopus subscripsi et adquieui. + Ego Aelfwold episcopus subscripsi et conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Byrhtferth dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Wulfric minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Byrhfert minister. + Ego Aelfhaere minister. + Ego Aelfsige minister + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Cynesige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister.

CXXVI

EADWIG, 956

+ In nomine dei patris et filii et spiritus sancti. Amen ! Adam dei omnipotentis nutu protogenes ex informi materia creatus, in Edenque praecepto trinae simplicitatis custodito foeliciter collocatus sine alicuius elementi perturbatione uiuens, culpa etiam praeuaricationis inuenta exinde actutum expulsus in has diuersas orbis plagas cum ergastuli aerumpna usque ad termini sui calcem, sicuti modo in suis postgenitis apparet, uitam miserabiliter finiens mortem mina-

tam pertulit, ac deinde per diuersa quinque zonarum liniamenta eiusdem praedicti protogenis ampla innumerabilique pullulante prosapia, non solum patriarchas et prophetas, uerumetiam et reges cum caeteris diuersi ordinis conditionibus idem crimen eademque poena quasi perdebitum primae praeuaricationis ad operandam extunc naturaliter iniquitatem omnes iure constrinxerat, nisi dominus noster Ihesus Christus, dei filius idemque hominis, his misericorditer spem immortalitatis attribuens et uitam post mortem promittens foelicem tandem subueniret ; caeterum soli philosophi ueraeque sapientiae dediti et maxime religiosissimi uiri condolendo mirantur intenti perdita Paradisi amoena, quod ex tempore Liberi patris coetanei Noae fabricatoris arcae ac Eteoclis Polinicisque principum Thebarum munitissime tutarum centum portis propter istius telluris lubricam diuisionem, cronicae seditiones, insidiae, latibula, bella, inter homines minime cessauerunt usque ad hoc spacium uitae. Quapropter ego Eaduuig, largiflua summi tonantis prouidentia rex Anglorum et cunctigenarum Albionis populorum, toto mentis nisu meos proceres fidissimos ad dei omnipotentis uoluntatem, prout mihi potissimum est, et eo amplius ut mei praecessores deuotissimi fecisse comprobantur reuocans quicquid uero tepidius uel negligentius quacumque ex causa eos compertus fuero emendare studens, adoptiuo parenti meo nomine Aelrico. xx. telluris mansas in loco qui Anglico uocitatur more Hannige perpetualiter libenti largitus sum animo coram idoneis testibus atque dignis proceribus, pro sua potius satisfactione quam crucis amore cuius quamlibet mihi .lx. dedisset mancusas. Atque nunc hoc signaculo donum crucis Christi corroboro, quatenus cuicumque uoluerit se uiuente haeredi seu uitae post suae discessionem perenniter tribuat, cum omnibus sibi pertinentibus, id est, campis, pratis, pascuis, piscationibus, caeterisue ; tali uidelicet tenore, ut praeter expeditionem, pontisque necnon et arcis constructionem, praedicta sit tellus ab omni fisco regali libera. Si quis autem quod absit, nostram frangere conatus fuerit donationem, sciat se anathematizatum ante tribunal domini nostri Ihesu Christi, nisi digna ante eius obitum poenitudine deterserit. Huius scilicet arui carta anno dominicae incarnationis .dcccc.lvi. indictione .xiiii. conscripta est...

+ Ego Eaduuig diuina allubescente gratia tocius Albionis rex hoc donum agiae crucis taumate roboraui. + Ego Oda archiepiscopus signum crucis impressi. + Ego Eadgar clito eiusdem regis

adelphus roboraui. + Ego Aelfsige episcopus consensi. + Ego Uulfsige praesul consensi. + Ego Cynsige cpiscopus antistes roboraui. + Ego Coenewold pontifex hoc idem confirmaui. + Ego Oscytel consentiens roboraui. + Ego Osulf praesul hoc idem confirmaui. + Ego Athulf episcopus subscripsi. + Ego Daniel iubente rege hanc syngrapham dictaui. + Ego Dunstan abbas consensi. + Ego Aethelstan dux cum caeteris suffraganeis hoc donum roboraui. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aelfhere comes. + Ego Eadmund dux. + Ego Byrhferth dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfheah discifer. + Ego Aelfsige discifer. + Ego Aelfsige dsscifer. + Ego Eadric hoc deo corroborante meo fratri affirmo. + Ego Oswerd minister. + Ego Leouuine minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Osuuig minister. + Ego Aelheluuold minister. + Ego Aelfuuine minister.

CXXVII

EADWIG, 956

+ Adam dei omnipotentis nutu protogenes ex informi materia creatus, in Edenque, praecepto trinae simplicitatis custodito foeliciter collocatus sine alicuius elementi perturbatione uiuens, culpa etiam praeuaricationis inuenta, exinde paritee expulsus in has diuersas orbis plagas cum ergastuli aerumpna usque ad termini sui calcem, sicuti modo in suis postgenitis apparet, uitam miserabiliter finiens mortem minatam pertulit; ac deinde per diuersa quinque zonarum lineamenta eiusdem praedicti protogenis ampla innumerabi[li]que pullulante prosapia, non solum in patriarchis et prophetis, uerumetiam et in regibus cum caeteris diuersi ordinis conditionibus, idem crimen eademque poena quasi per debitum primae praeuaricationis ad operandam extunc naturaliter iniquitatem omnes iure constrinxerat, nisi dominus noster Ihesus Christus dei filius idemque hominis filius, his misericorditer spem immortalitatis attribuens et uitam post mortem promittens foelicem, tandem subueniret : caeterum soli philosophi ueraeque sapientiae dediti, et maxime religiosissimi uiri condolendo mirantur, intenti perdita

amoena Paradisi, quod ex tempore Liberi patris coetanei Noae fabricatoris arcae ac Eteoclis Polynicisque principum Thebae munitissimae centum portis propter istius telluris lubricam diuisionem, cronicae seditiones, insidiae, latibula, bella, inter homines minime cessauerunt usque ad hoc spatium uitae. Quapropter ego Eaduuig, largiflua summi tonantis prouidentia, rex Anglorum et cunctigenarum Albionis populorum, to tomentis annisu meos proceres fidissimos ad dei omnipotentis uoluntatem reuocare curabo, prout potissimum, et eo amplius mei deuotissimi praedecessores fecisse comprobantur, quicquid uero tepi[di]us uel negligentius quacunque ex causa eos egisse compertus fuero, emendare studebo. Qua de re, ob amorem uerae sapientiae meo adoptatiua parenti, uocabulo Aelrico .xx. mansas libenti animo concedo, pro sua satisfactione chrisque amando .LX^ta^. ipse mihi concedente coram testibus et idoneis proceribus me illum diligendo hoc praefatum rus signaculo crucis Christi corroboro, quatenus cuicunque haeredi se uiuendo tribuat uitaeque post suae discessionem ab huius caducitate mundi donum ipsius firmiter in aeternum permaneat, cum omnibus rebus pertinentibus, id est, campis, pratis, pascuis, piscationibus. Praeter expeditionem, pontiumue necnon et arcium [constructionem], praedicta terra sit ab omni fisco regali libera. Si quis, quod absit, nostram donationem frangere conatus fuerit, seiat se anathematum esse ante tribunal domini nostri Ihesu Christi. Hac uero conditione interposita praefata terra in uita sua bene perfruatur, et cuicumque haeredi uoluerit derelinquat. Annis namque dominicae natiuitatis transactis, .DCCCC.LVI. indictione .XIIII^a^. hic codicellus conscriptus est...

+ Ego Eaduuig diuina allubescente gratia tocius Albionis rex hoc donum agiae crucis taumate tripudians roboraui. + Ego Oda archiepiscopus signum crucis impressi + Ego Eadgar clito eiusdem regis adelphus roboraui. + Ego Aelfsige episcopus consensi. + Ego Uulfsige praesul subscripsi. + Ego Cynsige antistes corroboraui. + Ego Cenuuold pontifex hoc idem confirmaui. + Ego Oscytel consentiens roboraui. + Ego Osulf praesul hoc idem confirmaui. + Ego Athulf praesul hoc idem confirmaui. + Ego Daniel iubente rege hanc syngrapham dictaui. + Ego Dunstan abbas consensi. + Ego Aethelstan dux cum caeteris suffraganeis hoc donum roboraui. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aelfhere comes. + Ego Eadmund dux. + Ego Byrhtferth dux. + Ego Aethelmund dux.

+ Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfheah discifer. + Ego Aelfsige discifer. + Ego Aslfsige discifer. + Ego Eadric hoc deo corroborante meo fratri affirmo. + Ego Oswerd minister. + Ego Leofnuine minister. + Ego Eadmund minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Aethelgerd minister. + Ego Osuuig mininister. + Ego Aetheluuold minister. + Ego Aelfuuine minister.

Haec mea suffragatio in eodem loco qui uocatur a coligenis Hannige coram meis optimatibus concedo, et perpetualiter, me uolente, maneat in Christo.

CXXVIII

EADWIG, 956

+ Omnipotens rerum creator insimul uniuersorum per sex dies distinxit formulas singulorum, statumque custodiunt naturalem, excepto homine et angelo praeuaricatore, per quem omnis aduersitas irrepsit in genus humanum, quod miserando diuina gratia liberauit tandem in fine saeculorum. Hoc audito et praelibato a multis peritioribus ego Eaduuig rex, dei gratia, tam pecuniis quam praediis honorare dispono meos fideles, huic etiam meo fideli Byrhtelmo presbytero Cenigtun in haereditatem concedo perpetuam cum omnibus ad se pertinentibus possidendam, et tradendam cui uult haeredi. Facta est autem haec praefati agelli libertas ab omni censu regali soluta, exceptis tribus, expeditione, uidelicet, pontis arcisque aedificatione, quae pernernecessaria sunt omnibus regionibus. Anno .DCCCC.LVI. incarnationis dominicae, indictione .XIIII anno uero primo imperii nostri...

+ Ego Eaduuig rex diuina gratia largiente tocius Britanniae hoc donum libenter signo crucis confirmaui. + Ego Oda archipraesul consensi. + Ego Eadgar indole[s] corroboraui. + Ego Aelfsige episcopus annui. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Uulfsige episcopus subscripsi. + Ego Cyneuuold episcopus impressi. + Ego Daniel episoopus dictaui. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Byrhtferth dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethel-

gerd minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aelfred minister.

Quicumque amodo nostrum decretum muniendo seruauerit, pascatur manna coelesti. Si quis autem, quod absit, contraire temptauerit, obstaculum patiatur Gehennae nisi cito emendare festinet.

CXXIX

EADWIG, 956

+ Regnante perenniter Christo ! Quid enim est in hac uita melius quam his terrenis caducisque coelestia et mansura mercari ; quia omne quod uidetur temporaliter deficit, id uero quod non uidetur sine intermissione permanebit. Quamobrem ego Eaduuig rex Anglorum, ac tocius Britannicae telluris gubernator et rector, cuidam meo homini uocitato nomine Eadric modicam partem terrae, id est .v. cassatos, perpetualiter concedo, illic ubi uulgari uocabulo dicitur aet Peadanwurthe; amodo cum securitate nostrum donum uita comite sibi usurpet; se obeunte, cuicumque uoluerit in carisma perenne impertiat, cum campis, pascuis, pratis, siluis. Haec tellus a cuncto sit immunis seruitu, nisi pontis et arcis ac expeditionis iuuamine. Si quis uero minuerit hanc donationem, sciat se reum omni hora uitae suae et tenebrosum Tartarum non euadere. Istis terminis haec tellus ambita udetur... Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis .DCCCCLVI. indictione .XIIIIa.

+ Ego Eaduuig rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Aelfsinus praesul sigillum agiae crucis impressi. + Ego Cenuuald episcopus consignaui. + Ego Oscytel episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Athulf episcopus non renui. + Ego Daniel episcopus conclusi. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfmaer minister. + Ego Uuulfgar minister. + Ego Aelfuuig minister. + Ego Eadric minister.

CXXX

EADWIG, 956

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LVI indictione .XIIII. Ego Eadwig Anglicae gentis inclitus rex, uni meo ministro cui nomen insitum est Uulfric .V. mansas perpetualiter trado, illo in loco ubi ruricolae appellatiuo usu ludibundisque uocabulis nomen indiderunt aet Ceorlatun; dum uero uitale spiramen suum fouerit corpus, animo iocundo nostra dapsili deditione perfruatur; decurso scilicet suae curriculo uitae, haeredi cui uoluerit impendat in perpetuum carisma. Praefatum rus omni seruitio careat, praeter expeditionem, pontis et arcis munimem. Si quis uere, tyrannica inflatus potestate, infringere temptauerit huius nostri decreti cirographum, sciat se coram Christo et angelis eius in tremendo examine rationem redditurum, nisi hic prius emendare satagerit. Nam praefatum rus nullis certis terminis dirimitur, sed iugera adiacent iugeribus.

+ Ego Eaduuig rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Eadgar eiusdem regis frater consensi. + Ego Oda archiepiscopus cum signo sanctae crucis roborauí. + Ego Aelfsinus praesul sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Cenuuald episcopus consignaui. + Ego Oscytel episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Byrhtelm episcopus non renui. + Ego Aelfwold episcopus consensi. + Ego Uulfsige episcopus subscripsi. + Ego Athulf episcopus conclusi. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aetheluuold dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Aethelgeard minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfuuine minister.

CXXXI

EADWIG, 957

+ Regnante theo in perpetuum architectorio ! Dum igitur saecularia regimina rite creator omnium rerum ita decreuerit, ut nobis non solum quae temporalia ac transitoria creauerat ad uictum largienpo cotidie distribuit, immo etiam iisdem ipsis momentaneis ac labentibus aeterna posse mercari permisit. Quamobrem ego Eaduui dei gratia rex Anglorum, cuidam meo duci, mihi ualde fideli, qui ab huiusce patriae gnosticis nobili Aelfheah appellatur uocabulo, pro obsequio eius deuotissimo, perpetua largitus sum haereditate .x. mansas, ubi ruricolae antiquo usu nomen imposuerunt aet Boclande, ut ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu uiuat; et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in haereditatem aeternam. Sit autem praedicta terra cum omnibus ad se rite pertinentibus libera, campis, pascuis, pratis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero, quod non optamus, contra nostrum decretum machinari uel infringere aliquid uoluerit, sciat se rationem grauiter redditurum in die iudicii ante tribunal domini, nisi prius hic digna emendauerit poenitentia ante mortem. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LVII. indictione .XV. scripta est carta.

+ Ego Eaduuig rex Anglorum praefatum donum indeclinabiliter concessi. + Ego Aelfsige episcopus sigillum agiae crucis impressi. + Ego Osulf episcopus consignaui. + Ego Bryhtelm episcopus subscripsi. + Ego Aelfuuold episcopus adquieui. + Ego Bryhtelm conclusi. + Ego Aelfsige dux. + Ego Eadmudd dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfuuig minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Eaduuold minister.

CXXXII

EADWIG, 938

+ Christo theo in saeculorum saecula coelum terramque regente ! Humanum genus ab orto suo fluere usque ad mortem deficiendo uidetur ; sed pius omnium uirtutum amator, qui nos cupit deuitare malum sectarique bonum, cotidie de lacrimarum ualle ad coelestia regna, quae nostrarum mentium sensus excedunt, ire foeliciter monstrat, quia aeterna sanctorum gaudia nunc cogitatione penetrari possunt. Unde ego Eadwig rex Saxonum, cuidam meo fideli ministro uocitato nomine Eadric .xxx. mansas perpetualiter concedo, illic ubi Anglica appellatione dicitur aet Wurthe, ut terram iam praefatam, meo scilicet ouante concessu, tramitibus suae possideat uitae ; deinceps namque sibi surcedenti cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu praedixi, in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis pratis, siluis, sine expeditione et pontis arcisue instructione. Minuentibus uero atque frangentibus hanc donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, fiat pars eorum cum illis de quibus e contra fatur, ' Discedite a me maligni in ignem aeternum qui paratus est Satanae et satellitibus eius,' nisi prius digna neo poenitentia ueniam legali satisfactione emendent. Praedicta siquidem tellus istis terminis circumcincta clarescit... Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis .DCCCCLVIII. indictione XVI^a^.

+ Ego Eaduui rex Anglorum indeclinabiliter concessi. + Ego Aelfsinus praesul sigillum agiae crucis impressi. + Ego Byrhtelm episcopus consignaui. + Ego Osulf episcopus confirmaui. + Ego Aelfuuald episcopus adquieui. + Ego Byrhtelm episcopus non renui. + Ego Daniel episcopus confirmaui. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelsige dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfheah minister + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfuuig minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aelfuuold

minister. + Ego Eadric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Beorhtnoth minister. + Ego Uulfhere minister. + Ego Aelfnoth minister. + Ego Uuynsige minister.

CXXXIII

EADWIG

+ In nomine dei summi et altithroni. qui omnia de summo coeli apice uisibilia et inuisibilia ordinabiliter gubernans atque moderans, praesentisque uitae curriculo, cotidie temporales possessiones et uniuersae diuitiarum facultates nostris humanis obtutibus cernibus deficientes ac decrescentes; sic mutanto fragilitas mortalis uitae marcescit et rotunda saeculorum uolubilitas inanescit, ac in carorum propinquorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur. Quapropter ego Eadwi Angligenarum rex caeterarumque gentium in circuitu persistentium, fideli meo ministro, uocitato nomine Eadrico, ob illius amabile obsequium eiusque placabili fidelitae .x. mansas largiendo libenter concedens perdonabo illic ubi uulgus prisca relatione uocitat aet Lechamstede, quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat illaeus atque uitalis spiritus, in corruptibili carne inhaereat ; et post se cuicumque uoluerit perenniter haeredi derelinquat, sicuti praedixi. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae rite ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue coadificatione, insuper ad augmentum praedictae donationis gratia, unam molinam iuxta diriuatiuis cursibus aquarum Lamburnam perpetuali donatione dedi praedicto ministro. Hoc tempore cachinnantes naenias subdolosi huius saeculi dinoscuntur interdum inchoasse alienum lucrum sibi usurpatiue cum ambitione iniquitatis uendicare, sed torpentes auaritiae incessas omnimodo in nomine sanctae trinitatis ab omnibus Christianis interdico ita ut meum donum corroboratum sit cum signaculo sanctoe crucis. Etiam si quis alium antiquum librum in propatulo protulerit nec sibi nec aliis proficiat, sed in sempiterno graphio deleatur, et cum iustis non

scribatur nec audiatur. Denique uero si quis, nobis non optantibus, nostrum hoc donum uiolari fraudulenter perpetrando consenserit, consideret hinc se die ultima iudicii coram deo rationem redditurum, atque cum reprobis quibus dicitur, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum, ' poenis atrocibus se esse passurum, si non antea corporea lamentatione emendauerit.

FIN DE LA TROISIÈME PARTIE

LISTE DES DOCUMENTS

CONTENUS DANS LA TROISIÈME PARTIE

Nos	Noms	Dates	Sources
1.	Aethelberht de Kent	S. D.	Reg. B. f. 20. pen. Dec. et Cap. St. Paul. Dugdale. Mon. Ang. App. III. p. 299.
2.	Uulfhere de Mercia	664	MS. Cott. Aug. II. 5. MS. Soc. Ant. LX. f. 59, b. Reg. pen. Dec. et Cap. Petroburg. MS. Lambeth. 321. p. 62. MS. Lansd. 992. f. 253. MS. Lands. 994. f. 126.
3.	Frithuuald de Surrey . . .	Avant 675	MS. Cott. Vit. A. XIII. f. 19, b.
4.	Frithuuald et l'Evêque Erkenwald. .	675	MS. Cott. Vit. A. XIII. f. 22, b.
5.	Hlothari de Kent	678	MS. Harl. 686 f. 131, b.
6.	Le Pape Agathon	680	Reg. pen. Dec. et Cap. Petroburg. N. Mon. I. p. 378. Wilkins. Concil. I. p. 49.
7.	L'Archevêque Theodore	680	Cod. Winton. f. 110.
8.	Caeduuealha of Wessex	683	Reg. B. XVIII. f. 4, b. pen. Dec. et Cap. Cicest. Reg. A. XVIII. f. 16. pen. Dec. et Cap. Cicest.
9.	Caeduuealha.	688	Cod. Winton. f. 55, b.
10.	Nothelm de Sussex	692	Reg. B. XVIII. f. 4, b. pen. Dec. et Cap. Cicest.
11.	Uuihtraed de Kent.	694	Reg. C. C. Cantuar. A. f. 88. MS. Lambeth. 1212. p 307. Twysden. Hist. Ang. p. 2208.

Nos	Noms	Dates	Sources
12.	Ini de Wessex	701	Cod. Winton. f. 18, b.
13.	Hean	S. D.	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 6, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 102.
14.	Nunna de Sussex	714	Reg. B. xviii. f. 4. b. pen. Dec. et Cap. Cicest.
15.	Aethelheard de Wessex	737	Cod. Winton. f. 58, b.
16.	Eadberht de Kent	741	MS. Lambeth. 1212, p. 308. Twysden. Hist. Ang. p. 2209.
17.	Eadberht	747	MS. Lambeth. 1212. p. 310. Twysden. Hist. Ang. p. 2211.
18.	Earduulf de Kent	vers 747	MS. Lambeth. 1212. p. 323. Twysden. Hist. Ang. p. 2220.
19.	Cuthraed de Wessex	749	Cod Winton f. 31.
20.	Cuthraed	749	Cod. Winton. f. iii.
21.	Osmund de Sussex	765	Reg. B. xviii, f. 5. pen. Dec. et Cap. Cicest.
22.	Osmund	770	Reg. B. xviii. f 5. pen. Dec. et Cap. Cicest.
23.	Aethelberht de Sussex	vers 774	Reg. B. xviii f. 8, b. pen. Dec. et Cap. Cicest.
24.	Oslac de Sussex	780	Reg. B. xviii. f. 6. pen. Dec. et Cap. Cicest.
25.	Ealhmund de Kent	784	MS. Lambeth. 1212, p. 310. Twysden. Hist. Ang. p. 2211.
26.	Offa de Mercia	791	MS. Lambeth. 1212. p 310. Twysden. Hist. Ang. p. 2219.
27.	Ealdwulf de Sussex	971	Reg. B. xviii. f. 5. pen. Dec. et Cap. Cicest.
28.	Ealdwulf	vers 971	Reg. B. xviii. f. 5. pen. Dec. et Cap. Cicest.
29.	L'Archevêque Aethelheard	798	MS. Lambeth. 1212. p. 312.
30.	Coenuulf de Mercia	799	Reg. C. C. Cantuar. A. f. 148, b. MS Cott. Cleop. E. I. f. 68.
31.	Coenuulf	799	MS. Lambeth. 1212. p. 313. Twysden. Hist. Ang. p. 2212.
32.	Coenuulf	801	MS. Lambeth. 1212. p. 310. Twysden. Hist. Ang. p. 2211.
33.	Coenuulf	801	Reg. B. xviii. f. 6. pen. Dec. et Cap. Cicest.

Nos	Noms	Dates	Sources
34.	Coenuulf de Mercia	809	MS. Lambeth. 1212. p. 315. Twysden. Hist. Ang. p. 2215.
35.	L'Archevêque Wulfred	811	MS. Lambeth. 1212. p. 315. Mwysden. Hist. Ang. p. 2215.
36.	Ecgberht de Wessex	824	Cod. Winton, f. 37, b.
37.	L'Archevêque Wulfred	824	Reg. C. C. Cantuar. C. v. f. 8, b. MS. Lamb. 1212. p. 318.
38.	Ecgberht de Wessex	825	Cod. Winton. f. 90.
39.	Archevêque Wulfred	825	Reg. B. VVIII, f. 6. pen. Dec. et Cap. Cicest.
40.	Ecgberht de Wessex	825	Cod. Winton. f. 73, b.
41.	Ecgberht	826	Cod. Winton. f. 100, b.
42.	Ecgberht		Cod. Winton. f. 20.
43.	L'Archevêque Ceolnoth	831	Reg. C. C. Cantuar. C. v. f. 9.
44.	Aetheluulf de Kent	832	Reg. C. C. Cantuar. C. v. f. 9.
45.	Aetheluulf	832	MS. Lambeth. 1212. p. 319. Twysden. Hist. Ang. p. 2217.
46.	Ecgberht de Wessex	838	Cod. Winton. f. 111, b.
47.	Aetheluulf	844	MS. Lansd. 417. f. 6.
48.	Aetheluulf	850	MS. Cott. Claud. D. x. f. 62, b.
49.	Aetheluulf	854	Cod. Winton. f. 62.
50.	Aetheluulf	854	Cod. Winton. f. 57.
51.	Aetheluulf	854	Cod. Winton. f. 83, b. and 84.
52.	Aetheluulf	854	Cod. Winton, f. 88.
53.	Aetheluulf	856	Cod. Winton. f. 102, b.
54.	Aethelbald de Wessex	858	Cod. Winton. f. 112, b.
55.	Aethelred de Wessex	863	Cod. Winton. f. 109, b.
56.	Aethelred de Wessex	868	Cod. Winton. f. 88, b.
57.	L'Evêque Tunbriht	877	Cod. Winton. f. 111.
58.	Aelfred	882	Cod. Winton. f. 62, b.
59.	Aethelred Duc de Mercia	884	Smith. Beda. App. p. 771.
59 *bis*.	Aelfred de Wessex	880-885	Ang. Hib. Script. ed. Camden, p. 22.
60.	Aethelred Duc de Mercia	888	MS. Cott. Nero. D. I. f. 150.
61.	Ceolwen	S. D.	Cod Winton. f. 74, b.
62.	L'Evêque Werfrith	892	MS. Harl. 4660. f. 4, b. Hickes. Thes. I. p. 174. N. Mon. I. p. 592.

Nos	Noms	Dates	Sources
63.	L'Archevêque Plegmund	895	MS. Lambeth, 1212, p. 321. Twysden. Hist. Ang. p. 2218.
64.	Aelfred de Wessex.	899	MS. Lambeth. 1212. p. 321. Twysden. Hist. Ang. p. 2218.
65.	L'Evêque Denewulf	900	Cod. Winton. f. 63.
66.	Eadweard de Wessex	900	Cod. Winton. f. 69, b.
67.	Eadweard	901	Cod. Winton. f. 86.
68.	Eadweard et Aethelred	903	O'Connor, Bibl. Stow. Press. III. No. LXX. No. 21.
69.	L'Evêque Denewulf	904	Cod. Winton. f. 24, b.
70.	Eadweard	904	Cod. Winton. f. 58.
71.	Eadweard	904	Cod. Winton. f. 63, b.
72.	Denewulf.	901-909	Cod. Winton. f. 94, b.
73.	Eadweard de Wessex	909	Cod. Winton f. 18.
74.	Eadweard	909	Cod. Winton. f. 90.
75.	Eadweard	909	Cod. Winton. f. 55.
76.	Eadweard	vers 910	Cod. Winton. f. 54.
77.	Eadweard	vers 910	Cod. Winton, f. 31, b.
78.	Eadweard	vers 910	Cod. Winton, f. 52, b.
79.	L'Archevêque Wulfhelm	923	MS. Lambeth. 1212. p. 321. Twysden. Hist. Ang. p. 2218.
80.	Aethelstan de Wessex.	926	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 23, b.
81.	Aethelstan	927	MS. Lambeth. 1212. p. 321. Twysden. Hist. Ang. p. 2220.
82.	Aethelstan	931	Cod. Winton. f. 32.
83.	Aethelstan	931	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 21.
84.	Aethelstan	931	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 19, b. MS. Cott. Claud. C. IX. f. 107.
85.	Aethelstan	931	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 22.
86.	Aethelstan	931	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 20. MS. Cott. Claud. C. IX. f. 106. b.
87.	Aethelstan	932	Cod. Winton. f. 35, b..
88.	Aethelstan	932	Cod. Winton. f. 12, b.
89.	Aethelstan	933	MS. Harl. 436. f. 73.
90.	Aethelstan	934	Cod. Winton. f. 92.
91.	Aethelstan	935	Cod. Winton. f. 97.
92.	Aethelstan	937	MS. Harl. 436. f. 59.

Nos	Noms	Dates	Sources
93.	Aethelstan	938	Cod. Winton. f. 51.
94.	Aethelstan	938	Cod. Winton. f. 27.
95.	Aethelstan	939	Cod. Winton. f. 116.
96.	Aethelstan	939	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 24.
97.	Eadmund	940	Cod. Winton. f. 104, b.
98.	Eadmund		MS. Cott. Julius D. ii. f. 104.
99.	Eadmund	940	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 25, b.
100.	Eadmund	940	Cod. Winton. f. 108, b.
101.	Eadmund	941	Cod. Winton. f. 48, b.
102.	Eadmund	942	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 30. b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 114.
103.	Eadmund	943	Cod. Winton. f. 30.
104.	Eadmund	943	Cod. Winton. f. 41.
105.	Eadmund	943	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 28.
106.	Eadmund	944	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 29.
107.	Eadmund	944	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 29, b.
108.	Eadred	947	Cod Winton. f. 45, b.
109.	Eadred	947	Cod. Winton. f. 21, b.
110.	Eadred	947	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 35, b.
111.	Eadred	948	Cod. Winton. f. 116, b.
112.	Eadred	948	Cod. Winton. f. 67, b.
113.	Eadred	948	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 36, b.
114.	Eadred	955	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 33, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 108.
115.	Eadred	S. D.	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 42.
116.	Eadred	S. D.	MS. Cott. Jud D. ii. f. 105, b.
117.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 48.
118.	Eadwig	956	Cod. Winton. f. 108.
119.	Eadwig	956	Cod. Winton. f. 91, b.
120.	Eadwig	956	Cod. Winton, f. 20, b.
121.	Eadwig	956	Cod. Winton. f. 38.
122.	Eadwig	956	Cod. Winton. f. 19.
123.	Eadwig	956	Cod. Winton. f. 36, b.
124.	Eadwig	956	Cod. Winton. f. 65.
125.	Eadwig	956	Cod. Witon. f. 98.

No.	Noms	Dates	Sources
126.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 51.
127.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 59.
128.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 53, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 112.
129.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 57.
130.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 58, b.
131.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 60. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 113.
132.	Eadwig	956	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 60, b.
133.	Eadwig	S. D.	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 116. b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 131, b

QUATRIÈME PARTIE

(966-1016)

INTRODUCTION

Les documents de cette quatrième partie embrassent une période historique de quarante années, jusqu'à la fin du règne malheureux d'Aethelraed, et jusqu'au commencement de la nouvelle constitution de Cnut.

Ces chartes relèvent du domaine du droit privé, et renferment, des testaments, des legs, et de nombreuses constitutions de droits. Les formules générales de tous les actes de cette époque, sont rédigées en latin, alors que leur contenu juridique et la désignation des personnes et des choses, sont formulés en saxon.

CHARTES ANGLO-SAXONNES

I

OSWALD, 966

+ Allubescente ac consentiente Eadgaro basileo, Aelfhereque Merciorum duce, ego Oswold Iargiflua dei clementia antistes, quandam rusculi partem .III. scilicet mansas, tribus tamen in locis diuisam cui uocabulum est, aet Eānulfestūne. Anno dominicae incarnationis DCCCC.LXVI. scripta est haec carta, his testibus consentientibus, quorum inferius nomina notantur.

+ Ego Oswald episcopus hanc concessionem signo crucis Christi confirmo. + Ego Wulfric presbiter. + Ego Eadgard presbiter. + Ego Wistan presbiter. + Ego Aethelstan presbiter. + Ego Aelfred presbiter. + Ego Wulfhun presbiter. + Ego Brihstan presbiter. + Ego Wulfgar clericus. + Ego Aelfstan clericus. + Ego Eadwine clericus. + Ego Aelfgar clericus + Ego Ufic clericus. + Ego Eadward clericus. + Ego Tuna clericus. + Ego Wulfhaeh clericus. + Ego Leofwine clericus. + Ego Wenstan clericus. + Ego Wulfnoth clericus.

II

OSWALD, 966

+ Ego Oswold, gratia dei episcopus, cum consensu ac licentia Eadgari regis Anglorum, et Aelfhere ducis Merciorum, quandam

ruris particulam, quod a gnosticis aet Clifforda appellatur, .II. uidelicet mansas, cuidam ministro meo, nomine Wihtelm, cum omnibus ad illud rite pertinentibus, perpetua largitus sum haereditate, et post uitae suae terminum, duobus tantum haeredibus immunem derelinquat; quibus defunctis aecclesiae dei in Wiogornaceastre restituatur... Anno dominicae incarnationis DCCCLXVI. scripta est haec cartula his testibus consentientibus quorum inferius nomina notantur.

+ Ego Oswald episcopus hanc consensionem signo crucis Christi confirmo. + Ego Wulfric presbiter. + Ego Eadgar presbiter. + Ego Aelfgar presbiter. + Ego Aelfred clericus. + Ego Wulfhun clericus. + Ego Ufic clericus. + Ego Aethelstan presbiter. + Ego Aelfstan clericus. + Ego Wulfhaeh clericus. + Ego Brihstan clericus. + Ego Wulfgar clericus. + Ego Leofwine clericus.

III

EADGAR, 967

+ Saepe namque contingi solet ut heroica regum christianorum piorumque pontificum ac procerum statuta almorum quoque antistitum et sanctorum sacerdotum sapientumque decreta in posterum pro antiquitate obliuioni abolita traduntur, nisi ante ea caraxatis litterarum apicibus aut cautionum promulgatis prorsus indiculis decorata roborentur. Quamobrem ego Eadgar, tocius Anglorum gentis primicherius, ut his transitoriis aeterna lucrarer, quandam rusculi partem, .V. scilicet cassatos quae loco celebri aet Eastune dicitur, ouidam meo ministro, qui a solicolis huius prouintiae famoso fruniscitur Aelfsige onomate, perpetua largitus sum haereditate, quatinus ipse cum omnibus ad eam rite pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, uoti compos habeat, et post uitae suae terminum quibuscumque uoluerit immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis, arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae aeter-

nis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda, Christi proditore, eiusque complicibus, puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hic inde gyratur... Anno dominicae incarnationis DCCCC. LXVII, scripta est haec carta, his testibus consentientibus, quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar, rex tocius Brittanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Dunstan, Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum triumpho agiae crucis consignaui. + Ego Oscytel archiepiscopus impressi. + Ego Aelfstan episcopus consensi. + Ego Aethelwold episcopus consignaui. + Osulf episcopus confirmaui. + Ego Winsige episcopus consolidaui. + Ego Oswald episcopus subscripsi. + Ego Aelfwold episcopus corroboraui. + Ego Aescwig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aeifric abbas. + Ego Ordbriht abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Kyneweard abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Ordgar dux + Ego Aethelstan dux. + Aethelwine dux. + Ego Bryctnoth dux. + Ego Bryctferth dux. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aelthelweard minister. + Ego Wulfstan minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aelfweard minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Osulf minister. + Ego Osward minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Godwine minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aethelric minister.

IV

EADGAR, 967

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Cunctis sophiae studium ferme rimantibus stabili notum constat ratione, quod presentis essentia periculis incubantibus et curis euanescentium rerum inopinate crebrescentibus, humana mortalium rerum coguitio quasi ros minuendo elabitur, et obliuioni tantundem traditur nisi aliqua certa ratione praenotetur, quia non sunt aeterna quae consumentur hic sed terrena. Idcirco ego Eadgar rex, Anglorum telluris gubernator et rector, uni meo fideli uasallo nomine

Wulfnoth rumancant aliquam terrae portionem, id est, III. mansas concedo liberaliter in aeternam possessionem, in loco ubi uulgariter uocitatur Lesmanaoc et Pennarth ; ut illo praedicto territorio uoti compos uita perfruatur comite, et post obitum eius cuicumque uoluerit haeredi derelinquat tam in minimis quam in magnis, campis, pascuis, pratis, siluis, piscariisque, immunem ad fruendum derelinquat. Praefatum siguidem rus omni seruitio careat praeter expeditionem, pontis et arcis munimen... Dominicae incarnationis anno DCCCCLXVII, mei imperii VII°. anno, scripta est haec syngrapha, his testibus consentientibus quorum nomina [infra caraxata] esse uidentur.

+ Ego Eadgar gratia dei totius Britanniae telluris rex meum donum proprio sigillo confirmaui. + Ego Dunstanus archipraesul [signum] agiae sanctae crucis impressi. + Ego Aethelwoldus episcopus contestor. + Ego Aelfstanus episcopus corroboraui. + Ego Byrhtelmus episcopus adquieui. + Ego Aelfwoldus episcopus annui. + Ego Wulfsie episcopus hanc chartulam dictante rege suisque praecipientibus, perscribere iussi. + Ego Aelfhere dux testis. + Ego Aelfheah dux testis. + Ego Aethelstan dux testis. Si quis uero hominum hanc meam donationem cum stultitiae temeritate jactitando infringere certauerit, sit ipse grauibus per colla depressus catenis inter flammiuomas tetrorum daemonum cateruas, nisi prius irriguis poenitentiae gemitibus et pura satisfactione emendauerit.

V

EADGAR, 967

+ In nomine dei omnipotentis, cuncta creantis atque coelestia et terrestria iure regentis, qui solus per saecula regnat, rex regum et dominus dominantium ! Ego Eadgar, sua munificentia basileos Anglorum, et rex atque imperator sub ipso domino regum et nationum infra fines Britaniae commorantium, cogitans disposui ex opibus mihi a deo concessis, meos fideles ministros com consilio optimatum meorum ditare, literisque ad posteritatis memoriam bene gesta et regalia dona, ut lex expetit, confirmare. Unde cum praesentis codicelli indiculo, anno dominicae incarnationis DCCCC.

LXVII. indictione X^ma^. regni uero mei XIII^mo^. meo fideli ministro Brihtnotho, quandam telluris partem, scilicet .II. mansas, illo in loco qui a solicolis antiquo uocabulo aet Suthtune and aet Bicanmersce nominatur. Tali autem tenore hoc praefatae munificentiae meae munus tradendo concessi ut possideat et libere perfruatur quamdiu uixerit, cum omnibus utensilibus quae deus coelorum illic creauit, tam in notis causis quam in non notis, modicis et magnis, campis, pascuis, pratis; et postquam uiam uniuersae carnis adierit, succedentium sibi cuicumque haeredi uoluerit, aeternaliter derelinquat. Sit autem terra haec libera ab omni fiscali tributo, et ab omni saecularium seruitutum onere perpetualiter absoluta, praeter arcis et pontis instructionem, et expeditionem. Istis terminibus praedicta terra circumgirata esse uidetur... Ego autem Brihtnothus hoc domini mei donum et regalem munificentiam cum filio meo, quem ad seruiendum deo, Oswaldo archiepiscopo commisi, pro remedio animae ipsius domini mei regis et pro salute animae meae, deo et sanctae Mariae ad usus seruorum dei habitantium in monasterio eiusdem sanctae dei genitricis quod est in Wigornacestre, condono, ea libertate qua michi a rege donata est, cum ipsius libertatis cyrographo, ipso domino meo rege consentiente, et hanc meam donationem sua auctoritate corroborante, in testimonio episcoporum ac ducum subtitulatorum, caeterorumque optimatum suorum. Si quis autem daemonis instinctu, hanc nostram donationem uiolare uel infringere temptauerit, disperdet illum deus, nisi resipiscat et ad satisfactionem ueniat.

+ Ego Eadgar rex Anglorum, hanc meam munificentiam, et mei ministri donationem, signo sanctae crucis confirmaui. + Ego Dunstanus, Dorobernensis archiepiscopus, eiusdem regis beneuolentiam confirmaui. + Ego Osuualdus archiepiscopus confirmaui. + Ego Aelfstanus episcopus confirmaui. + Ego Aetheluuold episcopus confirmaui. + Ego Sideman episcopus confirmaui. + Ego Kyneuuard episcopus confirmaui. + Ego Deodred episcopus confirmaui. + Ego Aelfric abbas subscripsi. + Ego Aescuui abbas subscripsi. + Ego Aethelgar abbas subscripsi. + Ego Osgar abbas subscripsi. + Ego Aelfere dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Brihtnoth dux. + Ego Aetheluuard dux. + Ego Brihtnoth minister. + Ego Aelfelm minister. + Ego Siric minister. + Ego Aelfsi minister. + Ego Uulfsi minister. + Ego Aethelric minister.

VI

OSWALD, 967

+ Ego Oswold, largo Christi carismate praesul dicatus, dominicae incarnationis anno .DCCCC.LXVII. annuente rege Anglorum Eadgaro, eiusque utriusque ordinis optimatibus, quandam ruris particulam .VI. uidelicet cassatos, in loco, qui celebri a soliculis nuncupatur aet Stoce uocabulo, cuidam ministro meo nomine Eadmaer perpetualiter concedo, ut habeat et possideat cum omnibus ad illud rite pertinentibus, et post uitae suae terminum duobus tantum haeredibus immunem derelinquat; quibus defunctis aecclesiae dei in Wiogornaceastre restituatur. Si hyt ælces thinges freoh būton ferdfore and walgeweorce and brycgeweorce. Sancta Maria et sanctus Michahel cum sancto Petro and eallum Godes hālgum gemildsige this healdendum; gif hwā būtan gewyrhtom hit ābrecan wylle, haebbe him with God gemǣne on thām ytemystan thisses lifes, būton he hit ǣr gebēte. Her is seō handseten.

+ Oswold bisceop + Wulfric presbiter. + Eadgar presbiter. + Wistan presbiter. + Aelfred clericus. + Aethelstan presbiter. + Wulfhun clericus. + Aelfstan clericus. + Wulfgar clericus. + Eadwine clericus. + Wynstan clericus. + Byrhstan clericus. + Aelfgar clericus. + Ufic clericus. + Wulfheah clericus. + Leofwine clericus.

VII

OSWALD, 967

+ Anno incarnatiouis dominicae .DCCCC.LXVII. Ego Oswald gratia dei gratuita Huuicciorum episcopus, comme consensu et unanima licentia uenerandae familiae in Weogerneceastre, terram aliquam iuris nostri, id est, duas mansas aet leenantūne concedo Wulfgaro ministro meo, ea uero [conditione,] ut habeat et perfruatur dies suos, et post uitae suae terminum duobus tantum haeredibus immunem derelinquat; quibus defunctis aecclesiae dei

in Wiogornaceastre restituatur. Sit autem terra ista libera omni regi nisi aecclesiastici censi... Scripta est haec carta his testibus consentienlibus quorum inferius nomina notantur.

+ Oswald bisceop consensi. + Wulfric presbiter. + Eadgar presbiter. + Wistan presbiter. + Aelfstan clericus. + Eadwine clericus. + Aelfgar clericus. + Wulfheah clericus. + Tuna clericus. + Aelfred clericus. + Aethelstan presbiter. + Wulfhun clericus. + Byrhstan clericus. + Wulfgar clericus. + Winstan clericus. + Utic clericus. + Leofwine clericus. + Wulfnoth clericus.

VIII

EADGAR, 968

+ Altithrono in aeternum regnante! Uniuersis sophiae studium intento mentis conamine sedulo rimantibus, liquido patescit quod huius uitae periculis nimio ingruentibus terrore recidiui terminus cosmi appropinquare dinoscitur ; ut ueridica Christi promulgat sententia, qua dicit ' Surget gens contra gentem, et regnum aduersus regnum,' et reliqua. Quapropter ego Eadgar totius Britanniae basileus, quandam telluris particulam, duos uidelicet cassatos quos Regenweard mercator quidam olim possederat, iuxta ciuitatem sitos, domino nostro Ihesu Christo eiusque genitrici Mariae ad communem usum sanctimonialium in Wiltunə degentium, aeterna largitus sum dapsilitate, ut aecclesiae Mariae genitricis domini nostri Ihesu Christi consecratae, cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, molendinis perpetuo deseruiat. Sit autem supradicta tellus cum suis terminis omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde giratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXVIII. scripta est haec carta hiis testibus consentientibus quorum inferius nomina notantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum corroboraui. + Ego Dunstanus archiepiscopus concessi. + Ego Oscytel archiepiscopus consolidaui. + Ego Aethelwod episcopus confirmaui. + Ego Aelfstan episcopus consignaui. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Oswold episcopus concessi. + Aelfthryth regina. + Aelfric abbas. + Aescwig abbas. + Osgar abbas. + Aelfstan abbas. + Aethelgar abbas. + Cyneweard abbas. + Aethelstan dux. + Aelfhere dux. + Aelfheah dux. + Ordgar dux. + Oslac dux. + Aethelwine dux. + Byrhtnoth dux. + Byrhtferth minister. + Eanulf minister. + Aelfwine minister. + Aethelweard minister. + Wulfstan minister. + Aelfweard minister. + Aelfsige minister.

IX

EADGAR, 968

Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo, summo et ineffabili rerum creatore ac moderatore omnium ! Cunctis fidelibus in hac uita degentibus certum est quod dierum terminum summus Kyrius constituet ut proposuerat : ideo nunc nobis agendum est cunctis, ut in hoc instantis labentisque uitae paene transcurso curriculo cum bonis actibus futurae beatitudinis foelicitatem adipisci mereamur. Quam ob causam, ego Eadgar tocius Brytannicae telluris archons hilari uultu menteque praeclara, cuidam meo fideli ministro, quem uocitant nonnulli noto uocamine Eadvine .xx. cassatos perpetuo cyrographo corroboro, illo in loco quem solicolae uocitant aet Mordune ; ut possideat et firmiter teneat usque ad ultimum cursum uitae suae, cum omnibus utensilibus quae deus coelorum in ipso telluris gramine creauit, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis ; sit autem praedictum rus liberum ab omni fiscali tributo, saeculariumque seruitutum exinanitum, sine expeditione et pontis arcisue instructione. Hanc uero meam donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus, fiat pars eorum cum illis de quibus e contra fatur : Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est Sathanae et satellitibus eius ;' nisi prius, digna deo poenitentia ueniam legati, satisfactione emendent. Praedicta siqui-

dem tellus istis terminis circumcincta clarescit... Haec carta karaxata est anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXVIII. indictione .XI.

+ Ego Eadgar rex Anglorum indeclinabiliter concessi. +. Ego Dunstanus archiepiscopus cum siguo sanctae crucis corroboraui. + Ego Oscytel archiepiscopus consolidaui. + Ego Aethelwold episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus consignaui. + Ego Aelfstan episcopus conclusi. + Ego Byrhtelm episcopus non renui. + Ego Aelfwold episcopus adquieui. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aescwine abbas. + Ego Osgar abbas + Ego Aelfstan abbas. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Oslac dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Wulfstan minister. + Ego Aelfweard minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Leofsige minister.

X

EADGAR, 968

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo, qui imperio patris cuncta simul sancti spiritus gratia uiuificante disponit. Quamuis enim uerba sacerdotum et decreta iudicum in robore firmitatis iugiter perseuerent, attamen pro incerta futurorum mutabilitate annorum chyrographum testamento sunt roboranda. Quapropter ego Eadgar totius Britanniae basileus, quandam telluris particulam .XXV. uidelicet cassatos, loco qui celebri aet Fif hidan nuncupatur uocabulo, domino nostro Ihesu Christo sanctaeque eius aecclesiae beatae dei genitricis Mariae dicatae, loco qui celebri aet Abbandune nuncupatur onomate, ad usus monachorum dei inibi degentium, cum omnibus uteusilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, Osgaro obtinente abbate, aeterna largitus sum haereditate; sit autem praedictum rus omui terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter com Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emen-

dauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXVIII. scripta est huius donationis syngrapha his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex totius Britanuiae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Dunstan Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum triumpho agiae crucis consignaui. + Ego Oscytel archiepiscopus triumphalem trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Aelfstan Lundoniensis aecclesiae episcopus consignaui. + Ego Aethelwold Uuintaniensis aecclesiae episcopus praedicum donum consensi. + Ego Osulf episcopus confirmaui. + Ego Aelfuuld episcopus consignaui. + Ego Oswold episcopus roboraui. + Ego Winsige episcopus consolidaui. + Ego Aelfwold episcopus subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus corroboraui. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aescwig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Aelfere dux. + Ego Aelfeah dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfwine minister. + Aethelweard minister. + Wulfstan minister. + Osulf minister. + Osweard minister. + Aelfweard minister. + Aelfsige minister. + Osferth minister. + Aethelweard minister. + Aelfric minister. + Aelfword minister. + Aethelsige minister. + Aethelferth minister. + Aelfwold minister. + Eadric minister. + Wulfsige minister. + Wulfnoth minister. + Aelfsige minister. + Aelfric minister.

XI

OSWALD, 969

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXVIIII. Ego Osuuald, superni rectoris fultus iuuamine praesul, cum licentia Eadgari regis Anglorum ac Aelfhere ducis Merciorum, uni meo fideli ministro, qui a gnosticis noto Cynelm nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam .v. uidelicet mansas, quod solito uocitatur nomine Cromman, cum omnibus ad se rite pertinentibus, liberaliter concessi ; ut ipsa uita comite fideliter per-

fruatur, et post uitae suae terminum duobus quibus uoluerit cleronomis perelinquat; quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum cum omnibus utensilibus ad usum primatis aecclesiae dei in Wiogornaceastre restituatur immune...

+ Ego Oswald episcopus consensi. + Wulfric presbiter. + Eadgar presbiter. + Ego Wistan presbiter. + Wistan clericus. + Aelfgar clericus. + Aethelstan presbiter. + Aelfred presbiter. + Wulfhun clericus. + Cynsige clericus. + Eadweard clericus. + Wulfheah clericus. + Brihstan clericus. + Aelfstan clericus. + Wulfgar clericus. + Eadwine clericus. + Leofwine clericus. + Tuna clericus.

XII

OSWALD, 969

+ Ego Oswald ergo Christi crismate praesul iudicatus, dominicae incarnationis anno .DCCCC LXVIIII. annuente regi Anglorum Eadgar, Aelfereque Merciorum comite, necnon et familia Weogornensis aecclesiae, quandum ruris particulam, duas uidelicet mansas, in loco qui celebri uocatur a soliculis aet Stoce uocabulo, cuidam ministro meo, nomine Aethelweardo, perpetua largitus sum haereditate, et post uitae suae terminum duobus tantum haeredibus immunem derelinquat; quibus defunctis aecclesiae dei in Weogornaceastre restituatur.

+ Oswald bisceop. + Eadgar presbiter. + Aelfred clericus. + Wulfhun clericus. + Aelfstan clericus. + Eadwine clericus. + Wulfric presbiter. + Wistan presbiter. + Aethelstan presbiter. + Byrhtstan clericus. + Wulfgar clericus. + Wynstan clericus.

XIII

OSWALD, 969

+ Anno incarnationis dominicae .DCCCC.LXIX. ego Oswold gratuita Huuicciorum episcopus cum consensu et unanima licentia

uenerandae familiae in Wiogornaceastre, terram aliquam iuris nostri, id est, .IIII^or. mansas aet Saperetūn, swā Albstan hit haefde, concedo Eadrico ministro meo, ea uero [conditione], ut habeat et perfruatur dies suos, et post uitae suae terminum duobus tantum haeredibus immunem derelinquat; quibus defunctis aecclesiae dei in Wigornaceastre restituatur. Sit autem terra illa libera omni regi, nisi aecclesiastici censi. Scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina notantur.

+ Ego Oswold episcopus subscripsi. + Ego Wulfric presbiter. + Ego Eadgar presbiter. + Ego Wistan presbiter. + Ego Iohan presbiter. + Ego Aethelstan presbiter. + Ego Aelfstan clericus. + Ego Ufic clericus. + Ego Wulfheah clericus. + Ego Tuna clericus. + Ego Wulfheah clericus. + Ego Wulfhun clericus. + Ego Byrhstan clericus. + Ego Cy[ne]thegn clericus. + Ego Wulfgar clericus. + Ego Aelfsige diaconus. + Ego Aelfgar clericus. + Ego Eadwine clericus. + Ego Eadward clericus. + Ego Wenstan clericus. + Ego Leofwine clericus.

XIV

OSWALD, 969

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCCLXIX. ego Osuuald, superni rectoris fultus iuuamine praesul, cum licentia Eadgari regis Anglorum ac Aelfere ducis Merciorum, cuidam clerico, qui a gnosticis noto Uulfgar nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam, unam uidelicet mansam, quod solito uocitatur nomine Batenhale, cum omnibus ad se rite pertinentibus, liberaliter concessi; ut ipse uita comite fideliter perfruatur et, post uitae suae terminum, duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat; quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum cum omnibus utensilibus ad usum primatis aecclesiae dei in Wigurnaceastre restituatur immune. His metis praefatum rus hinc inde giratur...

+ Ego Osuuald episcopus. + Ego Wulfric presbiter. + Ego Eadgar presbiter. + Ego Wistan presbiter. + Ego Iohan presbiter. + Ego Aethelstan presbiter. + Ego Aelfred presbiter. + Ego Brihstan presbiter. + Ego Kynethen clericus + Ego Wulfhun

clericus. + Ego Aelfsige diaconus. + Ego Eadwine clericus. + Ego Aelfstan clericus. + Ego Leofwine clericus. + Ego Wulfheah clericus. + Ego Aelfgar clericus. + Ego Ufic clericus. + Ego Tuna clericus. + Ego Wulfheah clericus. + Ego Eadward clericus. + Ego Wenstan clericus.

XV

OSWALD, 969

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXVIIII ego Osuuald superni rectoris fultus iuuamine praesul, cum licentia Eadgari regis Anglorum ac Aelfhere ducis Merciorum, uni ministro meo, qui a gnosticis nota Eadmaeer nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam .IIII. uidelicet mansas, quod solito uocitatur nomine Witleah, cum omnibus ad se rite pertinentibus liberaliter concessi ; ut ipse uita comite fideliter perfruatur et, post uitae suae terminum, duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat ; quibus etiam ex hac uitu migratis, rus praedictum cum omnibus ustensilibus ad usum primatis aecclesiae dei in Wiogornaceastre restituatur immune. His metis praefatum rus hinc inde giratur...

+ Ego Osuuold episcopus consensi. + Ego Wulfric presbiter. + Ego Eadgar presbiter. + Ego Wistan presbiter. + Ego Aelfred clericus. + Ego Aethelstan clericus. + Ego Wulfhun clericus. + Ego Brihstan clericus. + Ego Aelfstan clericus. + Ego Wulfgar clericus. + Ego Eadwine clericus. + Ego Wunstan clericus. + Ego Aelfgar clericus. + Ego Ufic clericus. + Ego Wulfheah clericus. + Ego Leofwine clericus. + Ego Tuna clericus. + Ego Wulfnoth clericus. + Ego Eadweard clericus.

XVI

EADGAR, 959-970

+ In nomine trino diuino, regi regnanti imperpetuum, domino deo sabaoth, cui patent cuncta penetralia cordis et corporis, terres-

tria simul et coelestia, nec non super aethera regnans, in sedibus altis ima et alta omnia sua ditione gubernans! Cuius amore et aeternis praemiis ego Eadgarus rex Anglorum do et concedo sancta Augustino Anglorum apostolo, et fratribus in illo santo coenobio conuersantibus, terram quatuor aratrorum quae nominatur Plumstede. Hanc ergo terram cum consensu archiepiscopi Dunstani optimatunque meorum libenti animo concedo, pro redemptione animae meae, ut eam teneant perhenniterque habeant. Si quis uero haeredum successorumque meorum hanc meam donationem seruare uel amplificare studuerit, seruetur ei desuper benedictio sempiterna. Si autem sit, quod non optamus, quod alicuius personae homo diabolica temeritate instigatus surrexerit, qui hanc meam donationem Infringere in aliquo temptauerit, sciat se ante tribunal summi et aeterni iudicis rationem esse redditurum, nisi ante digna et placabili satisfactione deo et santo Augustino fratribusque emendare uoluerit.

+ Ego Eadgar Anglorum monarchus doe donum agiae crucis taumate roboraui. + Ego Dunstanus archiepiscopus consensi. + Ego Osketel Eboracensis archiepiscopus consensi. + Ego Aethelstan Lundoniensis episcopus consensi. + Ego Aethelwulf Herefordensis episcopus consensi. + Ego Aelfric abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Oslac dux subscripsi. + Ego Aelfere dux subscripsi.

XVII

EADGAR, 970

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo! Cuncta siquidem quae in hoc saeculo corporalibus uidentur oculis fugitiua et transitoria sunt; quae autem non uidentur nisi per fidem aeterna sunt; et ideo ne futura posteritas ignauia torpescens decessorum decreta, causa incuriae obliuiscens a memoria obliteretur, caracteribus praenotare curauimus. Quapropter ego Eadgar diuina allubescente gratia totius Albionis imperator augustus quoddam ruris clima sub aestimatione decem cassatorum, ubi solicolae aet Idemestune appellatiuo nuncupant uocabulo, cuidam uiduae sanctimonialique habitu decoratae, quam uulgus assolet ludibundo Aelfswith

uocitare onomate, pro fideli eius obsequela, quam michi a primaeua usque in praesens impertiuit aetate, in aeterna largitus sum haereditate ; ut habeat ac fruatur quamdiu sibi uitalis inhaeserit flatus, deinde cuicumque uoluerit designet cleronomo. Si quis autem praedictum rus omni practici famulatui iugo solutum, tribus uideiicet exceptis, rata nempe expeditione, pontis arcisue restauratione, ergo si quis daemonico, quod absit, instinctus spiramine, huic nostrae munificentiae quippiam refragari satagerit, alienatus a participatione sacrosancti corporis Christi ac sanguinis aeternis cum Iuda eius proditore deputetur incendiis, in digna hic poenitentia emendare curauerit quod contra nostrum deliquit decretum. Acta est haec praefata donatio anno ab inearnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXX.

+ Ego Eadgar rex Anglorum praefatam donationem indeclinabiliter concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis beneuolentiam captans cum sigillo sanctae crucis confirmaui ; cum multis aliis.

XVIII

EADGAR, 970

+ Flebilia fortiter detestanda totillantis saeculi piacula diris obscoenae horrendaeque mortalitatis circumsepta latratibus, non nos patria indeptae pacis securos sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros prouocando ammonent, ut ea toto mentis conamine cum casibus suis non solum despiciendo sed etiam uelut fastidiosam melancoliae nausiam abominando fugiamus, tendentes ad illud propheticum, ‘ Diuitiae si affluant, nolite cor apponere. ’ Qua de re infima quasi peripsema quisquiliarum abiiciens, superna ad instar pretiosorum monilium eligens, animum sempiternis in gaudiis figens, ad adipiscendam mellifluae dulcedinis misericordiam perfruendamque infinitae laetitiae iocunditatem, ego Eadgar per omnipatrantis dexteram totius Britanniae regni solio sullimatus, quandam ruris particulam .x. uidelicet cassatos in loco qui celebri aet Cliftune nuncupatur, aecclesiae beato Petro apostolorum principi dedicatae in ciuitate quae celebri aet Hatum Bathum

nuncupatur onomate, perpetua largitus sum haereditate; quatenus rus praefatum ad usur monachorum inibi degentium, uti Aescwig abbas suo obtinuit famulatu, deuote aeterna deseruiat subiectione. Dedit enim pro huius commutatione telluris .c. auri mancusas ac .x. terrae mansas quae illius patriae gnostici Cumtum assuete nominant. Praedicta igitur tellus cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, aquarumque discursibus supradictae iugiter subiiciatur aecclesiae. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, uidelicet, expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem iu aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum luda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXX°. scripta est haec carta his testibus quorum inferius nomina carraxantur.

Ego Eadgar rex praefatam donationem cum sigillo sanctae + confirmaui. Ego Dunstan Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem + signo confirmaui. Ego Aelfstan episcopus consignaui +. Ego Aethelwold episcopus consensi +. Ego Osulf episcopus confirmaui +. Ego Winsige episcopus consolidaui. + Ego Oswald episcopus subscripsi +. Ego Aelfwold episcopus corroboraui +. Ego Aelfstan episcopus annui +. Ego Wulfric episcopus concessi +. Ego Wulfsige episcopus ascripsi +. Ego Eadelm episcopus testificaui +. Ego Aelfwold episcopus concessi +. Ego Aescwig abbas +. Ego Aelfstan abbas +. Ego Aethelgar abbas +. Ego Foldbriht abbas +. Ego Aelfsie abbas +. Ego Aelfhere dux +. Ego Aethelstan dux +. Ego Brihtnoth dux +. Ego Eanulf miles. + Ego Aelfwine miles +. Ego Aelfhelm minister. + Ego Winsige minister +. Ego Kyneward abbas +. Ego Godwine abbas +. Ego Brihtnoth abbas +. Ego Aelfheah dux +. Ego Aethelwine dux +. Ego Aelfheah abbas +. Ego Osgar abbas +. Ego Osweard abbas +. Ego Ordgar dux +. Ego Oslac dux +. Ego Wulftan minister +. Ego Osulf minister +. Ego Eadwine minister +. Ego Aelfsige minister +. Ego Aethelweard minister +. Ego Aelfweard minister +. Ego Aelfric miles +. Ego Wulfstan minister +. Ego Wulfgeat minister +. Ego Aethelsige +. Ego Brihtric +.

XIX

EADGAR, 972

+ Nunc mutando fragilitas mortalis uitae marcescit, et rotunda saeculorum uolubilitas manescit, ac in carorum propinquorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur. Ideo ego Eadgar totius Brittanniae basileus quandam ruris particulam, quatuor uidelicet cassatos, in loco qui celebri aet Auene, nuncupatur uocabulo, cuidam meo cubiculario nomine Winstano, pro obsequio eius deuotissimo perpetua largitus sum haereditate; ut ipse uita comite cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, syluis, uoti compos habeat et post uitae suae terminum quibuscumque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum tribus exceptis, rata uidelicet et expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXII. scripta est haec carta his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus consignaui. + Ego Oswold archiepiscopus confirmaui. + Ego Ethelwold episcopus corroboraui. + Ego Aelfstan episcopus consolidaui. + Ego Aelfwold episcopus confirmaui. + Ego Aelfstan episcopus concessi. + Ego Aelfthryth regina. + Ego Aescwig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Oslac dux. + Ego Aethelweard minister. + Ego Aelfweard minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Heanric minister. + Ego Leofa minister. + Ego Leofwine minister.

XX

EADGAR, 972

+ Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXII. Ego Eadgar rex et primicerius totius Albionis, ruris quandam particulam, denis ab accolis aestimatam mansiunculis, in loco qui dicitur Corsantum, liberam, praeter arcem pontem expeditionemque, sub instinctu diuini amoris et timoris, deo omnipotenti et sancto Petro humillima deuotione in ciuitate. Aquamania offero et commendo ea interposita ratione, ut nullius ordinis homo hoc nostrum donatiuum decretum, quamdiu christianitas in Angloru uigeat partibus, sine ira et uindicta omnipotentis dei audeat irrumpere uel temptauerit infringere.

Ego Eadgar rex concessi et subscripsi +. Ego Dunstan archiepiscopus consensi et subscripsi +. Ego Aethelwold episcopus consensi et subscripsi +. Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi +. Ego Aelfhere dux consensi et subscripsi +. Ego Aethelwine dux consensi et subscripsi +.

XXI

OSWALD, 960-972

+ Aeterno genitori cum inclita prole, sanctoque paraclito laus et honor. In cuius onomate, ego Oswaldus, modicam ruris partem .I. uidelicet mansam, meo fideli artifici Wulfhelm utenti uocitamine, et post se, .II.bus haeredibus, et post illorum uitam usui monastico in Wigracestre restituatur.

+ Oswald bisceop. + Wysi presbyter + Aelfsi presbyter. + Eadward presbyter. + Aelfstan presbyter. + Wulfward diaconus. + Godling diaconus. + Aethelric diaconus + Leofstan diaconus. + Wulfgar clericus. + Wulfnoth clericus + Grodwine clericus.

XXII

EADGAR, 973

+ Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXIII. Ego Eadgar diuina allubescente gratia rex et primicerius totius Albionis, ruris quandam particulam, septenis ab accolis aestimatam mansiunculis, in loco qui dicitur Hamme, liberam praeter arcem, pontem, expeditionem, ad ecclesiam beatae dei genitricis Mariae quae sita est in monasterio quod dicitur Glastingaburghe in perpetuam possessionem libenter admodum largitus sum, ad supplementum necessarium fraternae conuersationis ibidem deo seruientium ; hoc praecipiens in nomine domini nostri Ihesu Christi, ut nostrorum nemo successorum christiano uigente numine hoc nostrum decretum audeat uiolare ; quod si quisque temptauerit hic et imperpetuum perpetuas inferni poenas luet. Hoc tamen inter notandum est, quod haec praefata terra in Hamme adepta est supradicto monasterio, per commutationem alterius terrae quae dicitur Brancminstre ; et acta est haec commutatio pacta uicissitudine per consilium et licentiam omnium optimatum nostrorum quorum inferius nomina carraxantur : ... haec sunt territoria.

+ Ego Eadgar rex Anglorum consensi. + Ego Dunstan archiepiscopus subscripsi ; cum multis aliis.

XXIII

EADGAR, 973.

+ Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXIII. Ego Eadgar, diuina gratia allubescente rex et primicherius totius Albionis, ruris quandam particulam .VII. aestimatam mansiunculis, in loco qui dicitur Harawille, Aelfrico ministro meo libenter admodum pro eius satis placabili ministerio, iure haereditario de haerede in haeredem persoluo ; hac interposita ratione, ut nostrorum nemo successorum, uigente christiani numinis imperio, hoc nostrum

decretum sine uindicta omnipotentis dei audeat uiolare. Et his limitibus haec telluris particula quaquauersum gyrari uidetur...

Et haec sunt nomina testium et huius doni constipulatorum consensumque corroborantium, quae inferius depingi carraxarique uidentur. + Ego Eadgar rex consensi et subscripsi. + Ego Dunstan archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Oswald archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelwold episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wynsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Athulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Byrhtelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwold episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadhelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfhere dux. + Ego Oslac dux. + Ego Aethelward minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfgeat minister. + Ego Wynsige minister. + Ego Aelfhem minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Eadwine minister. + Ego Aelfsige minister.

XXIV

OSWALD, 973.

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXIII. consistente in ciuitate Lundonia rege Eadgaro cum plurimis utriusque ordinis personis, Osuualdus archiepiscopus cuidam uiro, Byrhtric nuncupato .V. mansas dedit terrae in loco quem Byrhtawelle uocitant soliculae; ut uiuens teneat et post se uni suorum cui magis uoluerit, derelinquat; sicque eo defuncto, denuo ad ius aecclesiae Wiogernensis deueniat. Hoc uero actum est sub praefati regis testimonio, Dunstanique archipraesulis, atque Aelfhere ducis, reliquorum etiam, tam episcoporum quam nobilium, attestatione uirorum

XXV

EADGAR, vers 974

+ Divinae auctoritatis ammonitione pie commonemur, ut recidivis instantis uisibilisque uitae lucellis, ea quae non uidentur et aeterna subsistunt toto mentis annisu assidue indefessi lucremur, iugique animi nostri conamine fidem trinitatis in unitatis substantia manentem scrutantes sanctis operibus roborati deuotissime firmemus. Thesaurum igitur terrenae substantiae coelo collocans, ego Eadgar totius Brittanniae basileus non solum habitaculum uetusti monasterii sed etiam noui aeque santimonialium, ut coenobitae inibi degentes a ciuium tumultu remoti tranquillius deo seruirent honorifice, magna dilataui cautela ; spaciumque omne praefatis coenobiis contiguum, dissipatis saecularium domunculis, in honore domini nostri Ihesu Christi oiusque genitricis semperque uirginis Mariae, sanctique Petri apostolorum principis et coapostoli eius Pauli, iisdem sanctis locis in Wentana ciuitate deifice locatis, aeterna largitus sum haereditate. Maneat igitur praefatum donum perpetua libertate iocundum, quod ex suis beneficiis aeterno deo transitorius deuote concessi. In nomine almae trinitatis et indiuiduae unitatis praecipio, ut nemo successorum meorum angustare temere praesumat, quod ego amplificans circa monasteria dilataui, sed spacium omne muris uel sepibus complexum uti dedi sanctis monasteriis perpetualiter deseruiat. Si autem quispiam altioris uel inferioris ordinis homo angustando donum nostrum uiolare praesumpserit, anathema sit, et cum Iuda,. filii dei et domini nostri Ihesu Christi proditore, eiusque complicibus infernali incendio sine fine cruciatus puniatur, nisi ante obitum correctus emendauerit quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXIII. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis archiepiscopus consignaui. + Ego Aethelwold episcopus praedictum donum consensi. + Ego Oswulf episcopus adquieui. + Ego Aelfstan episcopus consignaui. + Ego Aelfwold episcopus confirmaui. + Ego Brihtelm episcopus non renui. + Ego Ealdelm

episcopus conscripsi. + Ego Aelfthryth regina hanc donationem confirmaui. + Ego Aescwig abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Cyneward abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Sideman abbas. + Ego Aelfheah abbas. + Ego Godwine abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Bryhtnoth dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Oslac dux. + Ego Ealfward dux. + Ego Aethelweard minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Wlstan minister. + Ego Bryhtric minister. + Ego Leofa minister.

XXVI

OSWALD, 974

+ Ego Osuualdus archiepiscopus ergo Christi crismate praesul iudicatus, dominicae incarnationis anno .DCCCC.LXXIIII. annuente rege Anglorum Eadgaro necnon et familia Wiogernensis aecclesiae, quandam ruris particulam, unam uidelicet mansam, in loco qui celebri a soliculis nuncupatur aet Cudinclea uocabulo, cuidam ministro meo nomine Brihtlaf, perpetua largitus sum haereditate; et post uitae suae terminum duobus tantum haeredibus immunem derelinquat; quibus defunctis, aecclesiae dei in Wiogurnaceastre restituatur...

XXVII

EADGAR, 975

+ Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXV. Ego Eadgar, allubescente deo rex et primicherius totius Albionis, ruris quandam particulam, quaternis ab accolis aestimatam mansiunculis, in loco qui dicitur Saxonice aet Stoce, liberam praeter arcem, pontem et expeditionem, Oswardo propinquo meo libenter admodum in ius perpetuum, suis haeredibus quibus uoluerit relinquendam, largitus sum; hoc praecipiens in nomine Ihesu Christi, ut nostrorum nemo successorum, quamdiu fides uigeat christiana, hoc nostrum decretum sine ira et uindicta omnipotentis dei infrin-

gere temptet. Quod si quisque pertinacius praesumpserit, hoc ei hic et in perpetuum iudex iustus et meritorum repensator deus elanceato repensamine reddat. Antiqua cartula incendio consumpta, hanc nouitatis scedulam propinquo meo et fideli ministro, ego Eadgar rex rescribere iussi. His inquam limitibus heec praefati ruris particula quaquauersum cingi uidetur... Huius doni testes extiterunt quorum inferius nomina elucubratim carraxari uidentur.

+ Ego Eadgar rex Albionis hanc donationem signo crucis perstrinxi. + Ego Dunstan archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Oswald archiepiscopus consentaneus extiti. + Ego Aethelwold episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfwold episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfnoth episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfheah épiscopus consensi et subscripsi. + Ego Cyneweard episcopus consensi et subscripsi. + Ego Eadhelm episcopus consensi et subscripsi. + Ego Sideman episcopus consensi et subscripsi. + Ego Athulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Theodred episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfsige episcopus consensi et subscripsi.

XXVIII

EADGAR, 975

+Anno ab incarnationem domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXV. indictione .III. Ego Eadgar, diuina allubescente gratio rex et primicherius Albionis, aliquantulam ruris partem, tribus ab accolis aestimatam mansiunculis, in loco qui dicitur aet Eastum, Ealhhelmo ministro meo, rogante uenerabili propinquo et monacho Aelfwino, liberam praeter arcem, pontem expeditionemque, in perpetuum ius libenter admodum concedo; quatinus diebus uitae suae possideat, et post se cuicumque uoluerit in perpetuum ius haeredi derelinquat. Quod si quisque. quod non optamus, huius donationis cartulam adnichilare temptauerit, coram Christo se rationem redditurum agnoscat. Et his limitibus haec telluris pars circumgyrari videtur... Acta est autem haec praefata donatio in celebri monasterio, quod dicitur Glestingaburuh, teste omi illa congregatione, sed et aliis multis nobilius quorum nomina subposita esse uidentur.

+ Ego Athulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfhere dux consensi et subscripsi. + Ego Eelfric abbas consensi et subscripsi. + Ego Aescwig abbas consensi et subscripsi. + Ego Sigegar abbas consensi et subscripsi. + Ego Sigeric abbas consensi et subscripsi. + Ego Aelfhun abbas consensi et subscripsi. + Ego Aethelwerd minister. + Ego Bryhtmer minister. + Ego Orddulf minister.

XXIX

EADGAR, 975

+ Domino dominorum dominante in saecula saeculorum! Regna regnorum huius praesentis saeculi transeuut sicut ignominica, et omnis gloria et iocus huius mundi peribit et non sunt aeterna, sed superna aeterna sunt. De qua memoria ego Eadgar totius Brittanniae basileus, quandam ruris particulam .v. uidelicet cassatos, in loco qui celebri aet Fifhidon nuncupatur uocabulo, cuidam ministro michi oppido fideli, qui ab huiusce patriae gnosticis nobili Aelfweard appellatur onomate, pro obsequio eius deuotissimo, perpetua largitus sum haereditate ; ut ipse uita comite cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, uoti compos habeat, et post uitae suae terminum quibuscumque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consorti sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXV. scripta est haec carta, his testibus consentientibus puorum inferius nomina carraxantur.

+ Ego Eadgar rex praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus consignaui. + Ego Aethelwold episcopus confirmaui. + Ego Aelfwold episcopus corroboraui. + Ego Aelfstan episcopus consolidaui. + Ego Sideman episcoput consensi. + Ego Aelfstan episcopus adquieui. + Ego

Athulf episcopus non renui. + Ego Aelfthryth regina + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Oslac dux. + Ego Aethelweard dux. + Ego Aelfsige dux. + Ego Aesewig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Godwine abbas. + Ego Aelfweard minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aethslweard minister. + Ego Leofa minister.

XXX

EADGAR, 976

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo imperpetuum ! Siquidem insertim uoluminibus legitur quorum praeclaris satisque salutaribus cotidie instruimur oraculis, hoc solum superesse homini iu omni labore suo quod laborat sub sole, et in cunctis quae possidet diebus uanitatis suae : si quid in elemosinarum largitate piis intentus operibus expenderet, proximorumque communicanda necessitatibus pro possibilitate uirium, faciat sibi secundum saluatoris praeceptum amicos de mammona iniquitatis qui eum recipiant in aeterna tabernacula. Qua de re ego Eadgar totius Albionis basileus quandam ruris portionem .XLV. cassatos, loco celebri qui Crundelas noto appellatur uocabulo, euolutis .XVII. annis postquam totius nationis Anglicae regimen suscepi, attamen primo meae regiae dedicationis, aecclesiae reuerendae trinitatis, Petro Pauloque eius coapostolo Wentanae ciuitate almifice dedicatae, pro facinorum meorum ac filiorum totius regni profecto, ad usus monachorum inibi degentium aeterna largitus sum haereditate. Sit autem praedictum rus omnis terrenae seruitutis iugo liberum tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcis sue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. His metis rus hoc gyratur...

+ Ego Eadgar rex totius Brittaniae praesentem donationem cum signo sanctae crucis confirmaui. + Ego Dunstan Doruernensis

aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum triumpho agiae crucis consignaui. + Ego Aelfstan Lundoniensis aecclasiae episcopus consignaui + Ego Aethelwood Winthoniensis aecclesiae episcopus confirmaui. + Ego Aelfstan episcopus roboraui. + Ego Aelfric abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Aelfhære dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Oslac dux.

XXXI

OSWALD, 977

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXVII. Ego Oswold superni rectoris fultus inuamine archipraesul, cum licentia Eadgari regis Anglorum ac Aelfhere ducis Merciorum, uni fideli meo qui a gnosticis noto Uulfeah nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam, quinque uidelicet mansas, quod solito uocitatur nomine æt Codestune, cum omnibus ad se rite pertinentibus liberaliter concessi ; ut ipse uita comite fideliter perfruatur, et post uitae suae terminum, duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat ; quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum cum omnibus utensilibus ad usum primatis aecclesiae dei in Wiogornaceastre restituatur inmune...

+ Ego Oswold archiepiscopus + Ego Wynsige presbyter. + Ego Wulfric presbyter. + Ego Wuifheah presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Aelfsige presbyter + Ego Eadgar presbyter. + Ego Wistan presbyter. + Ego Eadweard presbyter. + Ego Ealfgar diaconus. + Ego Godingc diaconus. + Ego Leofstan diaconus. + Ego Aethelsige diaconus. + Ego Wulfweard diaconus. + Ego Cynthegn clericus. + Ego Leofwine clericus. + Ego Brihstan clericus. + Ego Wulfhun clericus. + Ego Wulfgar clericus. + Ego Cynestan clericus. + Ego Eadwine clericus. + Ego Wynstan clericus. + Ego Aelfnoth clericus. + Ego Aethelric clericus. +... clericus. + Ego Wulfnoth clericus.

XXXII

EADGAR

+ Altithronus totius creaturae plasmator uniuersa quae miro ineffabilique condidit ordine, per sex dies luculenter exprimens formulas, distinxit, singulorum. Nam bona a bono edita creatore euncta tenorem pulchre asseruant naturalem, excepto homine miseranda seducto cauillatione, et angelo praeuaricatore superbissimo, per quem, pro dolor ! omnis inrepsit aduersitas in genus humanum ; nam multis infaecatum probrosi saeculi nacuis cunctis liquido intimatur sophistis, inlectum siquidem nefandi neniis cosmi, scelestas ipsius pompas inconsiderate ambiendo, supernaeque patriae emolumenta amittendo, celsithroni moderatoris gratia priuatum, barathri incendiis lugubriter depulsum, iugi miseria puniri merito compulsum est. Quod tandem diuina gratia cunctis succurrens mortalibus gratuite, bonum uidelicet pro malis restituendo, solutis facinorum repagulis baptismatis regeneratione piando, crucisque gabulum ascendendo in saeculorum fine miserando, gloriosa eripuit libertate : quae uidelicet libertas in totum per apostolos dilatata orbem, domini annuente clementia ad Uuest-Seaxan, sancto praedicante Birino directa est : praefatus equidem pontifex primo regem Cynegisl, deinde Cynewealh nuncupatum, fidei rudimentis imbutum, baptismatis fonte regenerauit Qui uidelicet rex aecclesiam Uuintoniae ilico pulchre edidit, reuerendaeque trinitati ac indiuidae unitati, necnon beato Petro apostolorum principi eiusque coapostolo Paulo dedicare fecit, cathedramque episcopalem inibi constituens bonis a deo sibi collatis locupletans uberrime ditauit ; inde itaque primum copiosa fidei seges paulatim pereunte gentilitatis lolio, baptismatis lauacro irrigata, pullulans secreuit, quae domini gratia per totam occidentalem Saxoniam aecclesiae cultoribus sata granaria domini multiplici reditu replendo, usque in hodiernum diem incessabiliter accumulat. Hinc ego Eadgar, tocius Brittanniae basileus, eiusdem laetae segetis Christi annuente clementia occa exuberans, primitias christianae dapsilitatis a praedicto Cynewalhho, humani generis redemptori oblatas, et a Ceadwalla rege successionis tempore haereditaria consolidatas

cartula, et a quibusdam praedecessoribus meis iniuste moderno ablatas tempore, ob animae meae remedium regnique nostri prosperitatem, praedictae Uuintoniensi aecclesiae humillima reddo deuotione .c. scilicet mansas loco qui celebri æt Duntune nuncupatur onomate, atque .xxx. in Uectà insula, quae noto æt Drethecumb appellantur uocabulo, cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, siluis, salinariis, capturis, molendinis et omnibus commodis huic ruri pertinentibus, reuerendae trinitati praedictisque eius apostolis satisfacieudo restituens. Identidem suburbana eiusdem praecipuae ciuitatis Cyltancumb uidelicet cum suis appendiciis benignissime renouare cupiens eadem dito libertate, qua a rega uti dicam primogenito eiusdem aecclesiae neophyto, ad usum praesulis eidemque loco subiectae familiae a catholicis priscis ditatum perhibetur temporibus. Pastus igitur praedictae familiae nullatenus praesumptuose minuatur, sed fideliter, ut olim constitutum fuerat a praesule dispensanda largiatur : dignum itaque saluberrimo optimatum meorum utens consilis nostrae mentis duxi archano, ut nostrae occidentalium Saxonum aecclesia caput, nostraeque religionis exordium nullatenus aliqua suae portionis priuaretur substantia, sed redintegrata ad liquidum cuncta clarescerent, ut nobis et praesentis uitae prosperitas, et futurae aeternae beatitudinis meritum multiplici foenore fiducialiter eueniret Christo largiente, qui cum patre et spiritu sancto cuncta gubernat quae candidit. Supradictae igitur augmentum accclesiae, dum nostrae fit prosperitatis supplementum, nostrae religionis exordia restaurare cupiens, nouis quidem cartulis eius territoria, partim per incuriam ueterano usu deleta, Aethelwoido praesule humiliter obtinente, in hoc praesenti syntahmate distinctis locis semotim, non solum ea quae iniqua ante abstracta rapina a me restituta sunt, sed etiam illa quae olim a praedecessoribus meis aeternae trinitati concessa fuerant, pro animae meae redemptioni et regni nostri prosperitate renouare iubeo. Hoc etenim in nomine Ihesu Christi eiusque genitricis semperque uirginis Mariae, et beati Petri apostolorum principis, omniumque sanctorum subnixus praecipio, ut nemo successorum meorum hoc nostrum decretum restaurationemque possessionum aecclesiastici ruris uiolare uel minuere instinctu daemonis praesumens audeat. Qui autem hoc nostrum decretum libertatemque iuris aecclesiastici augere munifica uoluerit dapsilitate, augeat omnipotens dominus eius et uitam et prosperitatem hic et in futuro sacculo, ruantque aduersarii cuncti ante faciem

eius terrore domini uelociter prostrati, robustusque uictor, Christ suffragante gratia, semper sui cursus stadio persistens uigeat, omnisque eius successura posteritas pollens perpetuo proficiat; qui uero audax praesumptor ausu temerario philargyria seductus, uiolare minuereue temptauerit, deleatur eius nomen de libro uitae, ac per beati Petri apostolorum principis regnique coelorum clauigeri auctoritatem paradysi ianuis eliminatus, aeternis barathri incendiis iugiter ustulatus Acharonte putido torridoque suffocatus, cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus perenni calamitate iugique miseria, a deo et omnibus sanctis iusto dampnatus puniatur iudicio, nisi satisfactione congrua restituerit, quod in Christi possessione minuere praesumpsit.

XXXIII

EADGAR

+ Benigna nos exhortatione patientissimus Iob aerumpnosae caduci saeculi unitae fragilem conquerens calamitatem subtili proclamat indagine discens; ‘ Nudus egressus sum de utero matis meae, et nudus illuc reuertar; ’ et iterum, ‘ Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre ab eo quid poterimus: ’ quapropter ego Eadgar diuina fauente clementia tocius Albionis basileus, intra mei pectoris archano superni moderatoris instinctu attactus obnixe rimari coeperam, quomodo caducis aeterna, perituris mansura mercari ualerem. Occurrit igitur anima deliberanti, ut non solummodo territoria Wintoniensis episcopatus ecclesiae, uidelicet consecratae ob ruerentiam agiae trinitatis unitatisque, necnon Petri apostolorum principis atque Pauli eximii uerbi satoris, pro redemptione animae meae statuque mei imperii ac dilectione Æthelwoldi uenerandi antistis, quae meis inibi degebat temporibus, renouarem, atque in una colligerem scedula, uerum etiam fundos praefatae basilicae qui iniuste ab aliquibus marcidulae fastu superbiae indomite tumentibus abstracta uidebantur, intercapedine modici cromatis magnopere, qualiter olim a meorum dapsilitate praedecessorum benigme, cum suis rite sibi pertinentibus dati cessentur, meorum testimonio functus procerum quorum nomina in ultima huius scedulae pada caraxata uidentur, humillime restituerem. Hinc Tantun eiusdem

puantitatis .c. uidelicet mansis spatiose dilatatum, successorumque omnium prosperitate a nobis aeternaliter restituitir aecclesiae ; praefatum etenim rus prius a quadam antipuitus largitum est regina religiosa, ac postea ab Athulfo rege glorioso tocius sui regni rura decimante copiose augmentatum, renouatisque supradicti territorii cartulis aeterna firmatum est dapsilitate. Rex itidem Eadweard nouis haereditatum cartis, hoc idem rus aeterna consolidauit libertate acceptis, uidelicet .LX. pro eadem libertate mansis .XXX. scilicet aet Banewillan .XX. aet Scealdeburnan stoce .X. aet Crawancumbe, quod tamen tot regum procerumque fixa firmatum donatione instigante diabolo iniuste a quibusdam praedecessoribus meis philargyriae uitio seductis uiolenti abstractum est rapina ; a me iterum Christi annuente gratia restitutum, perpetua ad usus praedicti pontificatus praesulum ditatae libertate. Si quis autem hanc nostram uiolare minuereue munificentiam tyrannica fretus superbia praesumpserit, anathema sit, et domini clementia sanctorumque omnium priuatus contubernio inimicorum omnium persecutione uallatus depopulatusque intereat, nec in hac uita ullam obtineat ueniam, sed in futuro perenni supplicio deputatus, inferni fauce consumptus, sine fine persistat cruciatus, nisi satisfaciendo redintegrauerit quod insipiendus minuendo deleuit.

XXXIV

EADGAR

+ Cum sacrae auctoritatis doctrina nos ueridica sedulo ammoneat exhortatione, ut non solum actiue uisibilibus religiose conuersando, sanctisque proficiendo uirtutibus carismatis dono perfusi decentissime perfruamur, uerum etiam contemplatiuae inuisibilia uitae toto mentis conamine partim a recidiuis semoti libentissime, cum puro tranquilloque animi intuitu contemplando amplectemur, dicens, ‘ Cuncta quae uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna ; ’ quapropter ego Eadgar Christi annuente clementia tocius Albionis basileus, his recidiuis practicae uitae possessiunculis aeterna theoricae emolumenta lucrando mercari desiderans, quoddam

rus a supradicta Wintoniensi aecclesia iniusta quondam a philargiriis abstractum rapina. Aethelwoldo obtinente praesule, ab illo qui iniuste possederat iusto arripiens iudicio trinitati reuerendae, eiusque apostolis Preto et Paulo humillima reddens restituo deuotione. .XL. uidelicet cassatos loco qui celebri Alresford nominatur uocabulo : nam rex religiosus Cynewalh nuncupatut, a Birino pontifice fidei sacramentis imbutus, idem rus in christianae religionis exordio praefatae dei aecclesiae magna animi largitus est deuotione ; hoc idem Ecgbirct regali fretus stemmate noua territorii consolidauit cartula. Quidam aliquando praedictae pontifex basilicae a notis Denewulf nuncupatus, cuidam proprinquorum suorum Aelfred uocitato, eatenus cum consensu aecclesiasticae familiae accommodauit, ut annis singulis censum tocius telluris uita comite rite persolueret : is equidem insipiens adulterans stuprum, propriam religiose pactatam abominans, scortum diligens, libidinose commisit. Quo reatu omni substantia peculiali recte priuatus est, et praefatum rus ab eo abstractum rex huius patriae suae ditioni auidus deuenire iniuste optauit : cuius auiditati praesul supradictus minime consentiens, datis centum uiginti auri mancusis, praedictam tellurem ad usus praesulum satisfaciendo aecclesiae dei restituit : succedente itaque tempore supradicti adulteri et scelerati filius, falso dicens esse sibi naturale, suo iniuste subiiciens dominio ab aecclesia dei praesumptuosus arripuit, haereditariamque cartulam nouis litterarum apicibus. rege Eadredo cum animae suae consentiente periculo, daemonis instinctu fascinatus edidit. Quae igitur cartula, et omnes qui ei ausu consenserint temerario in domini maledictione permaneant. ut nullo umquam tempore ad aliquam utilitatem perueniat. Uetus namque et haec noua quam edidi cartula iugiter Christi ommniumque iudicio fidelium incolumis praeualeat ; adulterina quam praedixi cartula aeterna dampnatione ad nichilum redacta, et imperpetuum anathematizata. Si quis igitur hanc nostram largifluam augere uoluerit donationem, augeat eius dominus et uitam et prosperitatem, hic et in futuro : qui autem lenocinante diabolo fastu superbiae inflatus, nostra uiolare uel minuere praesumpserit statuta, in domini maledictione permaneat, et a sanctae dei aecclesiae consortio sanctorumque omnium contubernio priuatus, aeterna misellus dampnetur miseria, nisi resipiscens satisfaciendo restituerit quod in domini possessione uiolare praesumpsit.

XXXV

EADGAR

+ Dominus omnipotens qui uiuit in aeternum creans omnia simul diuino et co-aeterno uerbo sex diebus formulas rerum distinxit singularum! Ex creatura igitur creatorem agnoscens mirabilem, praesentia ad futurorum comparationem bonorum, uelut quisquiliarum peripsema, uel foetidam melancoliae nausiam apporiando reprobans, aeternae beatitudinis emolumenta medullitus lucrari desiderans, ego Eadgar diuina largiente gratia totius Brittaniae rex, ob animae meae salutem regnique nostri ac filiorum successorumque omnium prosperitatem, quodam rus .x. uidelicet mansarum quantitate taxatum, usitato eat Clearan nuncupatum uocabulo, olim ab Athulfo rege totius sui resiminis rura decimante ad refocillationem pontificum praedictae Wintoniensi aecclesiae aeterna largitum est dapsilitate, modernoque tempore a quibusdam perfidis iniuste abstractum raptoribus, reuerendae trinitati Petroque apostolorum principi eiusque co-apostolo Paulo aeterna solutum libertate humiliter restituo Hoc in Christi nomine praecipio ut nemo successorum meorum uiolare audacter praesumat quod ego meorum auctoritate procerum domino recuperando restitui. Si quis autem philargiria seductus aliqua noua et adulterina cartula hanc nostram largifluam a domino abstrahere uoluerit munificentiam, anathema sit, et inferni incendiis assiduo punitus iugi miseria cruciatus intereat. Uetus namque et haec noua quam edidi domino instigante cartula iugi profectu uigeat, et omnes qui ei iuuamen impenderint peccaminum suorum ueniam consequendo, aeternae uitae beatitudinem Christo largiente obtineant. Sit autem hoc rus Aethelwoldo praesule obtinente, eadem libertate gloriosum qua priscis fuerat temporibus insignitum : qui uero eiusdem libertatis gloriam uiolare inique praesumpserit, a Christo reprobatus inferni miseria puniatur, nisi satisfaciendo se humiliatum correxerit.

XXXVI

EADGAR

+ Ecce Christo in aeternum regnante! Cunctis sophiae studium intento mentis conamine sedulo rimantibus liquido patescit, quod huius uitae periculis nimio ingruentibus terrore recidiui terminus cosmi appropinquare dinoscitur, ut ueridica Christi promulgat sententia qua dicit, ' Surget gens contra gentem, et regnum aduersus regnum, ' et reliqua. Quamobrem ego Eadgar Christi conferente gratia tocius Britanniae basileus, domino nostro Ihesu Christo totis uiribus ante futuri tempus iudicii placere desiderans, quandam telluris particulam .XL. uidelicet mansas, tribus in locis diremptas .XX. aet Uferantune, cum silua aet Tadanleage, huic ruri pertinente .XV. aet Wealtam .V. aet Bradanleage, ut a meis dudum supradictae Wintoniensi basilicae reuerendae trinitati, eiusque apostolis Petro atque Paulo, aeterne largitum fuerat, ita hac noua cartula cum meorum auctoritate procerum Aethelwoldo praesule obtinente roboratum, aeterna humilis renouo libertate, Sint autem omnia haec supradicta rura omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Maneat igitur haec nostra largiflue renouata dapsilitas, uti fuerat fixa per aeuum. Si quis igitur hanc aecclesiae libertatem uiolare praesumpserit, anathema sit, et inferni cruciatibus attritus infoelix intereat, nisi satisfaciendo ante obitum ueniam obtinuerit.

XXXVII

EADGAR

+ Fortuitu saeculorum patrimonia incertis nepotum haeredibus relinquuntur, et omnis mundi gloria appropinquante uitae morte termino ad nichilum reducta fatescit! Idcirco terrenis caducarum possessionibus semper mansura supernae patriae emolumenta adipiscentes, domino patrocinante, rebus recidiuis lucranda sanctorum

decernimus hortatu. Quamobrem ego Eadgar celsithroni moderatoris annuente clementia totius Bryttanniae triuiatim potitus regime, ad aeterni regni beatitudinem toto mentis conatu largiente domino uenire desiderans .LX. telluris cassatos, in nostrae christianae religionis exordio a Cynewalh rege catholico Wintoniensi aecclesiae, ob reuerentiam summae trinitatis, eiusque apostolorum Petri et Pauli, deuotissime largitam, nouis litterarum apicibus domini instigante gratia renouare studeo, ne successores futurae prosapiae ignorantes possesseonis domini quippiam ad animae suae detrimentum uiolando minuant. Supradictae igitur telluri ab incolis nomen inditum uidetur aet Ticceburnan, and aet Beowyrthe, and aet Ufinetune. Quam cum optimatum meorum consilio eadem renouans libertate munificus ob animae meae remedium, regnique ac successorum futurae posteritatis prosperitatem, libentissime dito, qua dudum a praedecessoribus meis ditata fuerat. Maneat igitur, ut praefatus pontifex Aethelwold humiliter deposcit, omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis hanc nostram munificam renouatamque libertatem auidus uiolare praesumpserit, anathema sit, et in Christi omniumque sanctorum maledictione permaneat, nisi cum humili satisfactione poenitens emendauerit.

XXXVIII

EADGAR

+ Gratia dei cunctis spiritali praeditis sapientia, qui deificae contemplationis beatitudinem purae mentis intuitu lachrimarum ualle degentes crebro anhelantes suspirio cernere desiderant. manifestissimis scripturarum liquido declaratur indiciis, quod unusquisque fidelium ad supernam coelorum tendens patriam potis est imis coelestia, caducis aeterna, lucrando insegniter promereri, ac mundi huius principem qui uitiorum sectatoribus infestissime dominatur, in huius uitae stadio robustissime expugnare; quapropter ego Eadgar Angligenarum caeterarumque gentium hinc inde persistentium rex a domino constitutus, non immemor ob hoc mihi transitoria, ut his aeterna Christi opitulante gratia lucrarer, fore

concessa, quoddam rus .LXX. mansis spaciose dilatatum a praedecessoribus meis olim Wintoniensi aecclesiae ob almae trinitatis, eiusque apostolorum Petri et Pauli, reuerentiam dedicatae, aeterna largiti sunt haereditate, hac haereditaria carta nouis litteris ad praefatam recuperans reduco libertatem, quod a gnosticis Fearnham noto nuncupatur uocabulo .LX. mansis consistens, aet Beonetleh .X. determinatum cassatis. Nullus igitur hanc nostram libertatem quam Aethelwoldo praesule deposcente nuper ut antiquitus fuerat deuotus edidi, infringere uel minuere praesumat. Sit autem omni terrenae seruitutis solutum, excepta expeditione, pontis arcisue recuperatione. Si quis hanc nostram uiolauerit libertatem anathema sit.

XXXIX

EADGAR

+ Haec autem omnia quae secundum aecclesiasticam normam iusto decernuntur moderamine, quamuis proprium robur iure obtineant, tamen quia humanae uitae status euidenter incertus agnoscitur, paginis saltem uilibus pro ampliori firmitate roborata signantur; quapropter ego Eadgar totius Albionis basileus, ob amorem coelestis patriae meorum indulgentiam criminum, aliquam terrae particulam, .LXX. seilicet mansas, illic ubi solicolae Beaddinctun dicunt, territoria renouando, qualiter ante mei potentatus croma extiterant, uoluntarie perpetualiter permanere concessi, et hac noua rudibus litterarum apicibus edita cartula Wintoniensi pontificum cathedrae, Aethelwoldo deposcente antistite, humiliter restituens reuerendae trinitati, eiusque apostoli Petro et Paulo, ut olim a praedecessoribus meis data fuerat, perpetua repraesento libertate. Ex his .LXX. mansis sunt rura, quae cum siluis sibi pertinentibus, his appellantur uocabulis, Cyslesdun, Tenhric, Lace. Sint autem omnia haec supradicta rura omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc aecclesiae libertatem uiolare praesumpserit, anathema sit, et inferni cruciatibus attritus infoelix intereat, nisi satisfaciendo ante obitum ueniam obtinuerit.

LX

EADGAR

+ Ineffabili rerum creatore ac moderatore domino nostro Ihesu Christo in aeternum regnante ! Abominilia titillantis saeculi piacula diris obscoenae horrendaeque mortis circumsepta latratibus, quae in huis incolatus patria christianae religioni subiectos nequaquam securos degere sinunt, sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros incitando prouocant libinidinoso miserrimoque saeculi appetitu ; piaculorum itaque auctorem cum omnibus pompis eius toto mentis conamine non solum despiciendo, sed etiam uelut fastidiosam melancoliae nauseam abominando fugia mus, cauentes mundi fragilis prosperum excursum, ne nimio eius amore irretiti apostatando a domini lugubriter recedamus clementia, illud sedulo rimantes propheticum, ' Diuitiae si affluant, nolite cor apponere.' Quapropter infima quasi peripsema quisquiliarum abiiciens, superna ad instar preciosorum monilium eligens, animum sempiternis in gaudiis figens, ad adipiscendam mellifluae dulcedinis misericordiam, perfruendamque infinitae laetitiae iocunditatem, ego Eadgar per omnipatrantis dexteram totius Brittanniae regni solio sublimatus, quandam ruris particulam, id est .xxx. mansas loco qui celebri aet Fearnham nuncupatur onomate, praedictae episcopatus cathedrae ob sanctae trinitatis, apostolorumque Petri et Pauli reuerentiam aeterna libertate, uti priscis data fuerat temporibus, renouando humili restituo deuotione. Hanc itaque libertatem praefatus pontifex Aethelwold domini cooperante gratia cum magna obtinuit humilitate. Sit igitur praefata terra, cum omnibus ad se rite pertinentibus, omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis diaboli hortatu hanc nostram minuere praesumpserit libertatem, anathema sit.

XLI

EADGAR

Kalante diuinae auctoritatis agiographo commenemur ut terrena praesentis saeculi lucra dantes, coelestia aeternae beatitudinis emolumenta iugi indefessoque adquiramus labore; ideoque incertum futuri temporis statum mutabilitatemque certis dinoscens indiciis, totis uiribus, prout posse dederit qui cuncta creauit, subnixe delibero, ut redemptoris nostri possessionem aecclesiis iure delegatam in priorem sanctae religionis statum certis roborata litterulis medullitus consolidarem; quapropter ego Eadgar diuina indulgente clementia totius Britannicae insulae solio sullimatus, quoddam rus quod prisco Wealtham onomate XXXVIII. cassatorum olim Wintoniensi ueteris monasterii cathedrae commutando concessum, nouis apicum signis renouare, Aethelwoldo praesule suppliciter deposcente, gratanter permitto. Praefatum siquidem rus antecessores nostri sanctae dei aecclesiae reurendae trinitati, eiusque apostolis Petro et Pauio dicatae pro commutatione illius oppidi, quod Porteceaster nuncupatur, omni mundiali seruitio solutum concesserunt. Sit igitur praefatum rus cuius ego cum optimatum meorum consilio libertatem fideliter renouaui, aeterna iocunditate gloriosum cum omnibus sibi rite pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis; expeditionis laborem, pontis arcisue restaurationem tantummodo persoluat, alias aeterna iocundetur libertate. Si quis autem diaboli pellectus instinctu hanc perpetuam nostrae renouationis libertatem uiolare uel minuere audax praesumpserit, a sancta corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi communione, et sancta dei aecclesia, ac sanctorum omnium contubernio segregatus, aeterna inferni miseria dampnatus intereat, si non satisfactione congrua humiliter correctus emendauerit quod contra nostrum tumidus deliquit decretum.

XLII

EADGAR

+ Luce constat clarius quod huius uitae terminus uolubili uarie discurrens orbita, iamiamque imminere dinoscitur, ut ueridica Christi promulgat sententia, quae altiboando proclamat dicens, ' Surget gens contra gentem, et regnum aduersus regnum,' et reliqua ; iccirco ego Eadgar Christi conferente gratia totius Angligenae nationis caeterarumque gentium Brittannica insula degentium rex gloriosus, sancti spiritus carismate partim attactus, mentis nostrae arcano deliberare coepi, atque optimatum meorum utens consilio, patulo uocum proclamare indicio, quanto inquam simulate transeuntis uitae gloria, ut foeni flos uelociter arescens deficit, letalisque huius uitae umbrificae finis imminendo incumbit, tanto etiam catholica christianae religionis studia totius uirtutis adnisu restauranda, et aecclesiarum possessione quaecunque oblitterata fuerant recuperanda fore, nostrae mentis arcano assidue rimamur. Hinc igitur .LX. et .IIII. mansas, octo locis distinctas quae his usualiter nuncupantur uocabulis, Tuifyrde, Crawanlea, Oselbirig, Hefesylting, Hortun, Stoce, Oterburna, Ceoliglond, Eastun, Hundetun, ut a meis dudum supradictae Wintoniensi basilicae reuerendae trinitati, eiusque apostolis Petro atque Paulo, aeterna largitae fuerant, ita hac noua cartula cum meorum auctoritate procerum Aethelwoldo praesule obtinente, roboratas, aeterna humilis renouo libertate. Sint autem omnia haec supradicta rura omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem hanc recuperatam moderni temporis libertatem uiolare praesumpserit, anathematizatus in domini persecutione horribiliter deficiat.

XLIII

EADGAR

+ Ad redemptionis suae augmentum omni conatu cuncti student orthodoxi, ut fidei, spei caritatisque alis ueluti uestium fulgore

amicti, pretisarumque splendore gemmarum adornati, sanctarum uirtutum copia perspicui, criminum pondere semoti, terreni corporis ergastulo uersantes, lacrimarum ualle cum nimio degentes certamine, totius animi cultum coelesti habitatione theorico figunt meditamine : ' Nostra,' inquit apostolus, ' conuersatio in coelis est.' Hinc igitur ego Eadgar domini largiente gratia totius Albionis basileus, sedula procurans sollicitudine, ne catholicorum quispiam actuali degens conuersatione, aliqua saecularium rerum uexatione a contemplatiua impeditus uita incongrue reuocetur, quod olim a praedecessoribus nostris aecclesiis domini ad sui famulatus obsequium egregia concessum fuerat libertate, renouando libentissime recupero : huius rei gratia rura omnia praedicta, et superius distinctis locis ordinatim nouis litterarum apicibus designata Christi compunctus spiramine, iusto utens iudicio, ad usus pontificum supradictae aecclesiae iura religiosa regentium, pro animae meae salute regnique ac successorum meorum prosperitate, aeterna libertate cum optimatum meorum consilio, deuotus ammodum restitui, omnique saeculari soluta gloriose ditaui seruitute, ne uexatione mundanae afflictionis, meus praesulum pro nostris facinoribus intercedentium a diuina contemplatione remota deficiendo lassesceret. In nomine almae trinitatis ac indiuidae unitatis praecipio, ut succedentium temporum episcopi ita gregem dyrocheo, id est duplici pastu, nutriant monachorum, sicut nostris temporibus per sapientium ordinatum est prouidentiam, et alimenta ex Ciltancumbe monachis copiose tribuant, et sine ulla retractione hilariter subministrent, et nullius nimietatis inquietudine perturbent : ne a uita theorica, uel immoderata superfluitas, uel intolerabilis paupertas, cum magno animi detrimento illos amoueat, omnia in uictu et uestitu sdcundum regulae modificet praeceptum. Certe canonici omni uiciorum naeuo deturpati, inani gloria tumidi, inuidiae liuore tabidi, philargyriae maculis obcaecati, luxuriae facibus libidi, gulae omnimodo dediti, regi torreno non episcopo subiecti, praefati ruris usu ueterano moderno tempore pascebantur alimentis. Ebrietatem siquidem et homicidia sectantes, coniuges suas turpiter nimia et inusitata libidine amplectentes, aecclesiam dei raro et perpauci frequentare uolebant, nec horas celebrare canonicas dignabantur : quo reatu eiectis cum praeposito canonicis, et eliminata immundorum spurcicia, monachi in sede constituti sunt episcopali, qui sanctis adornati uirtutibus, humilitate praecipui, uigiliis, hymnis et ora-

tionibus assidui, abstinentia macti, castitate perspicui, legitime uiuerent, et obsequium aecclesiae regulariter implerent. Rura absque dubio superius notata renouare beneuola studii intentione, et quae iniuste abstracta fuerant, Duntun uidelicet, Tantun, Alresford, Cleares, Ticceburn, Uuorthig, Funteal, Stoke, Fermesham, aecclesiae dei deuotus ammodum ideo restitui, ut tali et tam necessario iocundati additamento, monachorum, Christo humani generis redemptori fideliter casteque seruientium, gregem facilius libentiusque pascerent, dum praefatis ruribus sublatis, canonici turpiter contra fas inhonesteque degentes, in tam angusti rerum possessione usu pascebantur perpetuo. Alantur igitur solito monachi, ab huius uitae curis remoti, unde alebantur canonici, cum auiditate nimia curis uitae recidiuae intenti : rura omnia superius notata episcoporum usui peculiariter ad uotum deseruiant; illa uero quae canonici olim cum praeposito sine peculiari praesulis dominio usu possederant ueterano, haec eadem monachi communiter ad necessarios usus iure possideant perpetuo, et cum antistitis consilio ac iuuamine bene regant, et per praepositum fratribus cunctis necessarium, episcopoque uti regula praecipit cum omni humilitate subiectum, sapienter disponant. Pastum ex monachorum uillis nequaquam praesul diocesim lustrando auidus exquirat : emptis necessariis fratrum indumentis, quicquid ex lucro uillarum superfuerit, unito episcopi fratrumque consilio, ob aeternae beatitudinis praemium Christi erogetur pauperibus, et non loculis episcopi peculiaribus ad animae detrimentum reclusum custodiatur. Post unius episcopi obitum, alter ex eadem monachorum congregatione, qui dignus sit pontificatus ordine fungi, et non aliunde eligatur : si autem impedientibus peccatis uel imperitia, in eodem monasterio talis qui dignus sit inueniri nequiuerit, ex alio noto monasterio monachus, non autem canonicus, ad tanti gradus dignitatem, qui dignus sit secundum meritum atque doctrinam, unanimi regis et monachorum eiusdem monasterii consilio sapienter eligatur : et non solum in hac pontificis electione, uerum etiam omnibus rebus regalae usus iugi teneatur custodia, ut in omnibus quae egerint, uel regulae normam hilariter custodiant, uel maiorum cum omni deuotione imitentur exempla. Electus uero nulla superfluitate monachos perturbet uel inquietet, nec clericos sine laicos in claustra uel refectorium introducat, sed missam celebrans, monachorum reuerenter fungatur officio, ac in refectorio quotiens uoluerit comedens, eorum et non

canonicorum uel laicorum inibi utatur obsequio ; monachos si quoslibet secum suum lustrando episcopium habere noluerit, illos sumat qui prouectae aetatis sint, quorum profectu et moribus ad Christi roboretur famulatum, et non pueros uel iuuenes lasciuos, quorum laeuitate laesus in aliquibus deprauetur. Rura tam a regibus quam a diuersis catholicis ad usus fratrum domino largiflue collata, huius saeculi militibus siue propinquis carnalibus pro munere quolibet adulando tribuens, ad animae suae detrimentum nequaquam disperdat. Qui praedicta statuta beniuola seruare uoluntate studuerit, domini nostri Ihesu Christi benedictione in praesenti saeculo perfruatur, et post eius obitum ad aeternao beatitudinis uitam Christo opitulante securus perueniat. Si quis autem philargyria seductus aliquid ex his quae cum consilio sapientium praecepta sunt uel minuere praesumpserit, deleatur nomen eius de libro uitae, et in Ihesu Cristi saluatoris mundi eiusque genitricis Mariae omniumque sanctorum persecutione maneat, et post uitae suae terminum cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus inferni miseria punitus intereat, si non cum satifactione emendauerit, quod nequiter peiorando deliquit.

XLIV

EADWEARD

+ In nomine dei summi et altissimi ! Certis adstipulationibus nos sancti et iusti patres frequentatiuis hortationibus admonent ut deum quem diligimus et credimus intima mentis affectione cum bonorum operum diligentia incessanter eum timeamus et amemus, quia retributionem omnium actuum nostrorum in die examinationis iuxta uniuscuiusque meritum reddet ; ideoque subtilissima mentis certatione illum imitari satagamus, licet mortalis uitae pondere pressi et labentibus huius saeculi possessionibus simus infaecati, tamen miserationis eius largitate caducis opibus aeterna coelestis uitae praemia mercari queamus. Quapropter ego Eadweardus diuina michi annuente gratia, rex Anglorum et aeque multarum gentium monarchiae potestatis praeuisor, aliquam partem terrae iuris mei perpetuali donatione libenter concedo cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Aelfric, ob illius amabile obsequium dignatus sum

largiri .x. mansas agelluli ibidem ubi uulgares prisco more ludibundisque uocabulis nomen indiderunt aet Wilig; quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat inlaesus atque uitalus spiritus in corruptibili carne inhaereat, et post se cuicunque uoluerit ceu corroborauimus perenniter haeredi derelinquat, ceu supra diximus in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue munitione. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram diffinitionem elationis habitu incedens infringere temptauerit, perpessut sit gelidis glacierum flatibus, et Pennino exercitu malignorum spirituum, nisi prius irriguis poenitentiae gemitibus et pura emendatione emendauerit. Istis terminibus praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Idoneis testibus quorum nomina infra recitantur confirmauimus, quatinus nemo successorum nostrorum in Christi nomine adiuratus, hoc nostrum decretum uiolare audeat, sed immune magis conseruet.

+ Ego Eadweard gratia dei rex tocius Albionis hoc donum signo crucis confirmaui. + Ego Dunstanus archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Oswoldus archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelwoldus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfstanus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfeagus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfhere dux. + Ego Athelwine dux. + Ego Aethelweard dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aethelmer dux. + Ego Byrhtmer minister. + Ego Eathelweard minister. + Ego Aelfwerd minister. + Ego Eadwig minister. + Ego Ealfwig minister. + Ego Ealfsige minister. + Ego Eathelweard minister. + Ego Leofric minister. + Ego Ealfwold minister. + Ego Eathelric minister. + Ego Leofric minister.

XLV

OSWALD, 977

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXVII. Ego Oswald, superni rectoris fultus iuuamine archipraesul, cum licentia

Eaduuardi regis Anglorum ac Aelfhere ducis Merciorum, uni fideli meo, qui a gnosticis noto Aethelstan nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam, unam uidelices mansam quod solito uocitatur nomine aet Intanbeorgan, cum omnibus ad se rite pertinentibus liberaliter concessi; ut ipse, uita comite, fideliter perfruatur, et post uitae suae terminum duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat; quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum cum omnibus utensilibus ad usum primatis aeccle siae dei in Wiogurnacestre restituatur immune.

+ Oswald archiepiscopus. + Wynsige presbyter. + Wulfric presbyter. + Wulfheah presbyter. + Aethelstan presbyter. + Aelfsige presbyter. + Eadgar presbyter. + Wistan presbyter. + Eadward presbyter. + Aelfgar diaconus. + Godingc diaconus. + Leofestan diaconus. + Aethelsige diaconus. + Wulfweard diaconus. + Kynetheng clericus. + Leofwine clericus. + Brihstan clericus. + Wulfhun clericus. + Wulfgar clericus. + Cynestan clericus. + Eadwine clericus. + Wynstan clericus. + Aelfnoth clericus. + Wulfnoth clericus. + Aethelric clericus.

XLVI

OSWALD, 977

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXVII. Ego Osuuald, superni rectoris fultus iuuamine archipraesul, cum licentia Eaduuardi regis Anglorum ac Aelfhere ducis Merciorum, uni fideli meo, qui a gnosticis noto Aelfuueardo nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam, quinque uidelicet mansas quod solito uocitatur nomine aet Tidelminctune, cum omnibus ad se rite pertinentibus liberaliter concessi; ut ipse, uita comite, fideliter perfruatur, et post uitae suae terminum, duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat; quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum cum omnibus utensilibus ad usum primatis aeccle-siae dei in Wiogornaceaster restituatur immune...

+ Ego Oswald archiepiscopus. + Wynsige presbyter. + Wulfric presbyter. + Wulfheh presbyter. + Aethelstan presbyter. + Aelfsige presbyter. + Eadgar presbyter. + Wistan presbyter.

+ Eadweard presbyter. + Aelfgar diaconus. + Godingc diaconus. + Leofstan diaconus. + Aethelsige diaconus. + Wulfweard diaconus. + Cynetheng clericus. + Leofwine clericus. + Brihstan clericus. + Wulfhum clericus. + Wulfgar clericus. + Cynestan clericus. + Eadwine clericus. + Wynstan clericus. + Aelnoth clericus. + Aetheric clericus. + Wulfnoth clericus.

XLVII

OSWALD, 977

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXVII. Ego Osuuald, superni rectoris fultus iuuamine praesul, cum licentia Eaduuardi regis Anglorum ac Aelfhere ducis Merciorum, uni ministro meo. qui a gnosticis noto Cynulf nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam .I. uidelicet mansam, quod solito uocitatur nomine aet Eastune, cum omnibus ad se rite pertinentibus liberaliter concessi ; ut ipse uita comite, fideliter perfruatur, et post uitae suae terminum, duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat ; quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum cum omnibus utensilibus ad usum primatis aecclesiae dei in Wiogornaceastre restituatur immune. His metis praefatum rus hinc inde giratur.

+ Ego Oswald archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wynsige monachus. + Ego Wulfheh monachus. + Ego Aethelstan monachus. + Ego Aelthsige monachus. + Ego Aethelstan monachus. + Ego Wulfweard monachus. + Ego Eadwine clericus. + Ego Godingc clericus. + Ego Aelfstan clericus. + Ego Aelfsige monachus. + Ego Leofwine monachus. + Ego Aelfgar monachus. + Ego Aethelric monachus. + Ego Brihstan clericus. + Ego Eadweard clericus. + Ego Aethelwold clericus. + Ego Aelfstan clericus. + Ego Wulfnoth clericus. + Wulfric clericus. + Cynetheng clericus. + Wulfhun clericus. + Eadgar presbyter. + Wulfgar clericus. + Leofstan diaconus. + Tuna clericus. + Cynstan clericus. + Wunstan clericus.

XLVIII

OSWALD, 977

+ Anno dominicae incarnationis DCCCC.LXXVII Ego Osuuold, superni rectoris fultus iuuamine archipraesul, cum licentia Eaduuardi regis Anglorum ac Aelfhere ducis Merciorum, uni fratri meo monacho, qui a gnosticis noto Wynsige nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam .III. uidelicet mansas quod solito uocitatur nomine Wasseburne, cum omnibus ad se rite pertinentibus liberaliter concessi ; ut ipse, uita comite, fideliter perfruatur, et post uitae suae terminum, duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat : quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum cum omnibus utensilibus ad usum primatis aecclesiae dei in Wiogurnaceastre restituatur immune...

+ Osuuald arcebisceop. + Winsige presbyter. + Wulfric presbyter. + Wulfheah presbyter. + Aethelstan presbyter. + Aelfsige presbyter. + Eadgar presbyter. + Wistan presbyter. + Eadweard presbyter. + Aelfgar diaconus. + Godingc diaconus. + Leofestan diaconus. + Aethelsige diaconus. + Wulfweard diaconus. + Cynetheng clericus. + Wulfhun clericus. + Wulfgar clericus. + Brihstan clericus. + Leofwine clericus. + Cynestan clericus. + Wynstan clericus. + Eadwine clericus. + Aetheric clericus. + Aelfstan clericus. + Aelfnoth clericus. + Aethelwold clericus. + Ufic clericus. + Wulfwine clericus.

XLIX

AETHELRED, 932.

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Sacrae autem scripturae aedicta, fona catholicorum patrum nos ammonent ut memores simus quoniam quidem transeuntis mundi uicissitudo cotidie per incrementa temporum crescendo decrescit et ampliando minuatur, crebrescentibusque repentinis uariorum incursuum ruinis, uicinus finis terminus esse cunctis in proximo cernitur : iccirco

uanis ac transilibus rebus mansura coelestis patriae praemia mercanda sunt. Hinc ego Aethelredus annuente altithrono Anglorum basileus, caeterarumque gentium triuiatim persistentium, gubernator et rector, quandam modicam numinis mei particulam .x. uidelicet mansas in illo loco ubi dicitur Ollaneg, cuidam mihi oppido fideli comitate atque consanguinitate coniuncto, qui a gnosticis noto nuncupatur uocabulo Aelfere, libens perpetualiter concedendo in aeternam haereditatem donabo ; quatinus uita comite hilariter possideat, et post se quibuscunque uoluerit cleronomis liberaliter derelinquat. Maneat igitur meum hoc immutabile donum aeterna libertate iocundum, cum uniuersis quae deus coelorum in ipso telluris gramine ad usus hominum procreauit, pascuis, pratis, atque siluis, riuulorumque cursibus ; exceptis tribus, expeditione, et pontis arcisue constructione. Si quis autem hanc nostrae munificentiae dapsilitatem uersutus deprauare temptauerit, sciat se obstaculum irae dei incurere, et in ultimo examine coram Christo et angelis eius rationem reddere. His limitibus praefatum rus undique circumcingitur... Scripta est haec scedula anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCCLXXVIIII. his testibus consentientibus quorum inferius nomina karaxata nidentur.

+ Ego Aethelred rex ad confirmandum roborandumque hoc meum donum signum sanctae crucis impressi. + Ego Dunstan Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi. + Ego Osuuold Eboracensis aecclesiae archiepiscopus adquieui. + Ego Aetheluuold Uuintoniensis episcopus confirmaui. + Ego Aelfstan episcopus consensum dedi. + Ego Aelfric episcopus. + Ego Aescuuig episcopus dictaui. + Ego Eadhelm episcopus. + Ego Aelfstan episcopus solidaui, + Ego Sigar episcopus. + Ego Aelfheah episcopus annui. + Ego Aethelsige episcopus. + Ego Athulf episcopus subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus. + Ego Theodred episcopus. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Aetheluuard dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Eaduuine dux. + Ego Aethelmaer dux. + Ego Thoreth dux. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Goduuine abbas. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Aelfuuard minister. + Ego Aelfric. + Ego Aethelsige. + Ego Aelfgar. + Ego Aethelsige, ministri.

L

AETHELRED, 979

+ Quia mortalis uitae fragilitas mutando cotidie marcescit, et rotunda saeculorum uolubilitas tabescendo euanescit, orthodoxorum uolubilitas tabescendo euanescit, orthodoxorum monitis erudimur, ut his recidiuis aeternae uitae beatitudinem adipisci mercando seduli studeamus. Ego igitur Aethelred totius Brittanniae basileus, quandam ruris particulam .v. uidelicet cassatos, in loco qui celebri aet Suthtune nuncupatur uocabulo, episcopo nomine Aethelwoldo mihi carissimo perpetua largitus sum haereditate ; ut aecclesiae dei cui praeest, Petro et Paulo dicatae ciuitate Wintoniae, perpetualiter deseruiat, ita ut nullus successorum meorum ipsius terrae portionem ab aecclesia dei praesumptuosus auferat; praesertim cum hoc rus primum sit quod post nostram regalem dedicationem domino nostro Ihesu Christo quasi donorum primitias largitus sim ; praefata siquidem telluris portio, ruri quod Crundelas nuncupatur, quondam subiecta fuerat, quam deuotus restituens uti prius Eadredus rex, ac deinde pater meus Eadgar egerant, nouis litterarum apicibus, ut adunatae quinquaginta existerent mansae, domini opitulante gratia consolidare curaui ; has quinque quas ego ad supplementum addo mansas, Aethelbriht quidam oeconomus patri meo iure concessit haereditario, sed territorii carta neglecta uel potius furtim ablata si quopiam reperta fuerit aecclesiae dei restituar, ista tamen ad nostri memoriam in aeternum uigente. Sit autem praedictum rus, cum certis ac cognitis territoriis, omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus a consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore, eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXIX. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum nomina inferius caraxantur.

+ Ego Aethelred rex praefatam donationem concessi. + Ego

Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus consignaui. + Ego Oswold archiepiscopus confirmaui. + Ego Aethelwold episcopus corroboraui. + Ego Aelfstan episcopus consolidaui. + Ego Aelfthrith regina. + Ego Osgar abbas. + Ego Godwine abbas.

LI

AETHELRED, 980

+ Catholicorum incitamento moniminum, ut eminentem plasmatoris uniuersorum et inextricabilem aeternitatis essentiam mira dispositionis indagine condita gubernantem interna penetralium subpeditatione magnificare strenue suademur; ut quae tanto frequentium assiduitate moliminum, cum indefessa magis auiditate sensuum ad impetranda coelicolarum alacrimonia diligentius insudando studeamus, quanto particulatim haec defectu compellente labilia, quibus et ineffabilis ille creator misericordiarum exhibitione formatorum reparator imaginaria sui similitudine compactum, quadriformis adhibito materiei uigore corporatum, in ipso pene caducorum exordio praefecit hominem, fortuita ninium et repentina casuum uarietate penitus haec ipsa adnullari properantia uidentur. Quapropter ego Aethelred altithroni fauente clementia Anglicae nationis basileus, ut haec aerumnosa laboriosi exilii uitare pericula, et quae illius aeternitatis libertate participari queam, quandam ruris particulam, mansam uidelicet unam atque diminiam, quae noto Celcesora nuncupatur uocabulo ad capturas inibi piscium conficiendas, honorabili uetusto coenobio Wentana ciuitate magnifice constructo almae trinitatis et indiuiudae unitatis honori dedicato, perpetua largitione donaui; hoc firmiter adiiciens ut nullius dignitatis superna tumidus audacia hanc donationem nostram in aliud quid immutare praesumat; dedit namque Aethelwoldus eiusdem aecclesiae praesul pro hoc litore capturae, piscium apto, et pro supradicta exiguae telluris particula auream praetiosi ponderis armillam. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo solutum, tribus exceptis expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem furenti conamine uecors hanc nostram munificentiam quolibet modo temerarius auferre praesumpserit, alienatus ipse a

communione sanctae aecclesiae, et omnium electorum dei consortio, cum Iuda Christi proditore sine fine dampnatus intereat, nisi digna prius in hac uita satisfactione poenituerit quod contra sanctam et indiuiduam trinitatem rebellis agere non distulit. His metis hoc rus hinc inde giratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXX. scripta est huius munificentiae syngrapha, his testibus consentientibus quorum inferius nomina secundum uniuscuiusque dignitatem caraxantur.

+ Ego Aethelredus rex praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus consignaui. + Ego Oswold archiepiscopus consolidaui. + Ego Aethelwold episcopus corroboraui. + Ego Aelfstan episcopus confirmaui. + Ego Aelfric episcopus. + Ego Athulf episcopus. + Ego Aelfheah episcopus. + Ego Osgar episcopus. + Ego Aethelgar episcopus. + Ego Aelfhaere dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Bryhnoth dux. + Ego Aethelweard dux. + Ego Aethelmaer dux. + Ego Eadwine dux.

LII

AETHELRED, 982

+ Uniuersis crebo sophiae studio intente rimantibus liquido patescit, quod praesentis uitae terminus uariante diuersae calamitatis aerumpnam stare, iamque ingruere nimio terrore dinoscitur. Ego igitur Aethelredus, Christi opitulante gratia totius Albionis basileus egregius, optimatum meorum monitu instructus, aeterna caducis mercari cupiens, quandam ruris particulam .x. uidelicet manentium quantitatem, loco celebri qui ab huius patriae peritis noto Reodburna nuncupatur onomate, domino nostro Ihesu Christo eiusque genitrici semperque uirgini Mariae in ueneratione beati praesulis Aldelmi qui locum ipsum, qui Maldumesburg usitato nominatur uocabulo, ad usus monachorum sub Aethelwardi abbatis regimine inibi degentium, aeterna largitus sum haereditate. Maneat igitur hoc nostrum donum inuiolabile omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis igitur hanc donationem nostram in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae

dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Hii sunt termini de Rodburne... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXXII. scripta est haec carta, testibus consentientibus quorum nomina inferius caraxantur.

+ Ego Aethelred rex praefatam donationem concessi. + Ego Aelfrith mater praefati regis consensi. + Ego Dunstan Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consignaui. + Ego Oswald Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi. + Ego Aethelwold episcopus confirmaui. + Ego Aescwy episcopus adquieui. + Ego Aelfstan episcopus consolidaui. + Ego Aelfstan episcopus non renui. + Ego Aelfric episcopus corroboraui. + Ego Aethelwerd abbas. + Ego Ordbirht abbas. + Ego Aethelwerd abbas. + Ego Sygeric abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Godwyne abbas. + Ego Aethelwerd dux. + Ego Aethelwyne dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelmer dux + Ego Eadwyne dux. + Aelfward minister. + Aelfgar minister. + Aelfsige minister. + Ego Byrhtwold minister + Ulfsige minister. + Aelfric minister. + Aelfhelm minister. + Ego Aelfhere dux.

LIII

AETHELRED, 982

+ Creaturarum inuestigabibi plasmatore ac earundem inaestimabili dispositore, qui natiua sua incomprehensibili dispositione cuncta a primordio sui regit atque disponit, in perenni saeculorum aeternitate regni moderamina coercente; eius inolita miseratione et gratiosa largitate, ego Aethelred totius Brittannicae nationis basileus aequa atque haereditaria sorte praelatus, ruris quandam sed communem portionem, quam huius nationis indigenae usitato aet Stoce nuncupant onomate, cuipiam michi pistica deuotione subnixo uocitamine Leofrico, tres uidelicet mansas ac .XXX^ta^. iugerum dimensionem, in aeternam possessionem benigne concedo, ut ipse uita comite absque nulla contradictione cum prosperitate meam hanc regalem donationem uoti compos aeterna possideat haeredidate, et

ipsam cum monibus illuc rite pertinentibus pascuis, siluis, pratis et campis, aeternaliter possidens, post uitae suae lancem cuicumque sibi placuerit in perennem derelinquat haereditatem. Sit autem rus praenotatum ab omni terrenae seruitutis iugo liberum, excepta expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis ibitur ausu temerario hanc cartam meo iure caraxatam in aliud quicquam proterue corrumpere praesumpserit, sciat se absque omni dubietate ab aecclesiae dei consortio in hac uita priuatum, et in futuro saeculo non se dubitet sed certissime sciat inter omnium pariter malignorum spirituum cateruas aeternis gehennae incendiis cum Iuda Christi proditore sine fine cruciandum, si non humili et congrua satisfactione poenituerit quod contra nostrum deliquit decretum... Anno dominicae incarnationis nongentesimo .LXXXII. indictione uero .X. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Aethelred rex praefatam donationem cum sanctae crucis impressione donaui. + Ego Dunstanus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus consensi. + Ego Oswold Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consignaui. + Ego Aethelwold Wintoniensis aecclesiae episcopus confirmaui. + Ego Aelfstan episcopus condonaui. + Ego Aelfstan episcopus corroboraui. + Ego Aescwig episcopus conscripsi. + Ego Athulf episcopus consolidaui. + Ego Aelfheah episcopus adquieui. + Ego Aelfric episcopus non renui. + Ego Aethelsige episcopus non abnui. + Ego Aethelgeard episcopus compressi. + Ego Wulfgar episcopus consensi. + Ego Theodred episcopus conclusi. + Ego Aelfthryth regina. + Ego Aelfhaere dux. + Ego Aelfwine dux. + Ego Aethelvine dux. + Ego Beorhtnoth dux. + Ego Aethelweard dux. + Ego Eadwine dux + Ego Godwine dux. + Ego Aelfwold abbas. + Ego Godwine abbas. + Ego Aethelweard abbas. + Ego Aelfhun abbas. + Ego Beorhtnoth abbas. + Ego Ealdulf abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Sigeric abbas. + Ego Ordbirht abbas. + Ego Ealdred abbas. + Ego Aelfweard minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aethelwig minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Ordnoth minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Leofsige minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfric minister.

LIV

OSWALD, 982

+ Aeterno genitore cum inclita prole sanctoque paraclyto in tribus tripudiante personis, atque in una usia deifice omnia saeculorum iura sola sua gubernante potentia : cuius sermo est quicquid mortalium subiacet uisibus, necnon quaeque clandestinis naturae clausulis hominum abduntur obtutibus. In cuius onomate ego Oswaldus dei munificentia archipraesul, modicam telluris particulam, id est, unam mansam spontanea concessi donatione meo fideli artifici Wulfhelm utenti urcitamine, pro eius humili famulatu, atque studio dignoque pretio, ut quamdiu uita illius comes fuerit, libere habeat beneque perfruatur ; et post metam proprii aeui, cuicumque decreuerit relinquat haeredi ; post cuius terminum, pristinae sanctae dei genitricis aecclesiae immunis restituatur. Scripta est autem haec cartula anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXII. his testibus consentientibus, quorum nomina inferius scripta cernuntur.

+ Ego Oswaldus archipraesul donaui. + Ego Winsinius primus consensi. + Aelfsinus presbyter. + Ego Eadweard presbyter. + Eadgar presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Wistan presbyter. + Ego Wulfweard diaconus. + Ego Godinc diaconus. + Ego Aethelric diaconus. + Ego Leofstan diaconus. + Wulfgar clericus. + Wulfnoth clericus. + Wulfwine clericus. + Godwine clericus. + Cynethegn clericus. + Ufic clericus. + Tuna clericus.

LV

OSWALD, 983

+ Domini ac redemptoris nostri uniuersa orbis terrarum regna gubernante clementia, ‘ Quosdam de puluere suscitat egenos ut sedeant cum primatibus ; alios uero de stercore subleuat pauperes, ut teneant solium gloriae eius.’ Ex quibus licet indigo mihi archi-

praesuli Oswaldo tantum suae misericordiae impertire dignatus est munus, ut praeter spem basilicam quam in episcopatu nostro, scilicet in Wiogornensi monasterio, in honore genitricis dei Mariae constitui, ad finem usque perducerem, anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXIII°. Quo scilicet anno ego supradictus Osuualdus contuli cuidam consanguineo meo, nomine Gardulfo .v. mansas ruris, ubi dicitur aet Lenc, uita trium hominum, sub testimonio Aelfhere ducis Merciorum, cum pratis, pascuis atque siluis. Ipsam autem terram omnibus diebus uitae suae possideat; quod si ei superuixerit coniux sua, si in uiduitate manere decreuerit, uel magis nubere uoluerit, ei tamen uiro, qui episcopali dignitati supradictae aecclesiae sit subiectus, eandem tellurem in haereditate accipiat; quod si filium eis deus donauerit, tertius possessor accedat; sin autem proles defuerit, et ex alio uiro genuerit, id est fiat; hisque ab hac uita subtractis, restituatur aecclesiae supramemoratae. Sit autem tellut ipsa libera ab omni mundiali negotio, praeter pontis arcisue restaurationem, et communem publicae rei expeditionem. Si quis uero huic nostrae donationi aliquid falsitatis uel contradictionis machinatus fuerit, deleatur memoria eius de terra uiuentium, et nomen eius non requiratur a generatione in generationem. Corroboratur denique haec cartula adstipulatione eorum, quorum nomina supposita hic conspiciuntur.

+ Ego Osuualdus Christi largitione archipontifex cum caractere sanctae crucis corroboraui. + Wynsige presbyter. + Wulfric presbyter. + Aelfsige presbyter. Aethelstan presbyter. + Godinge diaconus. + Leofstan diaconus. + Aethelwold clericus. + Aethelsige presbyter. + Wulfweard diaconus. + Aethelric diaconus. + Cynetheng clericus. + Wulfhun clericus. + Ufic clericus. + Leofwine clericus. + Wulfgar clericus. + Aelftan clericus. + Cynestan clericus. + Aelfnoth clericus. + Wulfnoth clericus.

LVI

AEDELRED, 983

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo! Dum conditoris nostri prouidentia omnis creatura ualde bona in prin-

cipio formata formoseque creata atque speciose plasmata est supra et infra coelos, tam in angelis quam etiam in hominibus, ac in multimodis ac diuersis speciebus iumentorum, animalium, piscium, uolucrum, quae omnia naturae suae iura nutu creatoris persoluant, nisi homo solus qui ad imaginem suam plasmatus est et omnibus praelatus, tamen propter praeuaricationem corruens in mortem, et primam immortalitatis stolam miserabiliter domini contempnendo mandatum amisit. Idcirco illiae diuitiae diligendae sunt quae nunquam decipiunt habentem, nec in ipsa morte amittuntur, sed plus abundant dum cernitur quod amatur. Quapropter ego Aethelred fauente superno numine basileus industrius Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Aelfnoth, ob illis amabile obsequium eiusque placabilem fidelitatem, duas mansas et dimidiam largiendo libenter concedens perdonabo, illic ubi uulgus prisca relatione uocitat aet Westwuda; quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat dum huius labentis aeui cursum transeat illaesus atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat; et post se cuicunque uoluerit perenniter haeredi derelinquat, sicuti praediximus, in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere disnoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Hanc uero meam donationem minuentibus atque frangentibus fiat pars eorum cum illis de quibus e contra fatur, ‘ Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Sathanae et satellitibus eius,’ nisi prius digna deo poenitentia legali satisfactione emendent. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXXIII. indictione .XI. his testibus consentientibus quorum inferius nomina carraxari uidentur.

+ Ego Aethelred rex Anglorum huius donationis libertatem regni tocius fastigium tenens libenter concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Oswold Eboracensis aecclesiae archiepiscopus crucis taumate adnotaui. + Ego Aethelwold episcopus. + Ego Aelfstan episcopus. + Ego Aethelgar episcopus. + Ego Aefstan episcopus. + Ego Aescwig episcopus. + Ego Sigar episcopus. + Ego Aethelsigae episcopus. + Ego Wulfgar episcopus. + Ego Aelfhaere dux. + Ego Aethelwine dux. + Ego Bryhtnoth dux. + Ego Aethel-

weard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Duraeth dux. + Ego Ordbriht abbas. + Ego Siric abbas. + Ego Aethelweard abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfweard minister. + Ego Aelfsigae minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Wulsigae minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Leofwinae minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aethelweard minister.

LVII

AETHELRED, 983

+ Nunc mutando fragilitas mortalis uitae marcescit, et rotunda saeculorum uolubilitas inanescit, ac in carorum propinquorum amicorumque amissione conquaeritur ac defletur ! Ideo ego Aethelred totius Brittaniae basileus quandam capturam in amne Derentan constructam, quae usitato aet Ginanhecce nuncupatur uocabulo, et exiguam ruris partiunculam praedictae capturae piscatori atque procuratori ad usus necessarios aptam, Aethelwoldo mihi episcoporum carissimo, perpetua largitus sum haereditate, ut ipse uita comite uoti compos habeat ; et post uitae suae terminum quibuscunque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Hoc autem in nomine almae trinitatis et indiuiduae unitatis atque in ueneratione sanctae dei genitricis semperque uirginis Mariae et omnium sanctorum angelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum et uirginum, ut nemo successorum meorum nec aliquis hominum altioris uel inferioris gradus aliam capturam huic anteponere a ripa usque ad ripam ullo modo praesumat. Quod si quis diabolico instinctus spiritu praesumpserit anathema sit, et nisi satisfactione sui reatus cessando ueniam obtinuerit, in maledictione domini persistens aeternis barathri incendiis punitus crucietur ; abyssos uero gurgitum ante capturam locatos nemo retibus piscari sine licentia episcopi siue capturam possidentis ullo modo audeat. Si quis uero in tribus abysssis ad capturam ipsam pertinentibus retia piscando traxerit uel statuerit, furti crimine obnoxius teneatur. Termini uero huius exigui telluris hi sunt... Anno dominicae incar-

nationis .DCCCC.LXXXIII. scripta est haec carta is testibus consentientibus quorum nomina inferius caraxantur.

+ Ego Aethelredus rex praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis episcopus consensi. + Ego Oswald archiepiscopus confirmaui. + Ego Aethelwold episcopus corroboraui. + Ego Aelfthryth praefati regis mater confirmaui. + Ego Ordbryht abbas confirmaui. + Ego Leofric abbas consensi. + Ego Aelfhere dux consignaui.

LVIII

AETHELRED, 984

+ O altithroni genitoris ingeniti, eiusdemque natiui diuinitus unici cum sancti unione paracliti monarchia rebus essendi facultatem ac illis ne adnullentur suauem imperiente gubernationem, ' filiis adoptionis non iam uetustae configuratis ignorantiae desideriis, sed secundum eum' ut ait beatus apostolus Petrus, ' qui uocauit nos sanctum, ipsis quoque in omni sancta conuersatione fundatis' commutatione temporalium, spes futurorum ac aeternaliter possidendorum conceditur fiducia bonorum. Huius michi gratuito uti caeteris allubescente gratia, ego Aethelred regionis Angligenarum rex monasterio sanctimonialium quod insulani usitato Schaftesburi appellant onomate .xx. mansas illo in loco qui noto aet Tissebiri uocatus uocamine sitas, quas sicut antiquis diebus omnes antecessores mei illuc donauerunt, ita ego quoque hiis regni mei temporibus eandem donationem cum optimatum meorum consultu renouando in haereditatem concedo perennem. Nam et uicinis ante me temporibus, auus meus Eadmund scilicet rex idem pro commutatione Bucticanlea adquisitum coniugi suae Aelfgifae ius aeternaliter habendum concessit, et ipsa quoque illud ad laudem domini et saluatoris nostri Ihesu Christi eiusque genitricis semperque uirginis Mariae adque aeternam sui liberationem praefata studuit attribuere loco. Sed patruus meus Eadwig uidelicet rex post obitum Aelfgifae supradictae ius mutauit, hoc ipsum sibi uidelicet Bucticanlea, accipiens, sanctoque coenobio praefatam terram aet

Tisseburi perceptualiter attribuens. Quod iccirco cum optimatibus meis renouare studui, ut omnibus mihi hanc uoluntatem inesse manifestem eandem portionem cum omnibus ad se rite pertinentibus ab omni mundana seruitute sicut antiquitus liberam fore, tribus exceptis, rata expeditione, pontis arcisue recuperatione; siluam sane Sfgenyllebar appellatam, quam meorum quidam praepositorum ausu diripere conabantur infesto idem monasterio totam integramque restituo, ut nullus hanc inuadere, nullus unquam sibi aliquatenus audeat usurpare, sed uti olim ceu praedixi, ita nunc et inposterum ad inibi deo famulantium usum quamdiu rota uoluitur huius saeculi, libera perpetualiter existat. Si quis igitur hanc meam cum dei uoluntate renouatam praesumpserit infringere donationem, aeternis barathri incendiis cum diabolo sine fine crucietur, nisi in hac prius emendauerit uita quod contra nostrum deliquit decretum. Rus uero praefatum hiis metis in circo rotatur. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXIIII. scripta est haec donationis meae cartula, testibus hiis omnibus unanimiter adquiescentibus quorum inferius onomatum stigmata secundum competentem unicuique dignitatem caraxantur.

Ego Aethelred rex Anglorum praefatam donationem renouando cum sacrae crucis impressione deo omnibusque sanctis eius aeternaliter concessi +. Ego Dunstanus archiepiscopus concedendo adquieui +. Ego Oswold archiepiscopus consensi. + Ego Aethelwold episcopus consolidaui +. Ego Aelfstan episcopus corroboraui +. Ego Aelfstan episcopus conscripsi +. Ego Athulf episcopus consignaui +. Ego Aelfheah episcopus consigillaui. +. Ego Aescwig episcopus consensi +. Ego Aelfric episcopus corroboraui +. Ego Aethelsige episcopus consignaui. + Ego Wlfgar episcopus conclusi +. Ego Aethelgar episcopus confirmaui +. Ego Aelfwine dux +. Ego Beornoth dux +. Ego Aethelweard dux +. Ego Aelfric dux +. Ego Ordulf minister +. Ego Godwine minister +. Ego Aelfric dux +. Ego Aelfward minister +. Ego Aelfsige minister +. Ego Wlfsige minister +. Ego Aelfric minister +. Ego Beorhtwold minister +. Ego Leofric minister +. Ego Aethelmer minister +. Ego Aelfwine minister. + Ego Aethelsige minister +. Ego Aethelweard minister +. Ego Aelfgar minister +. Ego Wlfsige minister +. Ego Wlfric minister +. Ego Leofric minister +. Ego Leofwine minister +.

LIX

OSWALD, 984

+ Regnante in perpetuum domino saluatore ac redemptore nostro Ihesu Christo, et uniuersa terarum regna mirabili maiestatis suae gubernante potentia ! Anno eiusdem domini nostri Ihesu Christi incarnationis .DCCCC.LXXXIIII. ego Oswaldus, gratia dei annuente, episcopali sublimatus in sede quae est in Wiogernensi monasterio, quod est situm inter fines Merciorum ; nec minus archipraesulatus adeptus culmen in Eboraca, Northanhymbrorum ciuitate, largior cui dam matronae, nomine Wulflaed, terram .IIII^or^. manentium ubi dicitur aet Intanbeorgan ; ut habeat et possideat diebup uitae suae ; et post temporis sui decursum sine ulla uerborum retractione supra-memoratae restituatur aecclesiae. Sit autem terra illa libera ab omni saecularis rei negotio, praeter pontis et arcis restaurationem, et expeditionem contra hostes. Confirmata est autem haec cartula testimonio eorum, quorum nomina hic infra subposita sunt.

+ Ego Oswaldus archipontifex consensi et subscripsi. + Ego Winsige presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Aelfsige presbyter. + Ego Aethelsige presbyter. + Ego Eadgar presbyter. + Ego Wistan presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Eadweard presbyter. + Ego Godinge diaconus. + Ego Leofstan diaconus. + Ego Wulfweard diaconus. + Ego Aetheric diaconus. + Ego Kynetheng clericus. + Ego Leofwine monachus. + Ego Wulfgar clericus. + Ego Wulfric clericus. + Ego Aethelwald clericus. + Ego Wulfnoth clericus. + Ego Wulfwine clericus.

LX

OSWALD, 984

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo ! Anno eiusdem domini incarnationis .DCCCC.LXXXIIII^to^. regni uero regis nostri Aethelredi anno quinto, ego Osuuoldus diuina largiente clementia Eboracensis

aecclesiae archiepiscopus non minus episcopalem adeptus sedem quae est Wiogorna monasterio in regione Merciorum, cuidam consanguineo meo nomine Eadwig, pro eius humillima obedientia, et coniugi eius nomine Wulfgyuu, trado in possessionem perfruendam terram trium mansarum in loco ubi dicitur Wulfrintun, diebus quibus uixerint; quod si uiri uitae decursus supertranscenderit coniugis suae terminum, sit ipse primus terrae ipsius possessor; si autem ipsa uirum superuixerit maneat ipsa prima eiusdem telluris haeres; et post se si prolem habuerint, posteritati relinquant; si uero non habuerint, duobus quibus uoluerint haeredibus qui diutius manserit post se derelinquat. Sit autem terra illa libera ab omni saecularis rei negotio, praeter pontis et arcis restaurationem et contra hostes expeditionem. Scripta est autem haec cartula, et corroborata uirorum nominibus, quae hic infra signo crucis Christi praenomata esse conspiciuntur.

+ Ego Osuuald archiepiscopus. + Ego Wynsige presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Aelfsige presbyter. + Ego Eadgar presbyter. + Ego Wistan presbyter. + Ego Eadward presbyter. + Ego Aethelsige presbyter. + Ego Wulfweard diaconus. + Ego Aetheric diaconus. + Ego Godingc diaconus. + Ego Leofstan diaconus. + Ego Wulfhun clericus. + Ego Cynethegn clericus. + Ego Wulfgar clericus + Ego Leofwine clericus. + Ego Ufic clericus. + Ego Aelfnoth clericus. + Ego Aethelwald clericus. + Ego Wulfnoth clericus.

LXI

AETHELRED, 985

+ Summi tonantis onomate ! Ratis nos affirmationibus sancti iustique patres diuinis ammonent oraculis, ut deum quem diligimus et credimus intima mentis affectione cum exhibitione operum bonorum diligentia incessanter timeamus et amemus, qui retributionem omnium actuum nostrorum in die examinationis iuxta uniuscuiusque meritum reddet. Quapropter ego Aethelredus totius Albionis basileos meo fideli sacerdoti Wulfric nomine pro remedio animae meae, aliquam ruris particulam, unam uidelicet mansam, tribus in locis, dimidiam mansam in loco qui

dicitur aet Borstealle, et dimidiam mansam aet Haestan dic et aet Cnollam, libenti animo perpetuali libertate largitus sum; ut, uita comite, habeat possideatque in aeternam haereditatem cum omnibus ad se rite pertinentibus, id est, pascuis, pratis, siluisque; et quando de hoc mundo uolubili migrauerit cuicumque haeredi uoluerit tribuat. Sit autem rus praedictum in omnibus liberum mundialibus causis, exceptis istis tribus, uidelicet, expeditione, pontis arcisque constructione. Sit autem aliquis, quod non cupimus, inflatus diabolica temeritate, aliquid in hoc nostro dono mutare uel minuere temptauerit, sciat se proculdubio in uoraginibus ultricium flammarum iugiter arsurum, et in aeternum periturum, nisi prius hoc digna satisfactione, deo fauente, studuerit emendare. Territoria autem huius ruris ab incolis sic distincta et circumcincta clarescit. Haec autem scedula carraxata est anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXV. indictione. XIII. hiis testibus consentientibus quorum nomina infra carraxata sunt.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum hanc meam donationem cum consensu episcoporum, ducum et optimatum meorum libenter concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus Dorouernensis aecclesiae cum signo crucis Christi confirmaui. + Ego Oswold Eboracae ciuitatis archiepiscopus crucis taumate adnotaui. + Ego Aelfstan Lundoniensis urbis superspeculator uexillum sanctae crucis consignaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis ciuitatis praesul trophaeum agiae crucis consolidaui.

LXII

AETHELRED, 986

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXVI. Ego Aethelred, diuina fauente gratia, rex Anglorum caeterarumque circumquaque gentium, ruris quandam particulam uulgariter Lytletun nominatam, quinque mansiunculis aestimatam, liberam praeter arcem, pontem expeditionemque, Uuenotho ministro meo in ius perseuerabile uita comite perfruendam; ultimoque exhalato spiramine, cuicumque uoluerit relinquendam, pro eius satis placabili ministerio libenter admodum concedo cunctisque nostri generi unanimem consensum praedentibus, hoc praecipiens in deique nomine efflagitans, ut nos-

trorum nemo successorum christiani uigente numinis potestate hoc nostrum decretum nostrorumque cunctorum satrapum audeat uiolare. Quod si quisque, quod non optamus, inire temptauerit, nisi prius in hoc saeculo se digne castigauerit, in poenis inferni aeternis se talionem passurum agnouerit. Huius donationis constipulatorum nomina inferius caraxari uidentur, atque ne friuola deceptione uiolentur apicum serie roborantur. Hii sunt termini terrae de Lutletone...

+ Ego Aethelred, gratia dei totius Britanniae telluris rex meum donum proprio sigillo confirmaui. + Ego Oswald archiepiscopus consensi. + Ego Dunstan archiepiscopus consensi. + Ego Aelfege episcopus depinxi. + Ego Athulf episcopus praefixi. + Ego Aethelgar episcopus praepunxi. + Ego Aescwi episcopus praenotaui. + Ego Aelfeage episcopus adquieui. + Ego Aethelsige episcopus consolidaui. + Ego Aethelwyne dux. + Ego Aelfstan episcopus confirmaui. + Ego Aethelward dux. + Ego Byrhnoth dux. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Aelfward minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Wlfmer minister. + Ego Aethelwald minister. + Ego Aethelmund minister. + Frana minister. + Ego Aelfward minister. + Leofsige minister. + Ego Wlfheah minister. + Ego Godwyne minister. + Ego Aethelsige minister. + Osward minister. + Ego Aethelmer minister. + Ego Aelfsige dux. + Ego Leofstan minister. + Ego Aethelward minister. + Ego Aethelwyne minister.

LXII *bis*

AETHELRED, 987

+ Altithrono in aeternum regnante uniuersis sophiae studiû itento mtis conamine sedulo rimantibz liquido patescit: quod huius uitae periculis nimio ingruentib; terrore recidiui terminus cosmi appropinquare dinoscuntur. ut ueridica xpi promulgat sententia qua dicit . Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum et reliqua. Quapropter ego aethelraedus fauente supno numine basileos industriûs anglorû ceterarûque gentium in circuitu persistentium quandã telluris particulã id est .x. aratrorû illo in loco ubi a rurico

lis . bromleg dicit^r cuidam mihi oppido fideli ministro qui a notis noto aethelsige nuncupatur onomate in perpetuā possessionē donando donaui . ut habeat et possideat quādiu uiuat in aeternā hereditatē . et post se cuicumq; sibi placuerit heredi inmunē derelinquat. Sit autē predictum rus liberū ab omni mundiali obstaculo cum omnib; ad se rite pertinentibz cāpis . pascuis . pratis . siluis . excepto istis tribus expeditione uidelicet . pontis . arcisue munitione. Si quis igit^r hanc ñram donationē in aliud quam constituimus transferre uoluerit priuat consortio Scae dei eccuelae aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum iuda xpi proditore eiusq; complicib; puniat^r si non satisfactione emendauerit congrua quod contra ñrum deliquit decretū. Istis terminib; predicta terra circumcincta clarescit... Anno ab incarnatione dñi nri .DCCCC.LXXXVII. indictione .XV. his testib; consentientib; quorum nomina infra scripta sunt Scripta est autē haec cartula.

+ Ego aethelred rex anglorum huius donationis libertatem regni totius fastigiū tenens libenter concessi.

+ Ego dunstan archieps doruernensis ecclesiae cum signo scae crucis confirmaui.

+ Ego oswold eborace ciuitatis archipresul crucis taumate adnotaui.

+ Ego aelfstan eps consensi.
+ Ego aelfheah eps adquieui.
+ Ego aethelsige eps consolidaui.
+ Ego aethelgar eps non rennui.
+ Ego aescwig eps impressi.
+ Ego sigeric eps consignaui.
+ Ego sigegar eps subscripsi
+ Ego athulf eps conclusi.
+ Ego aethelwine dux.
+ Ego byrhtnoth dux.
+ Ego aethelwerd dux.
+ Ego aelfric dux.
+ Ego ordbryht abba.
+ Ego leofric abba.
+ Ego aeluere abba.
+ Ego leofric abba.
+ Ego aelfsige mst.
+ Ego aelfgar mst.
+ Ego wulfric mst.
+ Ego leofric mst.
+ Ego ordulf mst.
+ Ego aethelmaer mst.
+ Ego oswerd mst.
+ Ego wulfgeat mst.
+ Ego leofric mst.
+ Ego wulfsige mst.
+ Ego aethelric mst.
+ Ego leofstan mst.

+ Ego wulfsige mst.
+ Ego aethelsige mst.
+ Ego aelfrie mst.
+ Ego leofric mst.
+ Ego godwine mst.
+ Ego leofwine mst.
+ Ego leofsige mst.
+ Ego aethelnoth mst.

LXIII

AETHELRED, 987

+ Annuente dei patris ineffabili humanae proli clementia qua filium suum redemptorem nostrum huic mundo destinare dignatus est, qui quod mortifer uetus per uenenata contulerat arma uirgine satus integerrima diuino refertus supplemento ut fax noua mundi detersit ; pro cuius inenarrabilis gloriae recordatione ego Aethelraed rex Anglorum aliarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam meo uenatori qui a notis noto Leofwine nuncupatur uocabulo, quandam telluris particulam .III. uidelicet mansas et tres perticas, duobus in locis diuisas .III, in loco qui dicitur Westwuda .III. scilicet perticas in loco ubi a ruricolis Fearnlaeh nuncupatur, in perpetuam possessionem donando donaui, ut habeat ac possideat quamdiu uinat in aeternam haereditatem ; et post se cuicunque uoluerit haeredi derelinquat. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, uidelicet, pontis arcisue munitione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione deo fauente emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumcincta clarescii .. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXVII. scripta est haec cartula, his testibus consentientibus quorum nomina inferius scripta adnotantur.

+ Ego Aethelred rex Anglorum hanc donationem libenter concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus trophaeo agiae crucis confirmaui. + Ego Oswold archipraesul crucis taumate adnotaui. + Ego Aelfstan episcopus. + Ego Aelfheah episcopus. + Ego Aethelgar episcopus. + Ego Aethelsigae episcopus. + Ego Aescwig episcopus,

+ Ego Sigaeric episcopus. + Ego Sigegar episcopus. + Ego Athulf episcopus. + Ego Aethelwinae dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aethelweard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Ordbryht dux. + Ego Leofric dux. + Ego Leofric dux. + Ego Aelfwaerd dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Aethelmer minister. + Ego Leofstan minister. + Ego Byrhtwold minister. + Ego Oswerd minister. + Ego Aethelwerd minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Wulfhac minister. + Ego Ordric minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Wulfgeat minister. + Ego Godwine minister. + Ego Leofwinae minister.

LXIV

OSWALD, 987

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo, cuius incarnationis humanae anni laterculo .DCCCC.LXXXVII. indictione nero .XV. ego Osuualdus archiepiscopus, cum licentia illius familiae quae sita est in Wiogurnaceastre, terram .V. manentium, ubi ruriculi Goldhora dicunt, Leofwardo fideli meo homini, tradendo concedo, sibi dies suos perfruendum ; et post se uni haeredi tradendum, ea tamen conditione interposita, ut ipse mihi subditus, sit, qui tunc terram habeat, quamdiu uixerim, et semper possessor terrae illius reddat tributum aecclesiasticum, quod circ-sceat dicitur to Pirigtune, et omni anno unus ager inde aretur to Pirigtune, et iterum metatur, et suus haeres ueram amicitiam habeat cum domino aecclesiae ; sin autem, sit terra in potestate illius aecclesiae. Ipse etiam Leofward mihi tradidit decem libras, ut sibi suoque haeredi eo liberius possideatur ; et nunc in omnipotentis nomine praecipiendo obsecro, ut ex utraque parte ista traditio uel conditio conseruetur, et conseruantibus hoc diuina clementia multiplicetur.

+ Ego Osuuald archiepiscopus hanc meam donationem propria manu confirmo et subscribo. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Aelfsige presbyter. + Ego Eadgar presbyter. + Ego Wistan pres-

byter. + Ego Aethelsige presbyter. + Ego Aethelstan presbyter. + Ego Godinge diaconus. + Ego Leofstan diaconus. + Ego Wulfward diaconus. + Ego Aethelric diaconus. + Ego Cynethegn clericus. + Ego Wulfgar clericus. + Ego Leofwine clericus. + Ego Oswig clericus. + Ego Wulfric clericus. + Ego Wulfnoth clericus. + Ego Wulfwine clericus.

LXV

AETHELRED, 988

+ Domino dominorum dominante in saecula saeculorum ! Regna regnorum huius praesentis saeculi transeant sicut ignominica, et omnis gloria et iocus huius mundi peribit et non sunt aeterna, sed superna aeterna sunt. Unde ego Aethelredus rex Anglorum gubernator et rector, cuidam fideli meo ministro, quem nonnulli uocitant noto uocamine Leofstan, quatuor mansas aeternaliter concedo, illic ubi Anglica appellatione dicitur aet Coleworth, ut hoc diebus suis possideat tramitibusque uitae suae ; et post se cuicunque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem. Sit autem tempore contigerit aliquo quempiam hominum aliquem libellum ob istarum apicum adnichilationem palam producere, sit omnimodis ab omnibus hominum ordinibus condempnatus, omnique abolitus industria ueritatis cuiuscunque regnum antecessorum tempore fuerit praescriptus. Maneat igitur meum hoc immobile donum aeterna libertate iocundum, cum uniuersis quae rite ad eundem locum pertinere dinoscuntur, campis, pascuis, pratis, siluis, sine expeditione, et pontis arcisue instructione. Si quis autem propria temeritate uiolenter inuadere praesumpserit, sciat se proculdubio ante tribunal districti iudicis, titubantem tremebundumque rationem redditurum, nisi prius digna hic satisfactione emendare maluerit... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXVIII. indictione prima, scripta est haec cartula, hiis testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum praefatam donationem concessi. + Ego Aethelgarus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Oswaldus Eboracencis aeccle-

siae archiepiscopus crucis taumate adnotaui. + Ego Aelfeagus episcopus confirmaui. + Ego Aelfstanus episcopus corroboraui. + Ego Aethelstanus episcopus consensi. + Ego Aethelwoldus episcopus non renui. + Ego Aethelsinus episcopus conclusi. + Ego Sigiricus episcopus annui. + Ego Aescwygus episcopus consolidaui. + Ego Sygegarus episcopus consignaui. + Ego Aethelwine dux. + Ego Byrctnoth dux + Ego Aelfric dux. + Ego Thureth dux. + Ego Wulfric miles. + Ego Aethelric miles. + Ego Aelfric miles. + Ego Aelfhelm miles. + Ego Wulfric miles. + Ego Wulfheah miles. + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfgar miles. + Ego Aelwold miles. + Ego Eadwine abbas. + Ego Leofric miles. + Ego Brihtwold miles. + Ego Aelfhere abbas. + Ego Ordwulf miles. + Ego Ordbriht abbas. + Ego Aelfsige abbas.

LXVI

OSWALD, 990

+ Disponente regi regum cuncta coeli secreta, necnon quae sub coeli culmine apud homines mutantur miro ordine gubernante ! Cuius incarnationis humanae anno .DCCCC.XC. indictione .III. haec donatio quae in ista cartula Saxonicis sermonibus apparet, confirmata et donata erat... Et nunc obsecramus per misericordiam dei, qui est proprius et uerus dominus omnium terrarum quae ad aecclesiam dei pertinent et per amorem sanctae Mariae, in cuius nomine consecratum est monasterium in Wiogurnaceastre in quo seruire debemus, ut haec nostra largitio siue consentio inuiolata permanere queat. Et si quis de nostris successoribus hoc in aliquo foedare temptauerit et nostrae fraternae congregationis licentiam disrumpere, sciat se rationem redditurum in tremendo examinis die, nisi prius satisfaciendo emendet.

+ Oswald arcebisceop. + Aethelstān primus. + Aelfsige presbyter. + Eādgār presbyter. + Wistān presbyter + Aethelsige presbyter. + Aethelstān presbyter. + Godingc diaconus. + Leōfstān diaconus. + Wulfweard diaconus. + Aethelrīc diaconus. + Cynethegn clericus. + Wulfgār clericus. + Leōfwine clericus. + Wulfrīc clericus. + Wulfnōth clericus. + Wulfwine clericus.

LXVII

OSWALD, 991

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo per uniuersa quadriflui orbis climata ! Anno eiusdem incarnationis .DCCCC.XCI. ego Oswaldus, dei munificentia archipraesul, trado cuidam meo familiari artifici, nomine Aethelmaer, eius bene promerentibus meritis, duas mansas, ubi Aesctun nominatur, tempore quo uixerit, et post se duobus derelinquat haeredibus ; quibus ex hac uita sublatis, restituatur supramemoratae aecclesiae. Sit autem terra illa libera ab omni saecularis rei negotio, praeter pontis arcisue restaurationem, et contra hostes communem expeditionem. Scripta est haec cartula, his testibus consentientibus quorum nomina inferius scripta cernuntur.

+ Ego Oswaldus archipraesul donaui. + Ego Aethelstan primus. + Aethelsige presbyter. + Aelfsige presbyter. + Eadgar presbyter. + Wistan presbyter. + Aethelstan presbyter. + Godingc diaconus. + Leofstan diaconus. + Aethelric diaconus. + Cynethegn clericus. + Wulfgar clericus. + Leofwine monachus. + Wulfric clericus. + Wulfnoth clericus. + Godwine clericus. + Wulfwine clericus.

LXVIII

AETHELRED, 994

+ Cunctitonans largitor multiplici ac ineffabili modo terrestria cuncta per uices mutationes locaque distinguens, quodammodo sibi seruientibus perplurimis in hoc quoque terrestri habitaculo, prout sibi complacet, recompensans suimet famulis ac famulabus, etiam praesentes dignitates offert, quo se certius si has rite seruauerint, aeterna praemia nouerint adepturos ! Quapropter ego Aethelred, Christo domino annuente, cunctis Anglorum populis et tribubus praeordinatus in regem, cum consensu pontificum et consultu cunctorum a quibus sceptra imperii et gubernacula regni reguntur, quandam ruris particulam quae .X. cassatorum numero supputatur,

cuius uocabulum est aet Fobbafuntan tradidi deo et domino nostro Ihesu Christo, aecclesiaeque sanctae Mariae semper uirginis, quae sita est in uico regio aet Wiltune, iure perpetuo ; optans ut et ibidem coenobialis uitae formula, et regularis disciplinae normula, Christo patrocinium praestante, indisrupta uigilitate exerceatur, et ut mihi merces permaneat aeterna. Sit autem suprascripta terra libera, exceptis tribus, expeditione, uidelicet, pontis arcisue constructione. Si quis uero contra haec decreta nostrae diffinitionis tyrannica potestate fretus uenire temptauerit, nouerit se in tremendo ultimae districtionis examine, praesentiae diuinae rationem acturum. Enimuero et si temporibus futuris quisque obiecerit, se priscam habere generalitatem, monstraueritue antiqua conscripta, sint ea omnia in nichilum redacta, permaneatque haereditas domini domino. His metis praefatum rus hinc inde giratur... Scripta est haec scedula anno dominicae incarnationis .DCCCC.XCIIII. his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxata uidentur.

+ Ego Aethelred per gratiam dei rex Anglorum donationis istius inscriptionem crucis signo corroboro. + Ego Sigeric Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui. + Ego Aelfheh Wintoniensis aecclesiae episcopus praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Aelfstan Lundoniensis aecclesiae episcopus triumphalem trophaeum agiae crucis impressi + Ego Aescwig Dorccensis aecclesiae episcopus praedictum donum cum signo sanctae crucis confirmo. + Ego Aelfric Wiltuniensis aecclesiae episcopus ad munimentum praedictarum rerum signum sanctae crucis appono. + Ego Athulf episcopus consensi. + Ego Alfheh episcopus concessi. + Ego Theodred episcopus consolidaui. + Ego Sigegar episcopus adquieui. + Ego Aelfwold episcopus praenotaui. + Ego Ealdulf episcopus confirmaui. + Ego Wulfsie episcopus conclusi. + Ego Aelfwerd abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Brihthelm abbas. + Ego Wulfgar abbas. + Ego Aelfere abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aethelwerd dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Northman dux. + Ego Waeltheof dux. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Ordulf minister + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Fraena minister. + Ego Wulfget minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aethelwerd minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Brihtwold minister.

+ Ego Aelfgar minister. + Ego Wulfsige minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Leofsige minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Wulfheh minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Ordric minister. + Ego Wulfmaer minister. + Ego Aelfwig minister.

LXIX

AETHELRED, 995

+ Cum exigente protoplasti piaculo, successionisque eius promerente naeuorum contagio, lubrica mundanae uolubilitatis orbita nunc infimis summa, nunc uero summis infima uersare conspicitur, et hoc modo prosperitatibus erigendo, nunc indiscreto cuiuslibet infortunii ictu deliciendo solum adusque deludit ; nec cuiquam mortalium quis sibi finis maneat patet, unum proculdubio restat unicuique sollicita consideratione pensandum, eo scilicet ardentius in aeternitatis amore spem figere, quo uelocius omnia temporalis uitae prospera, uelut umbra cernuntur elabere, et quod propriis quisque nequit meritis sanctorum mereatur optinere suffragiis, ut eos in illo tremendi iudicis examine patronos inueniat, quos in hac uita uel patrimonii sui haereditatibus ampliare, uel in potestate sibi diuinitus allata prout ualuit honorare sategit. Quapropter ego Aethelred, totius Anglorum nationis, summo rerum opifice largiente, regni gubernacula sortitus, superni regis instinctu memore apostolicae beati Pauli sententiae, qua diuinae longanimitatem patientiae sublimiter extollens, opacam uniuscuiusque conscientiam uigore asperae inuectionis increpat, dicens, ' An ignoras, quie patientia dei ad poenitentiam te adducit ?' Ea quae negligenter iuuentutis meae tempore, quae diuersis solebat uti moribus excessi, dum me diuina praeueniente gratia in uirilis robur aetatis euasi, totis uiribus ad melioris arbitrii cultum mutare studui, ut et reatum prioris ignorantiae salubriter euaderem, et ne tantae benignitati ingratus, sed tota mentis intentione gratus existerem. Unde et rogatu cuiusdam michi admodum dilecti pontificis, ipsa non minus actuum probitate quam naturalis uocabuli impressione Goduuini, quandam ruris portionem, duobus in locis sitam, sex quidem mansas quas Cantuarii syx sulunga nominare solent, illo, scilicet, in loco, cui iamdudum

gentis eiusdem indiginae uocabulum Wuldaham indiderunt ; unam quoque mansam, solita Anglorum uocitatione aet Lytlanbroce celebriter appellatam, saluatori omnium domino nostro Ihesu Christo, eiusque sancto ac beatissimo Andreae apostolo, ad pontificalem Hrofensis aecclesiae sedem, cum hoc praesenti eiusdem praefatae portionis chirographo, in perennem haereditatem et incommutabilem renouare concessi libertatem. Hancque super additam conditionem tam mea quam supernae maiestatis auctoritate, cum sanctae crucis + impressione uigilant [er] interponere iussi ; ut nulla deinceps altior inferiorue cuislibet dignitatis persona, uel ausu temerario, uel quolibet inuenticio friuolae ac nouellae adinuentionis membranulo, hoc omnipotentis dei nostrumque praesumat uiolare decretum. Sed ut iam praenominatus antistes cum summae deuotionis et humilitatis industria a regia mea dignitate uoti compos optinuit, eandem portionem cum omnibus utensilibus quae deus omnipotens in illa prouenire concesserit, inposterum semper et ipse cuius sollertia pro me dono renouata est, absque ullo contradictionis obstaculo Christo auctore gubernet et regat; ac post uitae suae terminum omnes quotquot ei ad regendam praefatae aecclesiam sedis praescia Christi prouidente gratia successerint. Sit autem praefata portio ab omni mundanae seruitutis iugo libera, excepta expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis uero mortalium huius chirographi renouationem qualibet occasione temerarius infragere praesumpserit, omnibus ueteris ac noui testamenti maledictionibus strictus in hac uita permaneat, et post mortem omnibus gehennalium tormentorum poenis sine fine puniatur, nisi citius ad congruam satisfactionem conuolare maluerit. His terminis eadem portio gyratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.XCV. indictione .VIII. caraxata est haec renouationis praefata cartula, et cum uiuificae signaculo crucis impressa, his idoneis testibus unanimitatem praebentibus quorum uocabula secundum uniuscuiusque dignitatem hic inferius scripta adesse uidentur.

+ Ego Aethelfred rex Anglorum praenotatam terrarum portionem deo omnipotenti sanctoque Andreae apostolo libentissime renouari concessi. + Ego Aelfric Doruernensis aecclesiae electus episcopus adquieui. + Ego Aelfheah Uuintoniensis aecclesiae adultus episcopus corroboraui. + Ego Ealdulf Eboracensis aecclesiae electus episcopus consignaui. + Ego Aelfstan Lundoniensis aecclesiae episcopus assensum praebui. + Ego Aesewig Dorkecensis aecclesiae

episcopus non rennui. + Ego Aeltheah Licetfeldensis aecclesiae episcopus consentaneus extiti. + Ego Athulf Herefordensis aecclesiae episcopus confirmaui. + Ego Theodred Orientalium Anglorum episcopus consigillaui. + Ego Aelfwold Cridiensis aecclesiae episcopus libens adfui. + Ego Sigar Uuillensis aecclesiae episcopus consensi. + Ego Ordbirht Seolesensis aecclesiae episcopus consolidaui. + Ego Wulfsige Scirburnensis aecclesiae episcopus consensum indidi. + Ego Ealdred Cornubiensis aecclesiae episcopus conclusi. + Ego Goduuinus eiusdem praefatae Hrofensis aecclesiae episcopus + hoc crucis sanctae uexillo munitus hoc donum uoti compos optinui. + Ego Aethelweard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Leofwyne dux. + Ego Aelfsige minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Beorhtwold minister. + Ego Aethelmar minister. + Ego Wulfget minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Wulfnoth minister. + Ego Fraena minister. + Ego Wulsige minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Siweard minister. + Ego Sigered minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Wynhelm minister.

LXX

AESCWIG, 995

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.XCV. indictione .VII. Ego Aescwinus, Dorcestrensis aecclesiae pontifex, reddo aecclesiae Christi et Aelfrico archiepiscopo metropolitanae sedis terram de Risberghe cum libro eiusdem terrae pro salute animae meae ; quam uidelicet terram Sigericus archiepiscopus eiusdem aecclesiae Christi, praedecessor praefati archiepiscopi Aelfrici, dedit mihi in uadimonium, pro pecunia quam a me mutuo accepit. Ego autem timore dei compunctus pro spe salutis aeternae, ut praefatus sum, liberam eam reddo aecclesiae, ad quam iuste pertinet, ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, exceptis, expeditione, pontis et arcis coaedificatione. Hanc meae munificae concessionis libertatem conantes mutare uel minuere, seu frangere, habeant partem cum hiis quibus dicitur, ‘ Discedite a me operarii

iniquitatis in ignem flammiuomom, ibi erit fletus oculorum et stridor dentium,' nisi prius digna poenitentia et legali satisfactione ante exitum corporalis uitae diligenter canonice emendauerit. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.XCV. indictione uero .VII. praesens cartula caraxata notatur, hiis testibus, quorum inferius nomina scripta uidentur, consentientibus.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum huius libertatis donationem culminis totius regimen gubernans libenter concessi. + Ego Siricus Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus cum signo sanctae crucis corroboraui. + Ego Aelphegus Wyntoniensis aecclesiae praesul confirmaui. + Ego Aethelstanus Lundoniensis aecclesiae antistes consolidaui. + Ego Aescuinus Durcestrensis aecclesiae pontifex conlaudaui. + Ego Aethelstanus Rouensis aecclesiae praesul consignaui. + Ego Ordbyrht Seolesiensis aecclesiae antistes impressi. + Ego Sigar Willanensis aecclesiae episcopus adquieui. + Ego Aelfricus Willtunensis aecclesiae episcopus adunaui. + Ego Aethelwyard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Leofsye dux. + Ego Leofwyn dux. + Ego Aelfsye abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Bryghinoth abbas. + Ego Aethelmar minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Wolfryth minister. + Ego Wolfeby minister. + Ego Aelfsye minister. + Ego Fraene minister. + Ego Wolfric minister.

LXXI

AETHELRED, 995

+ Regnante in eona eonum coeli terraeque dispositore Erebique triumphatore ! Uacillantis status cosmi undecumque uergitur ac rigidis turbinibus quatitur, sed succurrente diuinitatis omnipotentia ita tamen heroum fulcimento roboratur ne titillando eneruiter pessundari improuide uideatur, dum tantorum auctoritate primatum moderatur quamdiu christiani onomatis pollet uigor, ac regnorum iura prouida dispensatione gubernantur ; und quos istius aeui fortuna manu tepide euectionis alludit summopere ad nanciscenda ea inuigilandum est gaudia quae minime sunt annua sec continua quatinus distributione temporalium gazarum aeternae dapsilitatis adipisci mereantur adminicula. Quapropter ego Aethelredus tocius

Albionis dei prouidentia imperator, cuidam dilectissimo mihi ministro cui parentele nobilitas Wlfric indidit nomen, pro fidissimo quo mihi affabiliter obsecundatus est obsequio, quandam ruris particulam, id est, duas mansas et dimidiam in loco ubi solicolae |aet| Dumbeltun appellant, in perpetuam concedo haereditatem, quatinus ille bene perfruatur ac prospere possideat, quamdiu huius aeui incolatum uitali flamine rotabilique meatu percurrere cernitur ; et post istius labilis uitae excessum, cuicumque sibi libuerit successori derelinquat. Sit autem praedictum rus, quod in communi terra situm est, liberum ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto istis tribus expeditione, pontis arcisue constructione. Hanc uero meam donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus, fiat pars eorum cum illis de quibus e contra fatur, ' Discedite a me, maledicti in ignem aeternum qui paratus est Satanae et satellitibus eius', nisi prius digna deo poenitentia ueniam legali satisfactione emendent. Nam quod hominis memoria transilit, litterarum indago reseruat, unde hoc legentibus est antimandum quia hoc praefatum rus per cuiusdam uiri infandae praesumptionis culpam qua audacter furtiue se obligare non abhorruit, cui nomen Aethelsige parentes indidere licet foedo nomen dehonestauerit flagitio ad mei iuris deuenit arbitrium, atque per me reuerendo ut iam praefatus sum anteonlatum est ministro ; cuius culpae notam Anglica relatione hic ratum duximus esse notandum... Acta et haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri .DCCCC.XCV. indictione .VIII. anno uero regni praefati regis .XVII. scripta est haec cartula, his consentientibus qui subter notantur.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter concessi atque roboraui. + Ego Aelfricus dei gratia electus ad archiepiscopatum Doroborñensis aecclesiae [eiusdem] regis donum crucis taumate stabiliui. + Ego Eadulf electus in episcopatum Eboracensis aecclesiae regis donatium agiae crucis impressione benedicendo corroboraui. + Ego Aelfstan Lundoniensis aecclesiae episcopus sigillaui. + Ego Aelfheah Wintoniensis aecclesiae episcopus designaui. + Ego Aeswig Dorcensis aecclesiae episcopus adnotaui. + Ego Aethulf Herefordensis aecclesiae episcopus imposui. + Ego Wlfsige Scirburnensis aecclesiae episcopus conclusi. + Ego Aethelwerd dux. + Ego

Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Aelfweard abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Brihthelm abbas. + Ego Wlfgar [abbas. + Ego Aethelmar minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Brihtwold minister. + Ego Wulfheh minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Wulfget minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Athelric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Wulfmaer minister. + Ego Fraena minister.]

LXXII

AEDELRED, 998.

+ Omnipotens Christus saluator mundi, cuius coaertum cum patre sanctoque spiritu regnum nec incipit nec desinit it saeculum, qui in extremo caducorum margine per uterum beatae uirginis incarnatus, pro redemptione generi humani in ara sanctae crucis semet ipsum patienter in odorem suauitatis immolari permisit, euangelicis nos edocet institutis, ut, quanto magis mundanae uolubilitatis dies, sicut umbra praetereunt, et caduca labentis saeculi momenta uelut fumus deficiunt; tanto instantius illuc tendat nostrae mentis intentio, ubi non annua sed continua et ineffabili dulcedine referta pascalium deliciarum refectio, ubi tranquilla est et suauis sanctorum in saecula saeculorum exultatio, et sine fine perpetua cum deo uiuo et uero omnium bonorum possessio. Cuius gratuitae pietati cum omni est affectu gratias agendum, quod suorum corda fidelium sancti spiritus illustratione in amorem sui nominis inflammat, et ut sanctos eius pia mente uenerentur inspirat, ut quod nostra possibilitate consequi nequimus eorum nobis suffragio posse donari speremus, qui ei in illa diuinae contemplationis gloria adunati, aeternae beatitudinis sunt diademate coronati. Quod in interioris animi secreto pertractans, ego Aethelred, deifica annuente clementia, gentis Anglorum basileus, omnipententi Christo sanctoque apostolo eius Andreae germano beati principis apostolorum Simonis Petri, quoddam ruris aet Bromleage terriiorium, cuius circuitus ambitum et distributionis funiculum patria dimensione syx

sulunga prouinciales solent appellare, et utilitatem siluarum ad eandem terram pertinentium in Andrede, quo utrumque in tempore iuuentutis meae a Hrofensis aecclesiae diocesi quibusdam instigantibus abstraxi, libens beneuolus ac deuotus restituo. Cuius tamen rapinae praedationem non tam crudeliter quam ignoranter, et maxime Aethelsino quodam infoelice dei omnipotentis ac totius populi inimico instigante, neque eius iniquae suasioni incaute consentiente fieri iussi. Qui, inter caetera quae saepe commisit furti et rapinae flagitia, publicus hostis inuentus, et tantum malitiae suae frena laxauit, ut non solum uulgo quoscumque posset inuaderet, sed ut meam quoque puerilem ignorantiam calliditatis suae laqueo circumueniens inretiret; et ut tantum flagitii committerem improbe, praefati sancti loci praedo incitaret, insuper idoneum et fidelem michi praepositum mea ab ius inuasione defendentem occideret. Unde et iusto exigente iudicio, disposui merito eum omni dignitate priuari, ut qui iniuste rapuit aliena iuste amitteret propria. Nunc autem quia superna michi parcente clementia ad intelligibilem aetatem perueni, et quae pueriliter gessi in melius emendare decreui, iccirco, domini compunctus gratia, quicquid tunc instigante maligno contra sanctum dei apostolum me inique egisse recogito; totum nunc coram deo, cum flebili cordis contritione poeniteo, et quaeque opportuna ad eundem locum pertinentia libenter restauro, sperans poenitentiae meae lacrimas suscipi, et prioris ignorantiae uincula solui ab eo, ' Qui non uult mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur et uiuat;' credens me et gratiam inuenire in conspectu apostoli, qui in populo suo mitissimus apparuit, et pro crucifigentibus se exorauit. Et ut toto corde praefatum rus ad aecclesiam eiusdem beati apostoli me restituere ueraciter approbarem, hoc restitutionis testamentum sanctae et indiuiduae trinitati scribere concessi, et manu mea Godwino praefatae aecclesiae antistiti michi tota deuotione fideli in conuentu praesentia optimatum meorum tradidi, cum diuinae maiestatis auctoritate et mea praecipiens, ut nullus successorum meorum, qui post me regnaturi sunt in gente Anglorum, sed nec ulla alia cuiuslibet altioris aut inferioris dignitatis persona, hanc tellurem occasione qualibet inuadere praesumat, sed semper imposterum portio ipsa ad usum praefatae episcopalis sedis episcopi qui nunc eam regit, et hoc renouationis testamentum me donante impetrauit, et omnium qui ei in episcopatum successuri sunt, ab omni terrena seruitute cum omnibus ad se rite pertinentibus

libera permaneat, tribus exceptis, rata expeditione, pontis arcisue reparatione. Si quis igitur hanc diuinam pariter et meam auctoritatem facibus auariciae aestuans, aut arrogantiae fastu tumidus inmutare praesumpserit, aeternae maledictioni subiaceat, et cum diabolo et angelis eius in inferno sine fine damnatus intereat, nisi digne poeniteat quod iniqua praesumptione deliquit. His limitibus idem rus hinc inde gyratur, etc. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.XCVIII. indictione .XI. recurrente annua pascali solennitate, qua uerus agnus pro nostra omnium redemptione immolatus, destructo mortis imperio resurrexit, et credentibus regna coelorum patefecit. Scripta est haec carta, et me donante in manus episcopi Godwini, ad aecclesiam sancti Andreae apostoli, tradita, his testibus unanimiter adclamationem praebentibus.

+ Ego Aethelred diuina gratia fauente rex Anglorum huius renouationis testamentum scribere concessi. + Ego Aelfric Doruernensis aecclesia archiepiscopus assensum praebui. + Ego Ealdulf Eboracensis aecclesiae archiepiecopus consensi. + Ego Aelfheah Uuintoniensis aecclesiae episcopus adquieui. + Ego Aelfheah episeopus corroboraui. + Ego Aescwig episcopus consignaui. + Ego Athulf episcopus consolidaui. + Ego Wulfstan episcopus consigillaui. + Ego Aelfwold episcopus confirmaui. + Ego Wulfsige episcopus consensi. + Ego Ordbirht episcopus corroboraui. + Ego Ealdred episcopus consignaui. + Ego Aelfwine episcopus conclusi. + Ego Aethelstan clito. + Ego Egcbirht clito. + Ego Eadmund clito. + Ego Eadwi clito. + Ego Aelfweard abbas. + Ego Wulfgar abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Lyfing abbas + Ego Aethelweard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Byrhtwold minister. + Ego Aethelmer minister. + Ego Ordulf ministsr. + Ego Wulfget minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Wulfheah minister. + Ego Sigered minister. + Ego Sigweard minister. + Ego Fraena minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Wynnelm minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfweard minister + Ego Leofric minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Aethelweard minister. + Nos omnes optimates consensimus

LXXIII

AETHELRED, 999.

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo, qui imperio patris cuncta simul sancti spiritus gratia uiuificante disponit! Quamuis enim uerba sacerdotum et decreta iudicum in robore firmatitis iugiter perseuerent; attamen pro incerta futurorum mutabilitate annorum cyrographorum testamento sunt roboranda. Quapropter ego Aethelred, totius Brittanniae basileus, quandam telluris particulam .xv. uidelicet cassatos, loco qui celebri aet Cyrne nuncupatur uocabulo, domino nostro Ihesu Christo sanctaeque eius aecclesiae beatae dei genitricis Mariae, qui celebri Abbendona nuncupatur onomate, ad usus monachorum dei inibi degentium cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, aquarumque cursibus, Uulfgaro obtinente abbate, aeterna largitus sum haereditate. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata, uidelicet, expeditione, pontis arcisue restauratione. Est sane praefata terra Cyrne de illis uillulis quas pridem quidam comes uocitamine Aelfric a quadram matrona Eatflaed nomine diripuit, et sibi in propriam haereditatem usurpauit; ac deinde temporum uariante uice, necne instigante humani generis peruersissimo temptatore diabolo, contra deum meumque regale imperium multa et inaudita miserabiliter committens piacula, episcoporum, ducum, omniumque huius regni optimatum, unanimo legali consilio aequissimoque iudicio, in uilla regia, quae Anglica appellatione Cirneceastre dicitur, ipso extra patriam in exilium addicto, non solum illae quas a praefata muliere abstraxit, sed et caeterae omnes quas iure possidebat haereditario, sibi ac omni suae posteritati interdictae fuerunt, mihique in proprium ius habendi donandique firmiter et immobiliter sunt aeternaliter deputatae. Ego quoque post haec, cum consilio et precatu optimatum meorum concessi, quatinus praefata uidua sua direpta resumeret, ac, uita comite, possideret; quae humiliter suscipiens et rationabiliter fruens, in ultimo huius labilis uitae termino omnes mihi beneuola mente in proprium ius restituit. Si autem tempore contigerit aliquo quempiam hominum aliquem libellum ob istarum apicum adnihilationem in palam producere, omni

modo in nomine sanctae trinitatis ab omnibus christianis interdico ; ita ut meum donum corroboratum sit cum signaculo sanctae crucis, ut nec sibi nec aliis proficiat, sed in sempiterno graphio deleatur. Denique uero, si quis nostrae dapsilitatis donum uiolare fraudulenter temptauerit, sciat se die ultima iudicii coram deo rationem redditurum, atque cum reprobis quibus dicitur, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum, ' poenis atrocibus se esse passurum, si non antea corporea lamentatione emendauerit. Praedicta siquidem tellus his terminis circumcincta clarescit. Acta est praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.XCIX. indictione .XII. his testibus consentientibus, quorum inferius nomina karaxantur.

+ Ego Aethelred rex Anglorum hoc taumate agiae crucis roboraui. + Ego Aelfric Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis beneuolentiam subscripsi. + Ego Ealdulf Eboracensis aecclesiae archipraesul hilari uultu consensi. + Ego Aelfheah praesul sigillum sanctae crucis impressi. + Ego Uulfstan episcopus corroboraui. + Ego Aescuuig episcopus confirmaui. + Ego Athulf episcopus depinxi. + Ego Ordbritg episcopus annotaui. + Ego Goduuine episcopus subscripsi. + Ego Aethelstan episcopus adquieui. + Ego Uulfsie episcopus consignaui. + Ego Lyfingc episcopus non renui. + Ebo Aelfuuold episcopus conclusi. + Ego Aelfthryth mater eiusdem regis fautrix extiti. + Ego Aethelstan eiusdem regis filius non interdixi. [+ Ego Eadred eiusdem quoque regis filius mihi placere professus sum.] + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Leofuuine dux. + Ego Aelfuueard abbas. + Ego Uulfgar gaudens dictaui abbas. + Ego Aelfsige [Ceās] abbas. + Ego Kenulf abbas. + Ego Aelfsige [Elig] abbas. + Ego Aethelnoth abbas. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Brihtuuold minister. + Ego Uulfheah minister. + Ego Uulfgeat minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Uulfric minister. [+ Ego Leofric. + Ego Aelfwig. + Ego Eadwold. + Ego Aethelmar filius Aethelwold. + Ego Aethelwold. + Ego Aelfgar macth.]

LXXIV

AETHELRED, 1001

+ Conditore creaturarum uniuersalium, seu quae in secretis coelestibus ocellis hactenus latent humanis, seu quae in terris uisibiliter patent, seu quae in profundis gurgitibus fluctiuagis circumquaque trahant discursibus, in suae incommutabilitatis firmissima aeternaliter regnante stabilitate; cunctaque ab ipso, et per ipsum, et in ipso condita, redempta, uiuificata sunt ineffabili suae maiestatis regente priuilegio; huius aerumpnosae ac miserrimae uitae instabilitas flebilibus querimoniis suae defectionis iam iamque superuenientis laboriosum praenunciat terminum, quippe cum ueritatis praeconiumque se post notam protoplasti praeuaricationem, carnem nostrae mortalitatis, ut eam immortalem postmodum redderet ex intemerato semper uirginis utero, pro salute tocius humani generis induere dignata est, nostra suscipiens, suaque aut relinquens, inter caetera suae ammonitionis eloquia ita dicendo omnibus proclamarat, ' Cum uideritis haec fieri, scitote quod prope est regnum dei; amen dico uobis quia non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant : coelum et terra transibunt, uerba autem mea non transibunt.' Attamen alicubi fidelium undique consulendo saluti, lucrumque requirens quas proprio liuoro redemit animarum saluberrimum, ut ita dixerim, subministrauit antidotum, taliter universos commonens, ' Uendite quae possidetis et date elemosinam, et ecce omnia munda sunt uobis.' Talibus mandatorum Christi sentenciis a meis frequentius praemonitus consiliariis, et ab ipso summo omnium largitore bonorum dirissimis hostium graniter nos depopulancium creberrime angustiatus flagellis, ego Aethelredus rex Anglorum, ut supradictae merear particeps fore promissionis, quoddam Christo et sancto suo germano, scilicet meo, Eadwardo, quem proprio cruore perfusum per multiplicia uirtutum signa, ipse dominus nostris mirificare dignatus est temporibus, cum adiacente undique uilla humili deuotione offero coenobium quod uulgariter aet Bradeforda cognominatur, hoc mecum sub sapientum meorum testimonio tacite praeiudicans, ut supradictum donum sancto semper subiaceat monasterio aet Sceftes birio uocitato, ac ditioni uenerabilis familiae sanctimonia-

lium inibi degentium, quatenus aduersus barbarorum insidias ipsa religiosa congregatio cum beati martyris caeterorumque sanctorum reliquiis ibidem deo seruiendi impenetrabile optineat confugium. Et adepto postmodum si dei misericordia ita prouiderit pacis tempore rursus ad pristinum reuertantur statum, ea tamen ratione, ut in loco quem domino optuli pars aliquantula ex ipsa remaneat familia, quae diuini operis sedula inibi iugiter expleat officia, hocque an fieri possit sapienti consilio prioris praemeditetur industria. Sin alias praeuideat rectoris examinatio, unde ibidem continue exerceatur ordo psalmodiae, ut autem ista nostra donatio incommutabilem capiat stabilitatem, et ut praesentes quid obseruent uel quid subsequantur certius agnoscant futuri, hoc interea hac scedula annotari dignum duxi, quatinus praescripta uilla cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, siluis, pascuis; pratis, ita sane ut ego ipse illam in usus possederam proprios uenerabili supradictae familiae Christo sanctoque martyri incessanter famulanti semper subiugetur liberrima, tribus tantummodo exceptis communium laborum utilitatibus; si contingat expeditionem promoueri, arcem pontemque construi. Hocque regia praecipimus auctoritate ut nullus elatio, uel musitatio altioris aut inferioris personae hanc nostram donationem euertere seu minorare praesumat, hoc solummodo aduersus omnia contradicentium machinamenta nostrae dapsilitatis praeualente priuilegio; praesertim cum ego hoc non priuatim pro remedio animae meae sed pro tocius nostrae genealogiae, qui uel olim praeterierunt uel in posterum forte uenturi sunt generali salute dictauerim nec istud decretum nostris tantum temporibus perduret immutabile uerum etiam et successorum meorum diebus quos, quales qui seu quoti futuri sunt dei praescrit aeterna praedestinatio. Quisquis autem hanc nostram munificentiam amplificare studuerit, augeatur ei in praesenti temporis quieti longaeuitas, et in futuro centuplicatae retributionis coeleste praemium. Qui uero euertere aut in aliud quid transferre satagerit, adbreuientur hic dies uitae ipsius; ut cum hiis qui Christo resistere nituntur in inferiori prolongentur inferno, ni uelocius recedat a peruersa meditatione, et eum quem offendere non metuit, dignis poenitentiae lamentis placare festinauerit. Hiis confiniis praescripta circumcingitur tellus.... Scripta est siquidem haec cartula anno dominicae incarnationis millesimo .primo, indictione .xiii^a^. horum testimonio sapientum quorum onomata inferius descripta esse cernuntur.

Ego Aethelredus rex hanc largitatem Christo sanctoque martyri Eadwardo humili optuli deuotione et ne nostra oblatio obliuionem forsan inposterum sortiretur omnia prout gesta sunt hac in scedula exprimi mandavi +. Ego Aelfric Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus confirmaui +. Ego Ealdulf Eboracensis aecclesiae archiepiscopus condixi +. Ego Aelfstan Uuentanae aecclesiae episcopus conscripsi +. Ego Wlstan Londoniensis aecclesiae episcopus conclusi +. Ego Ordbricht Australium Saxonum episcopus consigillaui +. Ego Aelphech Licetfeldensis aecclesiae episcopus conquieui +. Ego Liefwine Fontanae aecclesiae episcopus coadunaui +. Ego Wlfsige Scirburnensis aecclesiae episcopus consensi +. Ego Aethelstan filius regis +. Ego Ecgebirht filius regis +. Ego Eadmund filius regis + Ego Eadred filius regis +. Ego Eadwig filius regis +. Ego Eadgar filius regis +. Ego Athulf Herefordensis aecclesiae episcopus +. Ego AlWoto[1] Cridiensis aecclesiae episcopus +. Ego Godwine Rouecensis aecclesiae episcopus +. Ego Aelfgar Orientalium Anglorum episcopus +. Ego Aescwïg Dorcensis aecclesiae episcopus +. Ego Aethelred Cornubiensis aecclesiae episcopus +. Ego Sigeferth Lindissi aecclesiae episcopus +. Ego Aelfwerd abbas +. Ego Aelfsige abbas +. Ego Wlfgar abbas + Ego Aelfuere abbas +. Ego Aelfsige abbas +. Ego Leofric abbas +. Ego Godwinne abbas +. Ego Aelfric dux + Ego Aelfhelm dux +. Ego Leofsige dux +. Ego Leofwine dux +. Ego Aethelmar minister +. Ego Ordulf minister +. Ego Wlfheah minis- ter +. Ego Eadric minister +. Ego Wluric minister +. Ego Aethelric mintster +. Ego Siwerd minister +. Ego Sired minister +. Ego Wlfgar minister +. Ego Leofwine minister +.

LXXV

AETHELRED, 1002

+ Postquam protoplastus inuida ueneniferi serpentis deceptus uersutia, stola immortalitatis deposita, foelicissimam paradisiacae amoenitatis amiserat beatitudinem, mortis illico cunctis postmodum ineuitabilem sortitus sententiam, in hanc miserrimam et aerumpnis plenissimam detrusus est peregrinationem, domino sibi tale pronunciante praeconium, ' Terra es, et in terram reuerteris,' unde et ab

ipsius stirpis origine demoniacae potestatis iugum in omnes aggrauatum est posteros, adeo [ut] cunctis ferme mortalibus portae paterent infernales, clausis amissae foelicitatis firmissime ianuis, donec unicus aeterni patris uerbigena creaturam suae imaginis, quam per se factam meminerat inimico sibique ab initio contrario subditam, et ad poenas ruere gehennales dolens, in extrema fere huius caduci saeculi margine carne uelatus uirginali deus immortalis hominem indueret mortalem, initaque ueri dei et ueri hominis persona, homo inter homines apparere atque conuersari dignatus est. Quod mysterium diabolo in tantum celabatur, ut eum eisdem modis quibus primum prostrauerat hominem aggredi non diffideret, autumans se et ipsum qui deus in homine latebat suo posse mancipare dominio, sed ab ipso tripharia confossus responsione, abcessit inanis et uacuus inferos petendo suae tumidae praeparatos adinuentioni. Hinc ipsa ueritas hominem ad imaginem et similitudinem sui conditum reformare, atque ab hostili eruere disponens tyrannide uiam patriae coelestis, quam prius in Adam perdidimus in seipso restaurandum rectis corde et paulatim intimare curauit ita dogmatizando, ' Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum coelorum.' Rursumque inter reliqua suae ammonitionis eloquia filios hominum humilitatis sequi hortatur uestigia taliter proclamans, ' Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaeuus super terram.' Huiusmodi sententiis multociens a meis praemonitus sapientibus, ego Aethelred gentis gubernator Angligenae totiusque insulae coregulus Britannicae et caeterarum insularum in circuitu adiacentium, quoddam nobile coenobium cum uilla circumquaque sibi connexa, Christo sanctisque omnibus humillima offero deuotione, quod uulgares suapte a uicinitate fontis aet Werewelle appellare consueuerent, cum uillulis quae uel praescripto arcisterio uel uillae, ut praediximus, subiacent circumpositae, quae utriusque portio tota pariter in unam collecta quantitatem in se continet mansarum septuaginta, licet diuersis disiaceat in locis ; ut sit praetitulatum monasterium cum omnibus quae suprataxata sunt ad se rite pertinentibus omni mundiali iugo liberrimum. Et hoc deuote ipse omnium largitori bonorum optuli pro remedio animae patris mei Eadgari et matris meae Aelfthryth uocitatae, quod ipsa dum uixit possedit et iugi extruere aggressa est diligentia. Existimaui etiam me participem fore retributionis aeternae in elemosinaria partitione possessionis transitoriae ; atque idcirco hoc egi, ne me argui pertimescerem ante

districti tribunal iudicis si supramemoratam ipsius sententiam dum scirem quid in oculis suae maiestatis esset placitum, contempsisse seu neglexisse conuincerer. Adhuc autem ut in illo tremendo examine misericordiam in conspectu tam iusti censoris inuenire, et in dextera parte inter oues ascisci merear electas, adiicio munus deuotionis sincerissimae tribuens ad adminiculum uictus et uestitus sanctimonialium in praenotato monasterio Christo sedulo seruiuentium famulatu, quoddam aliud rus situm in prouincia Saxonum Australium, quod loci accolae Aethelingedene cognominant cassatorum sexaginta, quod et ipsa praedicta regina quamdiu spiraculo uitae potita est sibimet in usus usurpauit proprios ; ut subiiciatur huius portio telluris crebrius praescripto coenobio, quatenus illi sanctae familiae ad usus sibi nil desit necessarios, tantum ut laus Christi nunquam per murmurationis torpescat grauedinem, nec regulae sanctae frigescat obseruantia praeualente qualibet naturalis inopia refocillationis. Ut uero istud nostrum decretum stabile capiat solidamentum, huius curam regiminis commendo abbatissae uenerabili Heanfled agnominatae quae ad eundem sanctum locum, ipsum honoris, et ut uerius dicam oneris, sortitat est gradum ut ipsa haec omnia, quamdiu spiritum gesserit uitalem, diligenti cura iuxta dei uelle praeordinet ; postque sui defectum excessus habeat ipsa religiosa congregatio cum sui consilio metropolitani siber inter se arbitrium eligendi, si inter eas talis inueniri possit, cui more omnes obediant regulari. Perduret siquidem istud coenobium uillaque quam praetitulauimus cum uniuersis appendiciis sibi iure subiacentibus, campis, siluis, pascuis, pratis, aquarum decursibus, gronnis, piscationum hostiis, iugi securissimum libertate, sequestratis solummodo trium causis necessitatum communium, si contingat expeditionem educi, arcem seu pontem redintegrari. Et ne fastidium faciam in multiloquii prolongatione, omnes Christum timentes per eius adiuro crucifixionem, ne quispiam elationis inflatus supercilio hoc nostrum munus quod deo optuli euertere, seu in aliud quid transmutare uel minuere presumet, seruata aeternaliter a cunctis huius institutione priuilegii. Si quis autem hoc nostrum donum augere studuerit, augeatur ei aeterna foelicitas. Qui uero euertere seu in aliud transferre satagerit, duplicentur illi cum Iuda proditore poenae infernales, nisi celerius cum poenitentiae singultu a sua resipiscat fatuitate. Scripta siquidem est haec cartula anno domi-

nicae incarnationis millesimo secundo, hiis unanimi conspirantibus testimonio quorum inferius subsequuntur onomata.

+ Ego Aethelred rex Anglorum hoc munus Christo deuote offerens ne forsan postero tempore obliuioni traderetur hac scedula titulari mandaui. + Ego Aethelstan filius regis. + Ego Ecgbyrht filius regis. + Ego Eadmund filius regis. + Ego Eadred filius regis. + Ego Eadwig filius regis. + Ego Eadgar filius regis. + Ego Aelfric archiepiscopus ut ita fioret sollicite desudaui. + Ego Eadulf archiepiscopus adquieui. + Ego Ealphan episcopus annotaui. + Ego Uulfstan episcopus adsignaui. + Ego Alfheah episcopus adunaui. + Ego Brihtric episcopus adsensi. + Ego Saxulf episcopus addixi. + Ego Egwine episcopus adfirmaui. + Ego Godwine episcopus annui. + Ego Aelfwold episcopus. + Ego Ordbyrht episcopus. + Ego Aelfstan episcopus. + Ego Aethelric episcopus. + Ego Sigeferth episcopus. + Ego Aelfweard abbas. + Ego Wlfstan abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Aelfuric abbas. + Ego Keanulf abbas. + Ego Aelfwold abbas. + Ego Godwin abbas + Ego Wulfric abbas. + Ego Aelfgar abbas. + Ego Willnoth abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofwin dux. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Wulfgeat minister. + Ego Wulfheah minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Birhtsige minister. + Ego Leofwyn minister. + Ego Siweard minister. + Ego Sired minister. + Ego Egwin minister. + Ego Leofwyn minister. + Ego Aethelric minister.

Uiginti uero et nouem praedia sunt in urbe Wentana, uariis disiacentia in locis, quae uectigali seruitio praefato subiacent monasterio, omnique alieno permanent extranea dominio et cunctis poenalibus causis suprascripto sancto famulantibus loco, quod uulgari usu ita Anglice dicitur, nigan and .xx. hagena syndon on Wintaceastre thaet hyrad intō thām mynstre, mid eallan thām gerihtum and thām wītan the thārofārisath. Anno dominicae incarnationis millesimo octauo, regni uero mei tricesimo quarto. Hoc quoque ruris additamentum praenotato sanctimonalium coenobio libens superadicere curaui ; decem, uidelicet, mansas illo in loco sitas qui solito Bulandun nomine solet appellari ; eandemque telluris portionem cum omnibus finibus simul et redditibus ad se rite pertinentibus in hoc priuilegio scribere iussi ; et cum dei omnipotentis atque mea

auctoritate praecipio, ut huius munificentiae dapsilitatem nullus sibi usurpare, uel ausu temerario hanc in aliud quid immutare, et a praefato monasterio uiolenter auferre, praesumat. Sed haec quoque portio iugiter libera permaneat, eadem, scilicet, libertate qua reliquae possessiones quae in hoc priuilegio conscriptae, sunt, liberae existunt.

LXXVI

AEDELRED, 1004.

+ Postquam malesuada ueneniferi serpentis suggestio primum generis humani parentem inuidia fraudulenti seduxit edulio pomi mortis continuo sententia, huiusque uitae aerumnosa ipsi protoplasto opponitur peregrinatio ; unde et in posteros mortiferae cumulus damnationis ob multiplices iniquitatum exercitationes adeo excreuit, ut totius adinuentor maliciae diabolus ab ipsius, quam praediximus, radice originis totam sibi ferme hominum progeniem diuina permissione et culpa exigente ad poenas consociaret gehennales, eius tumidae ab initio satellitumque conspirantium praeparatas elationi, donec unicus aeterni patris uerbigena substantia dolens perisse quae suae imaginebatur similitudini, mysterio secretiori in ultima saeculi aetate uirginea sese carne uelaret, ac uerus deus uerusque homo inter homines sine peccati macula in personae conuersaretur unitate : idque supernum concilium inimico in tantum celabatur, ut ipsum gula, uana gloria, auaritia, quibus armis primum prostraret hominem, adgredi non diffideret ; autumans ipsum qui totius bonitatis fons caputque est laqueo iniquae posse irretiri praeuaricationis ; sed sacrae scriptarae testimonio tertio ab ipsa transuerberatus ueritate, umbras denuo uictus repedat infernales ; huic nostrae auctori salutis mox famulatus adfuit angelicus, eisque omnibus ita ut diximus humanitatis exactis, Ihesus sancto refectus pneumate, sapientia aetate proficiens et gratia medicamenta, restaurationis humanae tali protinus proposuit institutione, ' Poenitentiam, ' inquiens, ' agite, appropinquabit enim regnum coelorum.' Haecque et alia suae documenta pietatis multiplicis dignatus est confirmare signis miraculorum, caecos illuminando, surdis auditum reddendo, mutis loquendi officium, mancis manuum utilitatem,

claudis gradiendi possibilitatem, paralyticis membrorum integritatem, leprosis corporis emundationem, lunaticis daemoniacisque obsensum mentis, mortuis uitam, uiuis uiam uitae huiusmodi sententiis celerando. ' Currite dum lucem habetis, ut non tenebrae uos comprehendant. ' Uerumtamen hostis insidiis antiqui infidelium corda Iudaeorum inter haec omnia obdurauerunt, ut ipsum mediatorem dei et hominum post illata et probra et flagella cruci adfigere animo non metuerint caecato; qui tamen corpus animatum tertia die incorruptibile uictor resumpsit et immortale discipulisque palpandum clausis exhibuit ianuis, quadraginta inter eos crebrius illis apparendo conuersatus ymeras, illisque adstantibus et intuentibus die quadragesima coeli petiit habitacula collocans secum nostrae carnis substantiam in paterni dextera throni, angelis haec uerba apostolis pronunciantibus, ' Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in coelum ; ' de quo aduentus sui die ita ipse prophetauit, ' Dies, ' inquit, ' ille, dies irae, dies calamitatis et miseriae, dies tribulationis et angustiae, dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis, dies tubae et clangoris. ' Tanti siquidem formidine diei adtactus et tam districto iudici placere gestiens, ego Aethelred rex Anglorum offero ipsi domino nostro Ihesu Christo libertatem monasterii cuiusdam uulgari usu aet Byrtun appellati, ut sit semper cum omnibus quae sibi subiacent uilllulis, praediis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquarum decursibus, piscationum hostiis, et cunctis necessitatis humanae utensilibus aeterna securitate liberrimum, ut illud nobilis progeniei minister Wlfricus extruxit et collegio instituit monachico, dominium loci et in eo habitantium meae regali commitens dominationi ; habeatque abbas uocabulo Wlfgeat [qui] ad hoc ordinatus est primus, liberam facultatem interius exteriusque sub mea ditione illud gubernandi, postpasito cuiuslibet alterius hominis dominio. Haec uero libertas huius priuilegii annotatione ideo roboratur quatinus in ipso loco eiusdem quo praediximus ordinis familia iugiter regulari more sub abbate tunc sibi praelato iuxta [regulam] sancti militans Benedicti adgregetur spesque praescripti ministri, qui hoc Christo contulit monasterium per puram ip ipso habitantium conuersationem sanctamque eorum intercessionem ad coelestium remunerationem erigatur diuitiarum. Uerum si quispiam altioris inferiorisue personae hunc locum deuastare, uel quicquam ex eo abstrahere seu minuere, aut in seruitutem studuerit redigere, tribus tantummodo exceptis, expeditione, scilicet, arcis pontisue

constructione, sciat se a coelesti alienigenari gloria, et gehennalia subire tormenta ubi uermis est non moriens, et ignis indeficiens, dentiumque stridor intolerabilis, ni citius a sua resipiscat prauitate. E contrario si quis hoc donum quod Christo offertur augmentare uoluerit, nouerit coelestia se recipere praemia, ubi Christus omnia in omnibus, dies sine nocte, lux indeficiens, claritas sempiterna, uita perpetua, gloria ineffabilis, gaudium sine fine. Haec sunt nomina uillarum quae praefatus minister ipsi sancto deuotissime subegit monasterio Scripta siquidem est huius libertas priuilegii anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .M.IIII. indictione .II. horum testimonio sapientum quorum nomina inferius annotata cernuntur

+ Ego Aethelred rex Anglorum hoc donum perpetua ditaui libertate. + Ego Aethelstan filius regis. + Ego Ecgbryht filius regis + Ego Eadmund filius regis. + Ego Eadwig filius regis. + Ego Eadgar filius regis. + Ego Aelfric archiepiscopus composui. + Ego Wlfstan archiepiscopus conclusi. + Ego Aelfheah episcopus consignaui. + Ego Aelfhun episcopus consensi. + Ego Lyuuing episcopus condixi. + Ego Aethelric episcopus confirmaui. + Ego Aelfhelm episcopus corroboraui. + Ego Ordbryht episcopis assensi. + Ego Godwine episcopus adquieui. + Ego Aelfgar episcopus adunaui + Ego Godwine episcopus affirmaui. + Ego Sigeferth episcopus auxiliatus sum. + Ago Aelfweardus abbas. + Ego Aelfsinus abbas. + Ego Wulfgarus abbas. + Ego Keanulfus abbas. + Ego Aelfsinus abbas. + Ego Germanus abbas. + Ego Godemannus abbas. + Ego Wulfricus abbas. + Ego Leofricus abbas. + Ego Byrhtwoldus abbas. + Ego Eadred abbas. + Ego Aelfmer abbas. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Aethelmer minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Wulfgeat minister. + Ego Wulfheah abbas. + Ego Wulfstan minister. + Ego Styr minister. + Ego Morkare minister. + Ego Fraena minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Aethelmer minister. + Eko Aelfgar minister. + Ega Aethelwold minister. + Ego Ulfcytel minister. + Ego Eadric minister. + Ego Godwine minister + Ego Aethelweard minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Leof wine minister. + Ego Byrthere minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Aelmer minister.

LXXVII

AETHELRED, 1004.

+ Universa saecularium opum patrimonia, incertis nepotum haeredibus relinquuntur, et omnis mundi gloria appropinquante istius uitae termino, ud nichilum reducta fatiscit, sicut per quendam sapientem dicitur, ' Mundus hic cotidie transiens deficit, et omnis pulcritudo eius, ut foeni flos marcescit ; ' idcirco terrenis caducarum rerum possessionibus indeficienta supernae patriae gaudia, domino patrocinante, lucranda sunt. Quamobrem ego Aethelredus tocius Britanniae caeterarumque gentium in circuitu persistentium basileus, quandam ruris possessionem .xx. uidelicet mansas in loco qui celebri Litlebiri nuncupatur uocabulo ; domino eiusque genitrici Mariae, et beato Petro apostolorum principi, necnon santae Aetheldredae uirgini praecipuae, ac reliquis uirginibus sibi cognatis ad monasterium, scilicet, quod in Elyg situm est, ad usus monachorum ibi degentium, perpetua largitus sum haereditate, ut illo perpetualiter cum omnibus utensilibus, pratis, uidelicet, pascuis, siluis pertineat. Sit autem praedictum rus, omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis causarum laboritus, rata, uidelicet, expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicae incarnationis millesimo quarto, scripta est haec carta, indictione .II. hiis testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

Ego Aethelredus rex Anglorum praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Aethelstanus eiusdem regis filius una cum fratibus meis corroboraui +. Ego Aelfricus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum trophaeo agiae crucis consignaui +. Ego Wlfstanus Eburacensis aecclesiae archipraesul consensi +. Ego Aelffeah Wintoniensis aecclesiae pontifex adquieui + Ego Luuingus episcopus consolidaui +. Ego

Ordbrihtus episcopus expressi +. Ego Athulfus episcopus subscripsi +. Ego Aelfgarus episcopus non renui +.

LXXVIII

AETHELRED, 1005

+ Dominante per saecula infinita omnium dominatore Christo saluatore nostro, uniersitatisque creatore ! Aethelredus gratia dei eiusque misericordia rex et rector regni Anglorum, et deuotus sanctae aecclesiae defensor humilisque adiutor, omnibus aecclesiasticae pietatis ordinibus, seu saecularis potentiae dignitatibus, in Cbristo domino pacis et beatitudinis praemia Considerans pacifico piae mentis intuitu, cum bona uoluntate, una cum dei sacerdotibus et consilialiriis nostris, iram plus solito saeuientis dei in nos, eum placare cum continua bonorum operum exhibitione et ab eius laudibus nunquam desistere decreui. Et quia in nostris temporibus bellorum incendia direptionesque opum nostrarum patimur, necnon ex uastantium crudelissima depraedatione hostium barbarorum, paganarumque gentium multiplici tribulatione, affligentiumque nos usque ad internecionem tempora cernimus incumbere periculosa ; nobis ' In quos fines saeculorum deuenerunt,' nimium conuenit de nostrarum utilitatibus animarum cura diligenti perscrutari, qualiter quibusque meritis in saeculo iam futuro cum auctore omnium Christo sint uicturae, ' Quia non ullam,' ut apostolus ait, ' hic habemus mansionem, sed futuram inquirimus ;' et idea magna nobis incumbit necessitas cum terrenis diuitiis futuram totis inquirere uiribus. Nostrae siquidem diuitiae nisi communicatae in plures nobis prodesse nequaquam possunt ; nullus enim tam compositae foelicitatis constat, ut non ea quae possidet uel sponte siue nolens amittat ; et ideo multis humanae foelcitatis dulcedo amaritudinibus respersa est, quae etsi ad tempus fruenti iocunda esse uideatur, finem tamen amaritudinis semper introducet. Duo quippe sunt quibus omnis humanorum actuum constat effectus ; uoluntas, scilicet, et potestas, quorum si alterum desit, nihil est quod explicare quis queat ; uoiuntate autem deficiente, ne aggreditur quidem quisque quod non uult ; ac si potestas desit, uoluntas omnino necesse est ut

frustra sit, Sed boni quique recta uoluntate et optima potestate adipiscuntur bonum quod adappetunt, quia per temporalia huius euanescentis uitae negotia aeterna sibi futuri calce carentis saeculi praemia mercantur sine fine mansura. Quapropter ego Aethelredus, multiplici dei clementia indulgente, Angul-Saxonum antedictus rex, caeterarumque gentium longe lateque per circuitum adiacentium gubernator et rector, mihi insitum uideo et uelle et posse, et ideo memoriae praesentium, et etiam futurorum sequentium post nos ueracibus literarum apicibus insinuare curaui, quod Aethelmaro uiro ualde fidelissimo mihi quoque dilectissimo impetrante, absolutissimum libertatis priuilegium constituo monasterio eius in honore sancti saluatoris, omniumque sanctorum suorum iure dedicato in loco celebri iuxta fluuium qui uocatur Tamis constituto, quod ab incolis regionis illius Egnesham nuncupatur uocabulo ; quod quidem monasterium Aethelmarus ab Aethelweard genero suo mutuando accepit, et pro illis triginta mansiunculis dedit triginta sex mansiones tribus diuisas in locis, tres, uidelicet, in Upoteri, et decem in Litlan-Cumtune in Lellincge, et tresdecim in Scildforda. Uitae igitur regularis monachos inibi constituens ipse patris, uice fungens uiuensque communiter inter eos abbatem sanctae monachorum congregationi preferre, se uiuente, instituit, ut ita deinceps post ipsum quem constituit abbatem abbatum electio secundum regulae praeceptum, ex eadem congregatione usu teneat perpetuo ; id est, ut ex eadem congregatione qui ordinandus est, et aliunde nequaquam nisi peccatis promerentibus uel impediente imperitia, talis qui dignus sit in ea reperiri nequiuerit, cum regis consilio eligatur : rex autem non ad tyrannidem sed ad munimen loci et augmentum, uti mos est, super pastorem et Christi gregem dominium solerti uigilantia misericorditer custodiat : saecularium uero quispiam ne ad magni detrimenti ruinam deueniat ut dominium loci teneat excepto rege nunquam eligatur. Sunt etenim rura haec quae sancto saluatori omnibusque sanctis eius uir praefatus Aethelmarus et diuinae seruitutis obsequio et magna cum humilitate, non solum a rege sed etiam a diuersis hominum personis, nunc comparando nunc mutuando optinuit, quae ad usus monachorum inibi degentium aeterno concessit donario. Quinque, uidelicet manentes in loco ubi ab indigenis Sceaptun dicitur ; uillam quoque quae Scipford dicitur, dedit uir praedictus ad monasterium antedictum, quam ei Leofwinus suus consanguineus spiritu in ultimo cons-

titulus donauit, quam Birhtnothus antea dux praeclarus ab Eadgaro patre meo dignis praemium pro meritis accipere laetabatur ; Micclantun similiter ad monasterium dedit, quam ille Birhtnothus dux praedictus ultimo commisit dono ab Eadgaro quoque ei antea donatam et in kartula firmiter commandatam ; terram quoque quinque manentium, quae Burtun dicitur donauit, quam a me promeruit, et ab Aethelweardo genero suo uoluntate antea accepit pro remedio animae uxoris suae ; emit quoque praedictus uir Aethelmarus a me cum triginta libris, duodecim mansiones de uillulis quas matrona quaedam nomine Leofled suis perdidit ineptiis et amisit, tres semis, uidelicet, manentes aet Marana Cliue, quas pari modo ad monasterium dedit, duas similiter mansiones aet Beonetlege siluae communis dedit; douauit etiam uir saepenominatus quinque mansas aet Stodelege, et decem aet Cesterdune propinquo suo nomine Godwino, pro decem mansionibus terrae communis, quae aet Erdintune dicitur quas quoque praedicto monasterio commisit ; dedit quoque Byrhtelmus, quondam episcopus, Aethelweardo propinquo suo patri, uidelicet, Aethelmari, uiginti mansiones, ubi ab incolis aet Aescaeron dicitur, quas Aethelwerdus filio suo Aethelmaro longe ante mortem suam donauit, et ille supradictas mansiunculas ad monasterium dedit ; terram similiter quae Bictum dicitur, quam a me promeruit kartula confirmatam monasterio antedicto donauit ; rus quoque quod Rameslege dicitur, et portum ad se pertinens, quod illi Wulfin propinqua sua, in ultimo constituta spiritu commisit, monasterio praedicto concessit. Sit igitur monasterium praedictum ab omni humanae seruitutis iugo liberum, cum omnibus supradictis uillulis ad se rite pertinentibus, expeditione excepta, et pontis arcisue constructione. Si quis igitur hoc nostrae libertatis donum confirmare et firma uoluntate stabilire et amplificare satagerit, augeat amplificetque ei deus omnipotens in saeculo praesenti prospera cuncta, et in futuro foelicitatis tripudium. Qui uero in aliud euertere et nostrae libertatis munimem destruere uolerit, sit ipse alienatus a sanctae dei ecclesiae consortio, necnon et a participatione sacrosancti corporis et sanguinis Christi, et in magni indicii die cum Iuda Christi proditor sinistra in parte condemnatus, nisi hic prius digna satisfactione humilis poenuiterit, quod contra nostra decreta deliquit... Sripta et igitur haec praesens cartula anno dominicae incarnationis millesimo quinto, indictione uero tertia, eorum consilio et testimonio quorum nomina hic infra scripta esse uidentur.

Ego Aethelredus gratia dei regiae dignitatis sublimatus honore hoc nostrae libertatis priuilegium cum signaculo sanctae crucis confirmando consignaui +. Ego Aethelstanus eiusdem regis filius testimonium adhibeo +. Ego Ecgbrihtus clito testis assisto +. Ego Eadmundus clito testificans affui +. Ego Eadredus clito non abnui +. Ego Eadwius clito consensi +. Ego Eadgarus clito sciui +. Ego Eadweardus clito non renui +. Ego Aelgifu regina sciens testimonium adhibui +. Ego Wulfstanus Eboracensis aecclesiae archipraesul consolidaui +. Ego Aelfricus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus hanc priuilegii libertatem cum benedictione corroboraui +. Ego Aelfheah episcopus consignaui +. Ego Athulf episcopus corroboraui +. Ego Ordbriht episcopus consolidaui +. Ego Godwine episcopus subscripsi +. Ego Lifing episcopus collaudaui +. Ego Aethelric episcopus benedixi +. Ego Aelfgar episcopus conscripsi +. Ego Godwine episcopus conclusi +. Ego Aelwold episcopus concessi +. Ego Aelfun episcopus faui +. Ego Aelfhelm episcopus assensi +. Ego Brihtwold episcopus signaui + Ego Aelweard abbas +. Ego Aelfric abbas +. Ego Wulfgar abbas + Ego Kenulf abbas +. Ego Aelfric abbas +. Ego Leofric abbas +. Ego Wulfric abbas +. Ego Aelfere abbas +. Ego Byrhtwold abbas +. Ego Germanus abbas +. Ego Godeman abbas +. Ego Eadnoth abbas +. Ego Aethelnod abbas +. Ego Aelfmer abbas +. Ego Leofric abbas +. Ego Aefwig abbas +. Ego Aelfric dux +. Ego Aelfehlm dux +. Ego Leofwine dux +. Ego Ordulf minister +. Ego Wulfgeat minister +. Ego Wulfeah minister. + Ego Aethelric minister +. Ego Eeadric minister +. Ego Leofric minister +. Ego Aethelmer minister +. Ego Aethelwold minister +. Ego Eadwine minister +. Ego Aethelweard minister + Ego Aethelwine minister +. Ego Brichtric minister +. Ego Aelmer minister +. Ego Wulweard minister +. Ego Brichtric minister +. Ego Wulgar minister +. Ego Leofwine minister +. Ego Wulfnoth minister +. Ego Siward minister +. Ego Sired minister +. Ego Brixie minister +. Ego Eadwig minister +. Ego Wulfmaer minister +. Ego Leofwine minister +. Ego Aelfgar minister +. Ego Aethelstan minister +. Ego Aelfweard minister +. Ego Aelfwine minister +. Ego Ulfcytel minister +. Ego Morcar minister +. Ego Godwine minister +. Ego Siuerth minister +. Ego Leofwine minister +. Ego Siward minister +. Ego Godrice minister +. Ego Aethelwod minister +. Ego Leafnath minister +. Ego Thurfearth minister +. Ego

Frithegist minister +. Ego Wither minister +. Ego Oswig minister +. Ego Brihtric minister +. Ego Wada minister +. Ego Aethelwine minister +.

LXXIV

AETHELRED, 1012

+ Christus omnipotens deus impertuum regnans, cuius nutu et diuinitatis gubernaculo reguntur quaecunque sunt in astris uel aruis, ne pessumdata in praecipitii uraginem labefactari possint, a quo etiam deriuatur omnis principatus et potestas, omniumque honorum dignitas, sicut apostolo dogmatizante didicimus, qui ait : ' Non est potestas nisi a deo.' Omnes primum mortales unius qualitatis indumento uestiuit, cum in mundo nasci mandauit, hoc est, nuditate. Caeterum si qui potentes, si qui inopes, si qui in terrenis negotiis sunt mediocres, sic sunt sicut a deo ordinationem acceperunt, qui omnia singulari iure praeordinat, atque dispensando ineffabili discretione sibi libitis erogat. Liquet et prorsus patet, terrestrem substantiam ad hoc hominibus concessam, ut coelestem illa mercentur, et ut habentes communicent non habentibus, gratia amoris filii dei, qui pro nobis indebite uoluit egens fieri. Unde ego Aethelredus, rex nationum totius gentis Brittanniae, pro adipiscenda coelestis uitae praemia, cuidam deuiotissimo dei famulo Goduuino, Hrofensis paroechiae episcopo michique oppido familiariter dilecto, dono liberali dextera .xv. mansas terrarum, in uilla aet Stantun, et aet Hiltun, cum omnibus appendiciis suis, in pascuis et pratis, omnibusque quae huiusce uillae sunt iuris, ut possidens perenniter possideat ; et post se haeredem cui sibi libuerit praeficiat, ea interposita ratione, ut iugi deprecatione pro meae salutis integritate dominum interpellando oxoret. Erat autem eadem uilla cuidam matronae, nomine Aethelflaede, derelicta a uiro suo, obeunte illo, quae etiam habebat germanum quendam, uocabulo Leofsinum, quem de satrapis nomine tuli, ad celsioris apicem dignitatis dignum duxi promouere ducem constituendo, scilicet, eum, unde humiliari magis debuerat, sicut dicitur, ' Principem te constituerunt, noli extolli,' et caetera. Sed ipse hoc oblitus cernens se in culmine maioris status sud rogatu famulari sibi

pestilentes spiritus promisit, superbiae, scilicet, et audaciae, quibus nichilominus ipse se dedidit in tantum, ut floccipenderet quin offensione multimoda me multoties grauiter offenderet : nam praefectum meum Aeficum, quem primatem inter primates meos taxaui, non cunctatus in propria domo eius eo inscio perimere, quod nefarium et peregrinum opus est apud christianos et gentiles. Peracto itaque scelere ab eo, inii consilium cum sapientibus regni mei petens, ut quid fieri placuisset de illo decernerent, placuitque in commune nobis eum exulare et extorrem a nobis fieri cum complicibus suis : statuimus etiam inuiolatum foedus inter nos, quod qui praesumpsisset infringere, exhaereditari se sciret omnibus habitis, hoc est, ut nemo nostrum aliquid humanitatis uel commoditatis ei sumministraret. Hanc optionis electionem posthabitam nichili habuit soror eius Aethelflaed omnia quae possibilitatis eius erant, et utilitatis fratris omnibus exercitiis studuit explere, et hac de causa aliarumque quamplurimarum exhaeredem se fecit omnibus. Sit ergo praedicta donatio ab omni munduali seruitio immunis, excepto quod omnibus est generale terris, pontis, uidelicet, uel arcis recuperatione, et expeditione. His apicibus praecipimus et obsecramus in Christi nomine ut assensum detis corroborantes, et si quis anteriores praeponere uoluerit inposternm irriti fiant nec aeternaliter stabilientur, sed perpetua obliuione oblitterentur ; oblitterentur nec minus nomina eorum de libro uitae, qui hoc cyragraphum aliquo molimine in aliud transmutare decreuerint, quam per syngraphiam confirmauimus. Anno ab incarnatione domini .M.XII. indictione .X. caraxatum est hoc polipticum, et signaculo crusis insignitum, his testibus magnifice firmiterque adamantino stilo firmantinus.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum praefatam terram pro amore dei eiusque genitricis et perpetuae urginie Mariae Godwino episcopo cum uiuificae crucis uexillo impressam libens concessi. + Ego Aelfgyfu regina domini mei regis dono arrisi. + Ego Wulfstan arclsiepiscopus cum coepiscopis notris et filiis regis et abbatibus et ducibus et militibus quorum nomina inserta sunt corroboraui.

Ego Eadnoth episcopus. + Ego Athulf episcopus. + Ego Aethelwoldus episcopus. + Ego Aelfgar episcopus. + Ego Godwinus episcopus. + Ego Aethelsie episcopus. + Ego Brihtwoldus episcopus. + Ego Leuing episcoqus. + Ego Aelfhun episcopus. + Ego Aelmar episeopus. + Ego Wulfgar abbas. + Ego Aelfsi abbas. + Ego

Brihtmaer abbas. + Ego Aelfwi abbas. + Ego Aelfsi abbas. + Ego Eadric abbas. + Ego Brihstan abbas. + Ego Eadmaer abbas. + Ego Oscytel abbas. + Ego Eadric dux. + Ego Uhtred dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aethelmaer miles. + Ego Syferth miles. + Ego Aethelweard miles. + Ego Godwine miles. + Ego Morcar miles. + Ego Aelgar miles. + Ego Wada miles. + Ego Ulfkytel miles. + Ego Thurkytel miles. + Ego Aethelwine miles. + Ego Aethelwod miles. + Ego Aelfmaer miles.

LXXX

AETHELRED

+ Summo et ineffabili rerum dispositore in aeternum regnante ! Omnibus gradibus qui in triquadro mundi cardine per theoricam uitam ad coelestis ac indeficientis beatitudinis iocunditatem peruenire satagunt, ultroneo duotinis affectu cum tota mentis alicritate illuc incunctanter adnitendum est ; quod quidam sapiens sagaci mente considerans sic fida pollicitatione ait, ‘ Meliorem autem illum iudico et propinquiorem deo qui uoluntate bonus est, quam illum quem necessitas cogit.’ Qua de re infima quasi peripsema quisquiliarum abiiciens, superna ad instar pretiosorum monilium eligens, animum sempiternis gaudiis figens, ad adipiscendam mellifluae dulcedinis misericordiam perfruendamque infinitae laeticiae iocunditatem, ego Aethelredus per omnipatrantis dexteram tocius Britanniae regni solio sullimatus, quandam ruris particulam, uidelicet .XIX. cassato, in tribus locis, quae celebri aet Cadanno, and aet Stretle, necnon aet twam Lintunum, nuncupantur uocabulo, domino nostro Ihesu Christo et sancto Petro apostolorum principi, castaeque uirgini Aetheldredae ac socris sororibus eius, una cum illa requiescentibus, aeterna largitus sum haereditate, ad usus monachorum in Elyensi monasterio degentium. Sunt autem duae ex hisdem .XIX. mansis in illo rure quod uocatur et Cadanno, et et Stretle .X. et twam Lintunum .VII. pro quorum possessione praediorum, abbas nomine Aelfsinus dedit regi praefato appensuram .IX. librarum purissimi auri iuxta magnum pondus Normannorum. Praedicta equidem rura cum omnibus utensilibus, prati, uidelicet, pascuis,

molendinis ac siluis, ab omni terrenae seruitutis iugo sint libera, tribus exceptis, rata, uidelicet, expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur.

LXXXI

EADMUND

+ In nomine almae trinitatis et indiuiduae unitatis, patris et filii et spiritus sancti, quibus est una essentia, par deitas, et indiuisa maiestas, communis apex, trinitas in nomine, unitas in deitate, aeternus ante omnia saecula, in fine saeculi homo factus ex uirgine ut nos redimeret quos creauit. Ideoque necesse est ut in istis transitoriis ac fugitiuis opibus adquiramus nobis in coelis manentem substantiam, quam nec oculus uidit nec auris audiuit nec mens percipere protuit humana. Cuius praedestinatione iccirco ego Eadmundus Aetheling rex, pro amore redemptoris nostri et propter nomen sanctum qui dixit ' Date et dabitur uobis,' ideoque nunc donabo deo omnipotenti exiguum munus ruricole in loco qui ab incolis uocitatur aet Pegesyrcan in perpetua haereditate, ad locum quod dicitur Nouum monasterium sanctae triditatis ac genitricis domini nostri atque omnium sanctorum, pro redemptione animae meae et coniugis meae et pro anima Siuerthi, id est unam mansam et dimidiam in supradicta uilla, et tres perticas in uilla quae dicitur Wealtun. Ita habeant sicut Siurthus habebat in uita, in longitudine et in latitudine, in magnis et in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, theloneum aquarum, piscationem in paludibus. Sit autem praedictum rus liberum ab omni seruili tributo saeculariumque seruitiumque exinatinum, tribus exceptis, rata, uidelicet, expeditione, et pontis arcisue restauratione. Praecipioque in nomine sancti saluatoris, tam nobis uiuenlibus quam etiam qui christianitatis nomine et in diuinae agnitionis fide censentur, ut huuis libertatis statuta

ad irrita deducere quispiam minime praesumat. Quisquis autem beneuola mente hanc nostram donationem et elemosinam amplificare satagerit, in hoc praesenti saeculo uitae illius prospera foeliciter augeantur, et aeternae uitae gaudia aeterna succedant. Si quis autem, diabolica illectus prauitate, et hoc donum in aliud quam quod constituimus peruertere molitus fuerit, maneat aeternaliter rotrusus inter flammiuomas aestuantis gehennae incorruptiones lugubre sibi solium uendicans, inter tres nefandissimos proditores Christi, Iudam, Annam et Caiphan, et in Satanae faucibus maneat degeutiendus, omnium infernalium morsibus carnificum sine fine laceretur, nisi hic digna satisfactione emendare curauerit, quod contra nostrum decretum inique commisit.

FIN DE LA QUATRIÈME PARTIE

LISTE DES DOCUMENTS

CONTENUS DANS LA QUATRIÈME PARTIE

Nos	Noms	Dates	Sources
1.	L'Evêque Oswald	966	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 96, b.
2.	L'Evêque Oswald	966	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 94.
3.	Eadgar	967	Cod. Winton. f. 71.
4.	Eadgar	967	Hickes. Dissert. Epist. p. 6.
5.	Eadgar	967	MS Cott. Tib. A. XIII. f. 167.
6.	L'Evêque Oswald	967	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 110, b.
7.	L'Evêque Oswald	967	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 60.
8.	Eadgar	968	MS. Harl. 436. f. 78, b.
9.	Eadgar	968	Cod. Winton. f. 40, b.
10.	Eadgar	968	MS. C. C. C. Cantab. CXI. f. 164.
11.	Oswald	969	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 85.
12.	Oswald	969	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 58.
13.	Oswald	969	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 62, b.
14.	Oswald	969	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 64, b.
15.	Oswald	969	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 75.
16.	Eadgar	959-970	MS. Cott. Claud. D. X. f. 224. N. Mon. I. p. 144.
17.	Eadgar	970	MS. Bodl. Wood. I. f. 223, b. N. Mon. I. p. 58.
18.	Eadgar	970	MS. C. C. C. Cantab. CXI. f. 85.

Nos	Noms	Dates	Sources
19.	Eadgar	972	MS. Harl. 436. f. 62, b.
20.	Eadgar	972	MS. C. C. C. Cantab. CXI. f. 84.
21.	Oswald	970-972	MS Cott. Nero. E. I, f. 392, b.
22.	Eadgar	973	MS Bodl. Wood. I. f. 190, b. N. Mon. I. p. 49.
23.	Eadgar	973	Cod. Winton. f. 46.
24.	Oswald	973	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 97, b.
25.	Eadgar	vers 974	Cod. Winton. f. 6, b.
26.	Oswald	974	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 73, b.
27.	Eadgar	975	Cod. Winton. f. 67.
28.	Eadgar	975	Cod. Winton. f. 72, b.
29.	Eadgar	975	Cod. Winton, f. 81, b.
30.	Eadgar	976	Cod. Winton. f. 114.
31.	L'Evêque Oswald	977	MS. Cott, Tib. A. XIII. f. 79.
32.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 7.
33.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 8.
34.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton f. 8, b.
35.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 9.
36.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 9.
37.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 9, b.
38.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 10.
39.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 10.
40.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton f. 10.
41.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 10, b.
42.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton. f. 10, b.
43.	Eadgar	S. D.	Cod. Winton, f. 11.
44.	Eadweard	977	Cod. Winton, f. 85, b.
45.	L'Evêque Oswald	977	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 89, b.
46.	L'Evêque Oswald	977	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 89, b.
47.	L'Evêque Oswald	977	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 91, b.
48.	L'Evêque Oswald	977	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 82, b.

Nos	Noms	Dates	Sources
49.	Aethelred	979	MS. Soc Ant. LX. fol. 34, b.
50.	Aethelred	979	Cod. Winton. f. 112.
51.	Aethelred	980	Cod. Winton. f. 5.
52.	Aethelred	982	MS. Lansd. 417. fol. 13, b.
53.	Aethelred	982	Cod. Winton. f. 66. Cod. Winton. f. 66, b.
54.	Oswald	982	MS. Cott. Tib. A. XIII. fol. 112*
55.	Oswald	983	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 87, b.
56.	Aethelred	983	Cod. Witon. f. 103.
57.	Aethelred	983	Cod. Winton. f. 110, b.
58.	Aethelred	984	MS. Harl. 61. f. 2, b.
59.	Oswald	984	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 87, b.
60.	Oswald	984	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 72, b. Smith. Beda. p. 778.
61.	Aethelred	985	MS. Cott. Tib. D. VI. f. 27, b.
62.	Aethelred	987	Chart. Cott. VIII. fol. 14.
63.	Aethelred	987	Cod. Winton. f. 104.
64.	L'Evêque Oswald	987	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 97, b.
65.	Aethelred	988	MS. Selsey. A. f. B. XVIIII. fol. 8. N. Mon. VI. p. 1166.
66.	Oswald	990	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 84, b. Hickes. Gram. Ang. p. 140.
67.	Oswald	991	MS. Cott. Tib. A. XIII. f. 62.
68.	Aethelred	994	MS. Harl. 436. fol. 39.
69.	Aethelred	995	Text. Roffens. p. 124.
70.	Aescwig	995	Reg. Cant. B 2a. fol. 356.
71.	Aethelred	995	MS. Cott. Aug. II. 48. MS. C. C. C. Cantab. CXI. f. 175.
72.	Aethelred	998	Text. Roffens. p. 130.
73.	Aethelred	999	MS. Cott. Claud. B. VI. f. 91. C. C. C. Cantab. CXI. fol. 169.

Nos	Noms	Dates	Sources
74.	Aethelred	1001	MS. Harl. 61. fol. 1.
75.	Aethelred	1002	N. Mon. II. p. 637.
76.	Aethelred	1004	N Mon. III. p. 39.
77.	Aethelred	1004	Add. MSS. 5811. f. 3.
78.	Aethelred	1005	N. Mon. III. p. 11.
79.	Aethelred	1012	Text. Roff. p. 135.
80.	Aethelred	S. D.	Titus. A. I. fol. 54.
81.	Eadmund	S. D.	Soc. Ant. LX. fol. 42

CINQUIÈME PARTIE

(958-1046)

CHARTES ANGLO-SAXONNES

I

EADGAR, 958

+ Quamuis omnia quae in huius labentis aeui curriculo cernuntur temporalia sint, et terrenis coelestia sint mercanda tamen ut recidiua successoribus nostris tutiora permaneant, apicum serie testiumque adfirmatione roboranda sunt. Quapropter ego Eadgar, gratia dei rex Merciorum caeterarumque circumquaque nationum, ruris quandam particulam, id est, .xx. mansas in loco ubi ruricolae Wlfgari onomate uocitant aet Wudutune, cuidam ministro meo Aethelrico, largiflua mente, pro eius satis placabili obsequio, admodum libenter in perpetuam haereditatem concedo; ut ipte habeat possideatque quamdiu in hoc saeculo uita fruatur; et post se cuicumque uoluerit derelinquat. His consentientibus pax perpetua; contradicentibus autem uae hic et in futuro. His quoque limitibus praefata tellus gyrari uidetur... Acta est autem haec donatio anno dominicae incarnationis .DCCCC.LVIII. indictione uero .I. cum consensu atque consilio episcoporum optimatumque quorum nomina inferius decarraxata parent.

+ Ego Eadgar rex hanc meam munificentiam cum trophaeo agiae crucis corroboraui. + Ego Oscytel episcopus. + Ego Cenwold episcopus. + Ego Dunstan episcopus. + Ego Cynesige episcopus. + Ego Athulf episcopus. + Ego Leofric episcopus. + Ego Leofwine episcopus. + Ego Ealdred episcopus. + Ego Ealdred abbas consensi et manu propria signum sanctae crucis impressi. + Ego Aelfhere

dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Beorhtnoth dux. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Aelfsige minister. + EgoAescferth minister. + Ego Aethelwine minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Osfaerth minister.

II

EADGAR, 959

+ Altithroni moderatoris imperio triuiatim instruimur, ut illi oppido subiecti suppeditantes famulémur, qui totius mundi fabricam miro ineffabilique serie disponens microcosmum, Adam uidelicet, tandem quadriformi plasmatum materia, almo ad sui similitudinem instinctum spiramine, uniuersis quae in infimis formauerat, uno probandi causa excepo uetitoque, praeficiens, Paradisiacae amoenitatis iocunditate, collaterana Eua, scilicet comite, decentissime collocauit; laruarica pro dolor ! seductus cauillatione, uersipellis suauisibilisque tergiuersatione uiraginis pellectus, anathematis alogia ambro pomum momordit uetitum, et sibi ac posteris in hoc aerumpnoso deiectus saeculo letum promeruit perpetuum. Uaticinantibus siquidem prophetis, et coelitus superni regis diuturna clandestino praesagia dogmate promentibus nitide orthodoxis; eulogium ex supernis deferens, non ut Iudaeorum seditiosa elingue fatetur loquacitas, sed priscorum atque modernorum lepidissimam ambiens facundiam, Arrianas Sabellianasque proterendo nenias anagogico infrustrans famine, nosque ab obtunsi coecitate umbraminis ad supernorum alacrimoniam patrimoniorum aduocans, angelus supernis elapsus liminibus in aurem intemeratae uirginis, ut euuangelica promulgant famina, stupenda cecinisse uidetur carmina, cui aecclesia tota, uidelicet catholica, consona uoce altiboando proclamat, ' Beata es uirgo Maria quae credidisti; perficientur in te quae dicta sunt tibi a domino.' Mirum dictu ! incarnatur uerbum et incorporatur, scilicet illud, de quo euuangelista supereminens uniuersorum altitudine sensuum inquit, ' In

principio erat uerbum,' et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum,' et reliqua. Qua, uidelicet, sumpta de uirgine incarnatione, antiquae uirginis facinus demitur, et cunctis mulieribus nitidis praecluens taumatibus decus irrogatur. Intacta igitur redolente Christi diuinitate, passaque ipsius humanitate, libertas addictis clementer contigit seruulis. Hinc ego Eadgar, altithrono amminiculante, Anglorum caeterarumque gentium in circuitu triuiatim persistentium basileus, ut huius libertatis altithroni moderatoris clementia merear obtinere consortium, rura quae olim a praedecessoribus nostris largita sunt, iniuste ab infidelibus quondam abstracta, in Gaeging uidelicet .x. mansas, in Gosie .xv. in Weorthe .xxx in Earmundes leah .v. Abbandunensi aecclesiae restituens domino nostro eiusque genitrici Mariae, ad usum monachorum inibi degentium aeterna largitus sum haereditate. Gratuita itidem domini gratia instinctus, monachis praefato Abbandunensi regulariter degentibus, monastici aeternam priuilegii ut praedecessores nostri concedo libertatem, quatenus post decessum Aetheluuoldi abbatis aegregii, cuius temporibus haec libertatis restauratio, Christo suffragante, concessa est, quem sibi iniuersa praefati coenobii congregatio apto elegerit consilio, secundum regularia beati Benedicti instituta, abbatem iuste ex eodem fratrum cuneo eligens constituat. Huius priuilegii libertas deinceps usu perpetuo a cunctis teneatur catholicis, nec extraneorum quispiam, tyrranica fretus contumacia, in praedicto monasterio ius arripiens exerceat potestatis, sed eiusdem coenobii collegium perpetuae, ut praedixi, libertatis glorietur priuilegio. Sit autem praefatum monasterium omni terrenae seruitutis eodem tenore liberum, quo a praecessoribus nostris catholicis, a sancto Leone, uidelicet, papa et Coenulfo rege catholico, uetusto continetur priuilegio, Rethuno abbate optinente solutum ; agri equidem [qui] ad usus monachorum domino nostro Ihesu Christo eiusque genitrici Mariae priscis modernisque temporibus a regibus et religiosis utriusque sexus hominibus, et a meipso meoque patruo Eadredo rege fidelissimo, restituendo iure concessi sunt, eiusdem perpetualiter sint libertatis. Nam rex praefatus rus quod Abbandun nuncupatur, quod rex Ceaduualla domino nostro eiusque genitrici Mariae priscis temporibus devoto concesserat animo, in quo praedecessores nostri diabolica decepti auaritia aedificium regale sibi iniuste construxerant, aecclesiae dei restituens interdixit ut regum nemo inibi pastum requireret nec aedificium in sempiternum cons-

trueret. Quod ego Eadgar Anglorum basileus, optimatum meorum usus consilio, tam meis quam meorum successorum temporibus fixum in nomine patris et filii et spiritus sancti fieri in aeternum praecipio. Tempore siquidem quo rura quae domino deuoto concessa sunt animo iniuste a sancta dei aecclesia ablata fuerant, perfidi quique nouas sibi haereditarias kartas usurpantes ediderunt; sed in patriis et filii et spiritus sancti nomine praecipimus ut catholicorum nemo easdem recipiat, sed a cunctis repudiatae fidelibus in anathemate deputentur, ueteri iugiter uigente priuilegio. Si quis uero tam epilempticus, philargyriae seductus amentia, quod non optamus, hanc nostrae munificentiae dapsilitatem ausu temerario infringere temptauerit, sit ipse alienatus a consortio sanctae dei aecclesiae, necnon et a participatione sacrosancti corporis et sanguinis Ihesu Christi filii dei, per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus est; et cum Iuda Christi proditore sinistra in parte deputatus, nisi prius hic digna satisfactione humilis poenituerit quod contra sanctam dei aecclesiam rebellis agere praesumpsit, nec in uita hac pratica ueniam, nec in theorica requiem apostata obtineat ullam, sed aeternis barathri incendiis trusus iugiter miserrimus crucietu... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LVIII[I]. indictione secunda, scripta est huius munificentiae syngrapha, his testibus consentientibus, quorum inferius nomina, secundum uniuscuiusque dignitatem, utriusque ordinis decusatim domino disponente karaxantur.

+ Ego Eadgar Britanniae Anglorum monarchus hoc taumate agiae crucis roboraui. + Ego Dunstanus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis beniuolentiam consensi. + Ego Oscytel Eboracensis basilicae primas insegnis hoc donum regale confirmaui. + Ego Osulf praesul canonica subscriptione manu propria hilaris subscripsi. + Ego Bryhtelm plebi[s] dei famulus iubente rege signum sanctae crucis laetus impressi. + Ego Athulf pontifex testudinem agiae crucis intepidus hoc donum corroboraui. + Ego Aelfuuold antistes trophaeo sanctae crucis hanc regis donationem consolidaui. + Ego Aelfstan legis dei catascopus hoc eulogium propria manu depinxi. + Ego Daniel speculator commissarum plebium laetabundus fore consensi. + Ego Eadgiuu eiusdem regis aua hanc largitionem cum sigillo sanctae crucis firmaui. + Ego Aetheluuold abbas Abbendunensis coenobii hoc syntagma triumphans dictaui. + Ego Aelfuuold domino concedente abbas huic dapsilitati assen-

sum praebui. + Ego Ealdred Christo allubescente abbas crucis modum gaudens imposui. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Brihtnoth dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Brihtferth minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Osuuig minister. + Ego Eadric minister. + Ego Osuuard minister. + Ego Osulf minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Uulfhere minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Uulfhelm minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aetheluuine minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Leuing minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aetheluuard minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Cyneric minister + Ego Uuihtsige minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Leofa minister. + Ego Aelfnoth minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Aelfric minister + Ego Uulfric minister. + Ego Ceoleah minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Eaduuig minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Aelfmaer minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Ordnoth minister. + Ego Orduuald minister. + Ego Osmaer minister. + Ego Lefing minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Byrhtelm minister. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Eadric minister. + Ego Brihtuuald minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Eadulf minister. + Ego Sigelm minister. + Ego Aethelm minister. + Ego Eadric minister.

III

DUNSTAN, 959.

+ Dunstanus, dei misericordia, Londoniensis episcopus, omnibus episcopis, abbatibus, et cunctis aecclesiae filiis, praesentibus et futuris, in perpetuum. Quum, fratres karissimi, inimicus humani generis semper laborat superseminare zizania in agro dominicae sationis.

et quos non potest incitare ad grauiora delicta plerumque de minimis occasionibus incedit ad lites et discordias, cauendum est, eis maxime qui in aecclesiasticis ordinibus eminere uidentur, ut publice ac priuatim, quanta uirtute possunt, amputent omnes occasiones per quas inter seruos dei scandala possunt oriri, ut quietam et tranquillam uitam agamur in caritate domini. Quapropter nouerit omnium catholicae aecclesiae cultorum generalis uniuersitas, quod dominus gloriosissimus Eadgarus Anglorum rex, diuina irradiatus lumine, religiosa petitione humilitatis nostrae extremitatem poposcit, propter frequentes monachorum et clericorum simultationes, ut et nos et canonicorum nostrorum communis fraternitas securitatis et incommutabilitatis priuilegium ederemus pro reurentia summi apostolorum principis Petri, ad basilicam ipsius quae dicitur Westmonasterium, ubi reliquiae ipsius uirtutum miraculis coruscant, quamquam multo ante nos tempore, beatus papa Gregorius de eadem re sententiam tulerit, dicens inter alia ; Interdicimus in nomine domini Ihesu Christi ex auctoritate beati Petri apostolorum principis cuius uice huic aecclesiae praesidemus, ut nullus episcoporum uel saecularium ulterius praesumat de redditibus, rebus, uel cartis monasteriorum, uel priuilegiis quae ad ea pertinent, quocumque modo seu qualibet occasione, uel tolos uel immissiones facere ; sed si qua forte occasio inter ea uenerit, et pacifice non poterit ordinari, apud electos abbates et alios patres deum timentes, sine uoluntaria dilatione, mediis sacrosanctis euangeliis finiatur. Inter post pauca ; Missas quoque publicas ab episcopis in coenobiis fieri omnino prohibemus, ne in seruorum dei recessibus, et eorum receptaculis, ulla praebeatur occasio conuentus uel mulierum fiat nouus introitus, quod omnino non expedit animabus eorum ; nec audeant ibi cathedram collocare uel quamlibet protestatem habere imperandi nec aliquam ordinationem, quamuis leuissimam, faciendi, nisi et abbate fuerint rogati, quatinus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate : idem alio loco ; Grauaminis et contra sacerdotale constat esse propositum, cuiusque monasterii priuilegia olim indulta confundere et ad irritum quae sunt pro quiete disposita niti deducere : item Leo papa, Marciano Augusto ; Priuilegia monasteriorum sanctorum patrum auctoritate instituta nulla possunt inprobitate conuelli, nulla nouitate mutari : item ex decretis Anacleti papae ; Priuilegia monasteriorum intemerata et inuiolata perpetuis decreuimus manere temporibus : item beatus Augustinus in libro de aec-

clesiasticis ordinibus docet sub quiete monachos regulariter uiuentes sua singulari lege debere quiescere, et ab omni infestatione clericorum intrepidos permanere, ne saecularis strepitus eos laedat quos districta regula seruitutis domini moderatur : item ex concilio Hispalensi secundo ; Statuimus pari sententia ut coenobia, quae antiquitus instituta sunt, immobili et inconcussa stabilitate permaneant solidata. Si quis autem, quod absit, nostrum uel succedentium sacerdotum quodlibet monasterium aut ui cupiditatis expoliandi aut simulatione aliqua fraudis conuellendi uel dissoluendi temptauerit, anathema effectus, maneat a regno dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei uel operis ad salutem qui tantae et tam salutaris uitae dextruxerit tramitem. Hanc ergo scriptorum illorum sententiam considerantes, uel ideo quia supradicti domini Eadgari regis petitio nobis quasi iussio est, cui difficillimum est resisti, seu pro reuerentia tanti apostoli, cuius patrocinio se ipse commisit, seu ut ipsis monachis secundum sanctum ordinem uiuere liceat et ut tam pro nobis quam pro omnibus aecclesiae nostrae fratribus deum orent, hoc priuilegium plena uoluntate una cum consensu fratrum meorum ipsis concessi, per quod decerno atque ob testificatione diuini nominis interdico, ut nec ego deinceps nec ullus successorum meorum episcoporum Londoniae hoc audeat infringere uel temeraria ausu aliquatenus uiolare, uidelicet ut omnis presbyter uel clericus ex hiis qui in ipso procinctu beatissimi Petri, et omnes illi qui in circumscripto spacio, sicut designant cruces uel fossata uel alia signa, illi aecclesiae seruiunt, sint liberi et absoluti ab omni debito et redditione circadarum et synodorum. Tamen uolumus, et pro amore uel reuerentia sancti Petri concedimus, ut ex nostro uel successorum nostrorum episcopatu sine precio crisma et oleum acipiant. Concedimus etiam illi loco crimiterium liberum, sicut et a regibus ab antiquis temporibus concessum fuerat, ita ut quicunque de quocunque loco uel cuiuscumque conditionis petierit se ibi sepeliri non impediatur uel prohibeatur, uel ab episcopo uel ab archidiacono uel a parochiano suo presbytero. Et si quis eorum presbyter uel clericus, forte, aut occisus, quod absit, aut uulneratus fuerit, aut ex eis omnibus alicuius iniuriae acclamatio surrexerit, quicquid ex hiis omnibus ad nos attinere uidetur, hoc totum abbati qui in ipso sancto loco praefuerit caeterisque fratribus habendum et disponendum concedimus. Si autem, quod absit, etiam de rebus eorum furtum fuerit factum, et abbati uel fratribus uisum fuerit ut examinatio ex

hoc debeat agitari, habebunt licentiam accipiendi a nostro episcopatu benedictum ferrum, uel si qua alia sint instrumenta aut benedictiones ad huiusmodi rem exercendam absque exactione precii a calumpniatore uel calumpniato intra procinctum monasterii tantum, sed extra efferendi ad uillas suas uel causas aliorum agendas non habebunt potestatem. Relaxamus etiam eos qui intra uillam ipsius procinctus commorantur a collecta denariorum quam romescoth appellant, sicut relaxatum est a regibus Offa et Kenulfo et Eadgaro, et omnia quae ad libertatem et exaltationem illius loci per nostram auctoritatem accedere possunt, hilari et prompta uoluntate concedimus. Nimirum cum ego illi sancto loco quasi multorum regum temporibus neglecto praefuerim, quem postea additis ei aliquantis terris uenerabili Wlsino eiusdem loci monacho commendauimus seruandum, quas scilicet terras hic denotare non omittimus. Inprimis circa illud monasterium .v. mansas a uenerabili rege Eadgaro .c.xx. mancusis auri, una cum loco emi, et cum redditibus et cum terris quas antiqui reges, scilicet Offa, Kenulfus, et Alfredus, illi sancto loco benigne dederant. Item .v. mansas in Blekinham, et .vi. in Lowereslege a praefato rege emi. x. mancusis auris et addidi monasterio praefato. Item mercatus sum a uenerabili Aethelwoldo Wintoniensi episcopo .x. mansas, et .x. a quodam Wlnotho milite regis octoginta libris probati argenti, easque sub uno territorio addidi praefato monasterio in loco scilicet qui Hendune dicitur. Item tres cassatos emi a quodam Eadnotho regis ministro. xii. libris in loco qui Codenhleaw nuncupatur, et addidi praedicto loco. Quidam autem minister regis in Middilsex mansitando Aelfwine uocitamine qui adiens limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli Romae scilicet, et gratia inopiae petiit a me quoddam amminiculum, qui commodans ei .xxx. libras argenti suscepi ab eo .viii. mansas cuiusdam telluris in Hanewelle, et addidi loco saepenominato. Item .x. cassatos emi ab Aelfego duce ducentis mancusis auri in loco qui Sunnabiri dicitur et dedi praefato coenobio. Et illam possessionem in Scepertune emi ab Eelfleda uidua .lx. bizancteis nummis, et dedi loco praescripto Item Aelfhelm Wolga pro animae suae remedio .v. mansas largitus est coenobitis in Westminstre conuersantibus in loco qui Bricanndune uulgari uocitamine dicitur. Item Aelfwinus praefectus regis de Kent .iii. cassatos coenobio praefato pro animula sua coniugisque largitus est in loco qui Schollingtune dicitur; et illa possessio in Perham post dies Wlnothi redeat ad praefatum

coenobium quam ab eodem mercatus sum .xxx. mancusis auri. Et illud praediolum in Padingtune aecclesiae pradictas addidi. Item praedium illud in Cofenlea praefatae aecclesiae adieci. Item praedium in Ewelle illi sancto loco in perpetuam perstrinxi possessionem.

Ego Eadgarus rex Anglorum huius libertatis donationem clementer tocius regimen gubernans episcopo Dunstano desiderante libenter concessi et signo sancto regiaque protestate roboraui + in Christi nomine sub horum testimonio quorum nomina flauescunt infra. + Ego Dunstanus, acsi peccator et nomine tantum episcopus, hanc libertatis scedulam impressione sigilli nostri et annuli insuper et agalmate sanctae crucis diligenter consignaui; ac deinde manibus ad coelum extensis dixi, Si quis hanc munificentiae libertatem sanctum praedictumque locum, in terris, uel decimis, uel aliis redditibus, seu in aliquo, nostris et futuris temporibus meliorauerit uel adauxerit, augeat illi deus perpetuitatis beatitudinem, atque in nostris orationibus et benedictione ab omnibus peccatis suis absolutus foeliciter permaneat. Qui uero hanc nostram auctoritatem uel inmunitatem infringere uoluerit, uel alios ad hoc conduxerint, et tam ea quae praeteritis uel nostris temporibus sunt data quam ea quae in futuro a fidelibus danda sunt stolido conamine absumere cogitauerint, uel aliquod amminiculum, aut calices, aut cruces, seu indumenta altaris, uel sacros codices, aurum, argentum, uel qualemcuque speciem ibidem collatam eripere temptauerint, uel alios de rebus illius aecclesiae haereditauerint, fratibusque eiusdem loci uim inferre praesumpserint, uel eos iniuste contristauerint, necnon et hanc scedulam cartulasque regum uel aliorum fidelium ad defensionem et tuitionem loci ibidem data auferre seu euertere studuerint, ignibus aeternis cruciatibus perpetuis illos damus, maledicimus atque excommunicamus, portas coeli eis claudimus, et deleantur nomina eorum de libro uitae, sitque pars eorum cum Iuda domini traditore, nisi resipiscant et tribus annis a communione fratrum sequestrati poenitentiam agant. + Ego Oswoldus Eborum aecclesiae archiepiscopus huius munificentiae conseruatores benedixi; contradictores uero perpetuo dampnaui dicens, Effundat dominus super eos iram suam, et furor irae suae comprehendat eos. + Ego Aelfstanus Roffensis aecclesiae episcopus hanc libertatem augmentantes regi regum commendaui, destructores autem sic dicendo maledixi, Veniat mors super illos, et descendant in inferum uiuentes. + Ego

Aelfagus Wintoniensis aecclesiae episcopus illius loci adauctores Ihesu Christo consignaui, inuasores nempe aeternis cruciatibus tradidi, dicens, Non sit illis pax, non misericordia, non pietas, sed terror infernorum, crudelitas poenarum, impietas cruciatuum. + Ego Escwine episcopus Dorecensis aecclesiae hoc adieci, Erubescant destructores praesentis loci et conturbentur in saeculum saeculi et confundantur et pereant; benefactores autem in aeternum uiuant. + Ego Aethulfus praesul Herefordensis aecclesiae hoc idem hoc dicens affirmaui, Maledicti sint raptores illius sanctae aecclesiae in omnibus operibus suis, et in omnibus uiis suis, et in cunctis adinuentionibus suis prauis; benefactores uero adeo benedicantur. + Ego Aethelsinus episcopus Schiresburnensis aecclesiae supradicta sic conclusi, Quicunque inferior uel sublimior contra hunc libellum quicquam sinistrum audere praesumpserit, uiuus ad inferos raptus inter omnia perpetua mala in perpetuum dampnetur.

Anno ab incarnatione domini .DCCCC^mo^.L^mo^IX^no^. imperii autem gloriosi regis Eadgari .IIII. ego Ealdredus abbas hanc scedulam scripsi, kalendas Aprilis, episcopo Dunstano rogante, quam idem episcopus, Londoniae et Wigorniae necnon et totius Angliae decanus, super altare beati Petri in eadem aecclesia, quae manibus angelicis consecrata dinoscitur, optulit atque ibidem in aeuum propter iniquitates simultationesque futurorum atque inopinata mala quae saepe praedicebat futura eam seruari ad defensionem loci praecepit, indictione uero secunda.

IV

EADWIG, 959

+ Orthodoxorum uigoris aecclesiastici monitu creberrime instruimur, ut illi oppido subiecti suppeditantes famulemur, qui totius mundi fabricam miro ineffabilique serie disponens, microcosmum, Adam uidelicet, tandem quadriformi plasmatum materia almo ad sui similitudinem instinctum spiramine, uniuersis quae in infimis formauerat, uno probandi causa excepto uetitoque, praeficiens Paradisiacae amoenitatis iocunditate conlaterana Eua scilicet comite decentissime collocauit. Laruarica, pro dolor! seductus cauillatione,

uersipellis suasibilisque tergiuersatione uiraginis pellectus anathematis alogia ambro pomum momordit uetitum, et sibi ac posteris, in hoc aerumnoso deiectus saeculo, letum promeruit perpetuum. Uaticinantibus siquidem prophetis, et coelitus superni regis diuturna clandestino praesagia dogmate promentibus nitide orthodoxis, eulogium ex supernis deferens : non ut Iudaeorum seditiosa elingue fatetur loquacitas ; sed priscorum atque modernorum lepidissimam ambiens facundiam, Arrianas Sabellianasque proterendo naenias anagogico infrustrans famine, nosque ab obtunsi coecitate umbraminis ad supernorum alacrimoniam patrimoniorum aduocans, angelus supernis elapsus liminibus in aurem intemeratae uirginis, ut euuangelica promulgant famina, stupenda cecinisse uidetur carmina; cui aecclesia tota, uidelicet catholica, consona uoce altibohando proclamat, ' Beata es uirgo Maria quae credidisti, perficientur in te quae dicta sunt tibi a domino.' Mirum dictu ! incarnatur uerbum, et incorporatur scilicet illud, de quo euuangelista supereminens uniuersorum altitudine sensuum inquit ; ' In principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum, et reliqua.' Quia uidelicet sumpta de uirgine incarnatione antiquae uirginis facinus demitur, et cunctis mulieribus nitidis praecluens taumatibus decus irrogatur. Intacta igitur redolente Christi diuinitate, passaque ipsius humanitate, libertas addictis clementer contigit seruulis. Hinc ego Eadwig altithrono amminiculante Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu triuiatim persistentium basileus, ut huius libertatis altithroni moderatoris clementia merear optinere consortium, coenobio loco celebri qui ab huius prosapiae solicolis Aebbandun nobili nuncupatur uocabulo situm, genitricique domini nostri semper uirgini Mariae, necnon beato Petro apostolorum principi eiusque coapostolo Paulo dedicatum habetur, monachis regulariter degentibus monastici aeternam priuilegii concedo libertatem, quatenus post decessum Aetheluuoldi abbatis egregii, cuis temporibus haec libertatis restauratio Christo suffragante concessa est, quem sibi uniuersa praefati coenobii congregatio apto elegerit consilio, secundum regularia beati Benedicti instituta, abbatem, iuste ex eodem fratrum cuneo eligens constituat. Huius priuilegii libertas deinceps usu perpetuo a cunctis teneatur catholicis, nec extraneorum quispiam tyrannica fretus contumacia in praedicto monasterio ius arripiens exerceat potestatis, sed eiusdem coenobii collegium perpetuae ut praedixi libertatis glo-

rietur priuilegio. Sit autem praefatum monasterium omni terrenae seruitutis eodem tenore liberum, quo a praecessoribus nostris catholicis, a sancto Leone uidelicet papa, et Coenulfo rege catholico, uetusto continetur priuilegio Rethuno abbate obtinente solutum; agri equidem qui ad usus monachorum domino nostro Ihesu Christo eiusque genitrici Mariae priscis modernisque temporibus a regibus et religiosis utriusque sexus hominibus, et a meipso meoque patruo Eadredo rege fidelissimo restituendo iure concessi sunt, eiusdem perpetualiter sint libertatis. Nam rex praefatus, rus quod Abbendum nuncupatur, quod rex Ceadwala domino nostro eiusque genitrici Mariae priscis temporibus deuoto concesserat animo in quo praedecessores nostri, diabolica decepti auaritia, aedificium regale sibi iniuste construxerant, aecclesiae dei restituens, interdixit ut regum nemo inibi pastum requireret, nec aedificium in sempiternum construeret; quod ego Eadwig Anglorum basileus, optimatum meorum usus consilio, tam meis quam meorum successorum temporibus fixum in nomine patris et filii et spiritus sancti fieri in aeternum praecipio. Si quis uero tam epilempticus, philargyriae seductus amentia, quod non optamus, hanc nostrae munificentiae dapsilitatem ausu temerario infringere temptauerit, sit ipse alienatus a consortio sanctae dei aecclesiae, necnon et a participatione sacrosancti corporis et sanguinis Ihesu Christi filii dei, per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus est; et cum Iuda Christi proditore sinistra in parte deputatus, nisi prius hic digna satisfactione humilis poenituerit quod contra sanctam dei aecclesiam rebellis agere praesumpsit, nec in uita hac practica ueniam, nec in theorica requiem apostata obtineat ullam, sed aeternis barathri incendiis trusus cum Anania et Saphira iugiter miserrimus crucietur. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LIX. indictione .III°. regni autem mei .III°.. XVI. kalendas Iunii scripta est huius munificentiae syngrapha, his testibus consentientibus, quorum secundum uniuscuiusque dignitatem caraxantur.

+ Ego Eadwig Britanniae Anglorum monarchus praeformatas propinquorum sed et regum donationes hoc taumate agiae crucis roboraui. + Ego Odo Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis beniuolentiam subscripsi. + Ego Eadgiuu eiusdem regis aua hanc donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Osulf plebis dei famulus canonica subscriptione manu propria firmaui. + Ego Brihthelm episcopus iubente rege signum

sanctae crucis impressi. + Ego Aelfwold praesul trophaeum agiae crucis imposui. + Ego Brihthelm antistes testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Daniel pontifex consensum praebui figens crucem. + Ego Aelfheah dux donum eiusdem regis confirmaui. + Ego Aethelwold abbas hoc eulogium manu propria apicibus depinxi. + Ego Aelfric abbas crucis uexillo corroboraui. + Ego Aelfwold abbas crucis modum manu propria infixi. + Ego Eadmund dux consensi et subscripsi. + Ego Wulfgar custos + Ego Aescwig custos. + Ego Aelfnoth custos. + Ego Aelfgar minister. + Ego Brihtferth minister. + Ego Eadric minister. + Ego Wulfgar discifer. + Ego Aethelsige pincerna. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Lefincg minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Cyneric minister. + Ego Wihtsige minister. + Ego Leofa minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Leofstan minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aethelweard minister + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Osweard minister. + Ego Osulf minister. + Ego Osuuig minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Aelfsige minister + Ego Aethelsige minister. + Ego Wulfhere minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aelfmaer minister. + Ego Ordwold minister. + Ego Ordnoth minister. + Ego Aelfheah minister. + Ego Eadred minister. + Ego cyneric minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Ealdred minister. + Eago Eanulf minister + Ego Aelfnoth minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Wulfric minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Ceolheah minister. + Ego Brihtric minister + Ego Aethelwold minister. + Ego Leofincg minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aetheric minister. + Ego Brihthelm minister. + Ego Aelfweard minister. + Ego Eadric minister. + Ego Brihtwald minister. + Ego Aethelferth minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfmaer minister. + Ego Eadulf minister. + Ego Sigelm minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aethelm minister.

V

EADGAR, 959

+ In hoc etenim mortali saeculo nichil prolixa foelicitate fruitur, nichil diuturna dominatione potitur, nichil quod non ad fatalem uitae terminum rapido cursu tendatur. Ideoque ut orthodoxorum demonstrant exempla, ita nobis mundanarum rerum patrimoniae sunt perfruendae, ut tamen aeternae patriae emolumentis numquam fraudemur. Quamobrem ego Eadgard tocius Albionis gubernator et rector, cuidam ministro michi ualde fideli qui a peritis noto nuncupatur uocabulo Aelfwine, quandam telluris particulam sub aestimatione .x. scilicet cassatorum, qui ab huiusce prosapiae solicolis aet West Clearan usitato nuncupatur uocabulo, prona ammodum deuotione aeterna largitus sum haereditate, quatinus ipse cum omnibus utensilibus, pratis, uidelicet, pascuis, siluis, hilariter uoti compos perfruatur; et post uitae terminum quibuscumque uoluerit cleronomis inmunem derelinquat. Sit autem praedicta tellus, quam ego cum consensu optimatum meorum praefato largitus sum ministro, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem, laruarico instinctus spiritu, hoc donum uiolare immutareue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis, cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. His limitibus praefatum rus hinc inde gyratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LVIIII. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

Ego Eadgar rex hoc donum concessi. + Ego Dunstan arhiepiscopus consensi. + Ego Oscytel archiepiscopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus subscripsi. + Ego Athulf episcopus corroboraui. + Ego Byrhtelm episcopus adquieui. + Ego Aelfwold episcopus subscripsi. + Ego Byrhtelm episcopus confirmaui. + Ego Aethelwold abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Byrhtferth minister.

+ Ego Aethelsige minister. + Ego Eadric minister. + Ego Oswig minister. + Ego Osweard minister. + Ego Osulf minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelwig minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Aelfwold minister. + Ego Sigeferth minister.

VI

EADGAR, 960

+ Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura, dicens, 'Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus reuertar illuc;' et iterum, 'Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus.' Quapropter lubrici potentatus non immemor, ego Eadgar, Christo conferente, rex et primicerius tocius Albionis regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam uicenis comparatam cassatis cui uocabulum certa astipulatione Draegtun profertur, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi, in in loco qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi, ut nemo successorum nostrorum, superioris uel inferioris gradus, hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat, Praedictarum enim mansarum .xx. scilicet, patruus meus Eadredus rex, uni pridem militi deuoto, Eadunoldo nomine, in aeternam largitus est haereditatem, et postea ipso iam ex hac uita migrante eidem restituit coenobio. Sit autem praedicta tellus, quam ego, cum consensu optimatum meorum, praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet, expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem laruarico instinctus spiritu hoc donum uiolare immutareue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. His metis praefatum rus hinc inde gyratur .. Anno dominicae incarnationis .DCCC.LX. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina notantur.

+ Ego Eadgar Anglorum basileus corroboraui. + Ego Dunstan archiepiscopus confirmaui. + Ego Oscytel archiepiscopus corroboraui. + Ego Osulf episcopus adquieui. + Ego Athulf episcopus consolidaui. + Ego Byrhthelm episcopus confirmaui. + Ego Atheluuold abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aetheluuold dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfuuig minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Eadric minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Osuueard minister. + Ogo Osuuig minister. + Ego Osulf minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Aelfsige minister.

VII

EADGAR, 961

+ Egregius agonista sermocinatus est in scripturis diuinis, dicens, ‘ Omnia quae uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna.’ Iccirco superflua utentibus diuinus sermo ut suprataxati sumus terribiliter praemonet, ut huius saeculi caduca contempnentes spiritualiaque imitantes coelestia properemus ad regna. Quamobrem ego Eadgar, desiderio regni coelestis exardens, fauente superno numine, basileus industrius Anglorum cunctarumque gentium in circuitu persistentium, quandam ruris partem, id est quinque mansas, illo in loco qui noto uocabulo Afintum nominatur, dignatus sum largiri, pro animae meae redemptione, ad monasterium quod dicitur Uetustissimum quod in Wenta positum sanctis apostolis Petro et Paulo dedicatum est, ut grex inibi deo seruiens iugiter illam libere possideat terram, cum omnibus ad se pertinentibus. Fiat enim praefata terra ab omni seruili iugo libera, cum omnibus sibi rite pertinentibus exceptis his tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Denique uero si quis, nobis non optantibus, nostrum hoc donum uiolari fraudulenter perpetrando consenserit, consideret hinc se die ultima iudicii coram deo rationem redditurum atque cum reprobis quibus dicitur, ‘ Discedite a me maledicti in ignem aeternum,’ poenis atrocibus esse passurum, si non antea corporea lamentatione emendauerit. Istis terminis prae-

dicta terra circumgyrata esse uidetur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXI. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum corroboraui. + Ego Dunstan archiepiscopus concessi. + Ego Oscytel archiepiscopus confirmaui. + Ego Bryhthelm episcopus subscripsi. + Ego aethelwold abbas. + Ego Aelfeah dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Eadmund dux.

VIII

EADGAR, 961

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Nunc ergo dum tempus est ueniae festinemus laqueum totis nisibus deuitare mortis, dumque carnale possidemus patrimonium spiritale exerceatur mercimonium, quo inter angelicos coros mereamur adipisci gaudia sine fine mansura. Quapropter ego Eadgar rex, tocius Brittanniae gubernator et rector, dedi cuidam meo fideli ministro quem uocitant nonnulli noto uocamine Athulf, .X. mansas in illo loco ubi iamdudum solicolae illius regionis nomen imposuerunt aet Chenelmestune, cum licentia Byrhtelmi episcopi et familiae aecclesiae, in ea ratione, ut reddat iusticiam aecclesiae, id est .I. cyricsceat, et .V. scindlas, et .I. bord, omni anno, ut habeat ac possideat quamdiu uiuat, et post se duobus haeredibus derelinquat ; et post illorum trium uitam aecclesiae sancti Petri derelinquat, a qua prius concessa fuit. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Si quis autem reprobus falsis machinationibus per aliquam scripturam nostrum donum subuertere conatus fuerit, sit ipse in profundum chaos igneis nexibus mancipatus, et eius memoria caligine mortis obtecta, nisi hic assiduis precibus prius obtabilem consequi mereatur indulgentiam. Istis terminis ambitur praedicta tellus... Haec carta scripta est anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXI. indictione .IIII.

+ Ego Eadgar rex Anglorum praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem

regis donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Byrhtelm Wintoniensis aecclesiae episcopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Osulf episcopus consignaui. + Ego Oswold episcopus consensi. + Ego Athulf episcopus subscripsi. + Ego Aelfwold episcopus conclusi. + Ego Aethelwold abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aethelwold dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Osweard minister. + Ego Osulf minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Aethelwine minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Wulfstan minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Wihtsige minister. + Ego Aelfwig minister.

IX

EADGAR, 961

+ In summi tonantis onomate ! Cum cuius hic transeuntis mundi foelicitas in aduersis successionibus sedulo permixta et conturbata perspicitur, et uniuersa uisibllia atque delectabilia ornamenta huius cosmi cotidie ab ipsis amatoribus trunseunt, et idcirco foelices quique ac sapientes cum his transitoriis mundi diuitiis iugiter mansura gaudia adipisci desidera[n]t : Quapropter ego Eadgar tocius Brittanniae gubernator et rector, quandam ruris particulam .III. uidelicet cassatos, loco qui celebri Hamstede nuncupatur uocabulo, cuidam ministro mihi opido fideli, qui ab huiusce patriae gnosticis nobili Eadric appellatur uocabulo, pro obsequio eius deuotissimo perpetua largitus sum haereditate, ut ipse uita comite cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, uoti compos habeat ; et post uitae suae terminum quibuscumque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iudo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione pontis arcisue restauratione. Si quis autem hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus

puniatur, si non satisfactione emandauerit congrua quod contra nostrum decretum deliquit. His metis praefatum rus hinc inde gyratus. Anno dominicae incarnationis DCCCC.LXI. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina notantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus. + Ego Oscutel archiepiscopus. + Ego Osulf episcopus. + Ego Burhthelm episcopus. + Ego Aethulf episcopus. + Ego Osuuold episcopus. + Ego Aetheluuold episcopus. + Ego Aelfere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Byrthnoth dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfuuine minister, + Ego Burthferth minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aetheluuine minister, + Ego Uulfhelm minister. + Ego Aethelsige minister.

X

EADGAR, 961

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Omnium uisibilium et inuisibilium rerum creatore in perpetuum regnante, et a summo coeli fastigio omnia regnorum iura disponente ! Cunctis ea quae sunt uera cernentibus, manifestum est quod praesentis uitae prosperitas mundi strepitu deficiendo corrumpitur. Nunc igitur de rebus temporalibus si bene dispensentur aeterna iusticia comparatur. Unde ego Eadgar, basileus Anglorum cunctarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo fideli ministro uocitato nomine Aelfrico .IX. mansuas perpetualiter concedo, illic ubi Anglica appellatione dicitur aet Aetherediugetune. Habeat autem possideatque meum regale donum quamdiu uiuat; et post se cuicumque noluerit haeredi aetornaliter derelinquat. Sit autem praedicta terra ab omni mundiali obstaculo libera, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in minimis, campis, pascuis, pratis, siluis, sine expeditione, et pontis arcisue instructione. Si quis autem infringere certauerit, quod absit, sciat se reum omni hora uitae suae, et tenebrosum Tartarum non euadere, nisi prius hic digna satisfac-

tione emendare maluerit. Istis terminis ambitur praedicta tellus... Acta est haec donatio, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXI. indictione III.

+ Ego Eadgar rex Anglorum praefatam donationem concessi + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem (taumate agiae crucis impressi. + Ego Byrhtelm Uuintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis subscripsi et confirmaui. + Ego Osulf episcopus consignani. + Ego Osuuold episcopus corroboraui. + Ego Aelfuuold episcopus non renui. + Ego Athulf episcopus subscripsi. + Ego Cynsige episcopus adquieui. + Ego Aelfstan episcopus conclusi. + Ego Aetheluuold episcopus consensi. + Ego Aelfuuold episcopus consensi. + Ego Aelfere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aetheluuod dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Birh[t]ferth minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aelfsie minister. + Ego Osuueard minister. + Ego Osulf minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Aetheluuine minister. + Ego Uulfhere minister. + Ego Aelfuuig minister. Ego Uuihtsige minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Ealdred minister.

XI

EADGAR, 961

Uniũersa sacri eloquii oracula crebris nos instruunt ammonitionibus, ut ei deuoti toto famulemur adnisu qui diuino omnia fundans uerbo microcosmum, hominem scilicet, quadriformi plasmatum materia, omnigenae tocius cosmi praefecit creaturae. Nam diuiuae auctoritas scripturae multifido nos exhortatur monitu, dicens, ‘ Nudus egressus sum ex utero matris meae, et nudus reuertar illuc ;’ et iterum, ‘ Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus’. Quapropter lubrici potentatus non immemor, ego Eadgar, Christo conferente tocius Albionis basileus, regni fastigio humili praesidens animo, ob remunerationem praemii maioris, aliquantulam ruris particulam, quinquaginta uidelicet

cassatos, loco qui celebri Hysseburna nuncupatur onomate, Abbandunensi aecclesiae beatae dei genitrici semperque uirgini Mariae honorifice dicatae,ad monachorum usus inibi regulariter degentium dominoque nostro deuote scribentium, cum omnibus ustensilibus quae deus coelorum in ipsa telluris edidit superficie, pratis uidelicet, pascuis, siluis, siluarumque nemoribus, aeterna largitus sum haereditate ; praedia utique .XIII. quae Uintoniensi sita sunt urbe ad rus praefatum pertinentia eadem libertate praefatae dei aecclesiae, admodum deuoto, Aetheluuoldo obtinente eiusdem loci abbate, plauda[n]t. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue recuperatione. Si quis autem praescriptis statutis noluerit consentire aut obedire, sciat se alienum esse a consortio sanctae dei aecclesiae et a corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi, per auctoritatem beati Petri apostoli sociorumque eius, nisi prius hic digna emendauerit poenitentia ante mortem. His metis praefatum rus hinc inde gyratur... Nam .VIII. ex his .L. paruo interiacente capedine suis semotim gyrata terminis dirimuntur ut superius lucide praenotatum esse uidetur. Anno dominicae incarnationis, D.CCCC.LXI. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar Britanniae Anglorum monarchus hoc taumate agiae crucis roboraui. + Ego Dunstan Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis beneuolentiam concessi. + Ego Oscutel Eboracensis basilicae primas inseguis hoc donum regale confirmaui. + Ego Osulf praesul canonica supscriptione manu propria hilaris subscripsi. + Ego Byrhtelm plebis dei famulus iubente rege signum sanctae crucis laetus impressi. + Ego Athulf pontifex testudinem agiae crucis intepidus hoc donum corroboraui. + Ego Aelfstan antistes trophaeum sanctae crucis consolidaui. + Ego Osuuold legis dei catascopus hoc eulogium propria manu depinxi. + Ego Aetheluuold abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aetheluuold dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethlmund dux. + Ego Aelfgar minister, + Ego Aelfuuine minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aetheluuine minister. + Ego Osuueard minister. + Ego Aethelsige minister. + Ogo Osulf minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego

Aelsige minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Ealdred minister + Ego Aelfuuold minister.

XII

EADGAR, 961

+ Almus totius cosmi fabricae conditor superna infimaque miro ineffabilique ordine collocans hominem tantumdem quadriformi plasmatum materia, sancto ad sui similitudinem inspiratum flamine cunctis quae in infimis creauerat, uno probandi causa excepto uetitoque, praeficiens Paradisiacae iocunditatis amoenitate cum sua coniuge luculentissime constituit ; qui, pro dolor ! daemoniaco instinctus spiramine, sibi ac posteris, in hoc aerumpnoso deiectus saeculo, mortem promeruit perpetuam. Quamobrem ego Eadgar totius Brittanniae gubernator et rector, ut huius miseriae repagulum quam protoplastus inretitus promeruit, domini nostri Ihesu Christi gratia redemptus euadere queam, quandam ruris particulam .xx. uidelicet, cassatos, loco qui celebri Burhbece nuncupatur onomate, Abbandunensi aecclesiae beatae dei genitrici semperque uirgini Mariae honorifice dicatae ad monachorum usus inibi regulariter degentium dominoque nostro denuote seruientium, cum omnibus ustensilibus quae deus coelorum in ipsa telluris edidit superficie, pratis uidelicet, pascuis, siluis, siluarumque nemoribus aeterna largitus sum haereditate. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXI. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar Britanniae Anglorum monarchus hoc taumate agiae crucis roboraui. + Ego Dunstan Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis beniuolentiam concessi. + Ego Oscu-

tel Eboracensis basilicae primas insignis hoc donum regale confirmaui. + Ego Osulf praesul canonica subscriptione manu propria hilaris subscripsi. + Ego Byrhtelm plebi[s] dei famulus iubente rege signum sanctae crucis laetus impressi. + Ego Athulf pontifex testudinem agiae crucis intepidus hoc donum corroboraui. + Ego Aelfstan antistes trophaeum sanctae crucis hanc regis donationem consolidaui. + Ego Oswold legis dei catascopus hoc eulogium propria manu depinxi. + Ego Aetheluuold abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aetheluuold dux. + Ego Byrh[t]noth dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Aethelmund dux. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aetheluuine minister. + Ego Osuueard minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Osulf minister. + Ego Uulfgar minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Uulfhelm minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Ealdred ministrer. + Ego Aelfuuold minister.

XIII

EADGIFU, 961

+ Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXI. Ego Eadgyua regina et mater Eadmundi et Eadredi regum, pro salute animae meae, concedo aecclesiae Christi in Dorobernia monachis ibidem deo seruientibus has terras, Meapeham, Culinges, Leanham, Peccham, Fernlege, Munccetun, Ealdintun, liberas ab omni saeculari grauitate, exceptis tribus, pontis et arcis constructione, expeditione. Qualiter autem istae terrae michi uenerunt, operae pretium duxi intimare omnibus, scilicet Odoni archisacerdoti tociusque Britanniae primati, et familiae Christi, id est monachis in Dorobernia ciuitate. Contigit aliquando patrem meum Sigelmum habere necessitatem .XXX. librarum quas a quodam principe nomine Goda mutuo accepit, et pro uadimonio eidem dedit terram quae nominatur Culinges, qui tenuit eam septem annis. Septimo itaque anno expeditio praeparabatur per omnem Cantiam, cum qua Sigelmum patrem meum ire oportuit; cum uero se pararet uenerunt illi in

mente .xxx. librae quas Godae debebat, quas statim ei reddere fecit. Et quia nec filium nec filiam nisi me habuit, haeredem me fecit illius terrae et omnium terrarum suarum, et libros michi dedit. Forte tunc euenit patrem meum in bello cecidisse ; postquam autem idem Goda audiuit defunctum in bello esse, negauit sibi triginta libras persolutas fuisse, terramque quam pro uadimonio a patre meo accepit detinuit fere per sex annos. Sexto uero anno quidam propinquus meus nomine Byrhsige Dyring coepit instanter aperte conqueri apud optimates et principes et sapientes regni de iniuria propinquae suae a Godone facta. Optimates autem et sapientes pro iusticia inuenerunt, et iusto iudicio decreuerunt quod ego, quae filia et haeres eius sum, patrem meum purgare deberem, uidelicet sacramento, .xxx librarum, easdem triginta libras patrem meum persoluisse ; quod, teste toto regno, apud Agelesford peregi ; sed non tunc quidem potui terram meam habere, quoadusque amici mei regem Eaduuardum adierunt, et illum pro eadem terra requisierunt. Qui uidelicet rex eidem Godoni, super omnem honorem quem de rege tenuit, praedictam terram interdixit, sicque terram dimisit. Non multo autem post tempore contigit eundem Godonem coram rege ita inculpari, quod per iudicium iudicatus sit perdere omnia quae de rege tenuit, uitamque eius esse in iudicio regis. Rex autem dedit eundem michi et omnia sua cum libris omnium terrarum suarum, ut de eo facerem secundum quod promeruit. Ego autem pro timore dei non ausa fui reddere ei secundum quod contra me promeruit, sed reddidi ei omnes terras suas excepta terra duorum aratrorum apud Osterland ; libros autem terrarum non reddidi ei, probare enim uolui quam fidem de beneficio contra tot iniurias michi ab eo illatas tenere uellet. Defuncto autem domino meo rege Eaduuardo, Aethelstanus filius suscepit regnum, quem uidelicet regem requisiuit idem Godo ut pro eo me rogaret quatinus ei redderem libros terrarum suarum. Ego autem libenter, deuicta amore, uidelicet regis Aethelstani, ei omnes libros terrarum suarum reddidi, excepto libro de Osterlande, quem scilicet humiliter bona uoluntate dimisit. Insuper pro se et omnibus parentibus suis, natis et nondum natis, nuncquam quaeremoniam facturos de praedicta terra, secum acceptis undecim comparibus suis, michi sacramentum fecit. Hoc autem factum est in loco qui nominatur Hamme iuxta Laewes. Ego autem Eadgyua habui terram cum libro de Osterlande diebus duorum regum Aethelstani et Eadmundi filiorum

meorum ; Eadredo quoque rege filio meo defuncto, despoliata sum omnibus terris meis et rebus. Duo quoque filii iam saepenominati Godonis, Leofstanus et Leofricus, abstulerunt michi duas superius nominatas terras Culinges et Osterlande, ueneruntque ad puerum Eaduuium, qui tunc nouiter leuatus est in regem, et dixerunt se maiorem iusticiam in illis terris habere quam ego. Remansi ergo illis terris et omnibus aliis priuata usque ad tempora Eadgari regis. Qui cum audisset me ita dehonestatam ac despoliatam, congregatis principibus et sapientibus Angliae, intellexit enim me cum magna iniusticia rebus et terris meis despoliatam, idem rex Eadgarus restituit mihi terras meas et omnia mea. Ego autem licentia et consensu illius testimonioque omnium episcoporum et optimatum suorum, omnes terras meas et libros terrarum propria manu mea posui super altare Christi quae sita est in Dorobernia. Si quis hanc meam donationem a iure praedictae ecclesiae auferre conatus fuerit, auferat ei omnipotens deus regnum suum.

Confirmatio. Ego Aethelredus, dei opitulante misericordia totius Anglicae gentis regimen tenendo, priuilegiis auditis ueter[a]norum sapientum, cordis tactus compunctione, archipraesuli exhortatione Alfrici, ad animae commodum deputamus nostrae, quin praedecessorum nostrorum decreto firmemus, hoc aeternaliter statuentes ut impii quique a priuilegiis praedictis Christo tonanti quid auferentes, sub anathemate in aeternum cum diabolo puniantur. Qui uero hanc libertatem augendo firmauerit illaesam, piissimo liberetur a domino, cum nouissima insonuerit tuba, reddens cuique secundum opera sua.

XIV

EADGAR, 962

+ In onomate almae et indiuiduae trinitatis ! Cuncta saeculorum patrimonia incertis nepotum haeredibus relinquuntur, et omnis mundi gloria adpropinquante uitae huius termino ad nichilum reducta fatescit. Idcirco terrenis caducarum possessionibus semper mansura supernae patriae emolumenta adipiscentes domino patrocinante lucranda decreuimus. Quamobrem ego Eadgar tocius Brittanniae basileus, instinctu dei monitus, magno animi conamine

procuraui, ut omnia praesentis uitae commoda Abbendunensi monasterio, quod ego creatoris nostri iuuamine regulari uitae restauraui, per nostram largifluam donationem deuote largirentur. Unde uineam circa Waecet sitam cum uinitoribus, rusque sibi pertinens suis gyratum terminis, censum quoque regale coenobium praefatum per singulos annos decorandum aet Suthhamtune ; unius aeque nauis piscationem et regale uectigal aet Hwitan Clife ; alterius autem aet Pormonna hythe ; unam capturam et salinum, unamque terrae mansam, et ex regis nemore capturae restaurationem quae Brunuuic wer nuncupatur, domino nostro Ihesu Christo eiusque genitrici Mariae, ad usus monachorum inibi degentium, ob facinorum nostrorum ueniam et aeternae beatitudinis praemium, Aethelnuoldo abbate obtinente, aeterna largitus sum haereditate. His monachorum cuneis communiter locupletatus donis regularem tripudians seruando custodiam in domino iugiter uoti compos hilarescat, crebraque dominum supplicatione pro nostris intercedendo excessibus ueniam impetrans, sedulo deprecetur. Qui autem hanc nostram munificentiae dapsilitatem augere uoluerit, augeat dominus uitam et prosperitatem eius hic et in aeuum. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXII. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar Anglorum basileus hoc donum agiae crucis taumate hilariter corroboraui. + Ego Dunstan archiepiscopus tanti regis beniuolentiam almae crucis impressione consignaui. + Ego Oscutel archiepiscopus hoc eiusdem regis donum tripudians crucis designaui indiculo. + Ego Osulf gratia dei episcopus dilecti regis largifluam dapsilitatem crucis signaculo roboraui. + Ego Byrhtelm dono dei episcopus tantae consulens largitati crucis signaculum deuotus impressi. + Ego Aelfuuold episcopus. + Ego Byrhtelm episcopus. + Ego Osuuold episcopus. + Ego Aelfstan episcopus. + Ego Athulf episcopus. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Beorhtnoth dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfuuine

minister. + Ego Uulfhelm minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfsige minister.

XV

EADGAR, 962

+ Altithrono in aeternum regnante ! Uniuersis sophiae studium intento mentis conamine sedulo rimantibus liquido patescit quod huius uitae periculis nimio ingruentibus terrore ricidiui terminus cosmi appropinquare dinoscitur ; ut ueridica Christi promulgat sententia qua dicit, ' Surget gens contra gentem, et regum aduersus regnum', et reliqua. Quamobrem ego Eadgar totius Brittanniae basileus, quandam telluris particulam, .III. uidelicet cassatos, loco qui celebri aet Hennerithe nuncupatur uocabulo, sanctae dei aecclesiae beatae dei genitrici semperque uirgini Mariae in Abbendune dicatae, perpetua largitus sum haereditate, cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur... Anno dominicae incarnatis .DCCCC.LXII. scripta est haec carta.

+ Ego Eadgar rex Anglorum concensi. + Ego Dunstan archiepiscopus corroboraui. + Ego Oscutel archiepiscopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus consolidaui. + Ego Byrhtelm episcopus confirmaui. + Ego Aethulf episcopus corroboraui. + Ego Aetheluuod abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelfstan. + Ego Aetheluuold dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aefgar minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aetheluuine minister. + Ego Uulfhelm minister.

XVI

BEORHTRIC ET AELFSWYTH, 962

+ Haec est ultima commendatio, siue rerum suarum pro deo distributio, quam fecerunt simul Brihtricus et Aelfsuuitha uxor eius, appropinquante die mortis eorum, in uilla quae uocatur Meapeham, testibus his praesentibus de propriis parentibus suis, uidelicet, Uulfstano cognomine Ucca, et Uulfsio fratre eius, et Siredo filio Aelfredi, et Uulfsio cognomine Blaca, et Wine presbytero et Aelfgaro in Meapaham, et Wulfeg filio Ordegi, et Aelfego fratre eius, et Brihtwara Aelfrici relicta, et Bryhtrico eius consanguineo et Aelfstano episcopo. Primum naturali domino suo regi armillam auream, quae habebat octoginta mancas auri, et unum handseax tantundem auri habentem, et quattuor equos, duos ex eis optime faleratos, et duos gladios optime adornatos, et duos accipitres, et omnes canes suos uenaticos; et dominae suae reginae armillam unam, quae habebat triginta mancas auri, et unum equum emissarium, eo pacto ut adiuuaret eum apud regem quatinus ista commendatio siue distributio rerum suarum firma et stabilis esset post mortem suam; et pro anima sua, et omnium antiquorum suorum, dedit aecclesiae sancti Andreae duas sullingas terrae in Danituna; et ipsa Aelfsuuitha similiter dedit eidem aecclesiae sancti Andreae pro anima sua et omnium parentum suorum duas sullingas terrae quae uocantur Langafelda; et praeter haec dedit eidem aecclesiae .xxx. mancas auri, et unam torquem auream de .xl. mancis auri, et unam cupam argenteam, et dimidiam uittam capitis auream, et omni anno in diebus anniuersariorum suorum ordinauerunt seruitoribus aecclesiae sancti Andreae firmam duorum dierum de terra illa quae uocatur Haesleholt, et duorum dierum de Uuotringeberia, et duorum dierum de Baerlinges, et duorum dierum de Herigetesham; et aecclesiae Christi Cantuariae dederunt sexaginta mancas auri, .xxx. archiepiscopo, .xxx. conuentui fratrum, et unam torquem auream quae habebat octoginta mancas auri, et duas cuppas argenteas, et terram illam quae uocatur Meapeham; et aecclesiae sancti Augustini dederunt .xxx. mancas auri, et duas cuppas argenteas, et dimidia uittam auream; et terram illam quae uocatur Daerente dederunt Brihtuuarae in die-

bus uitae eius tantum, et post mortem eius aecclesiae sancti Andreae pro se et antecessoribus suis; et Baerlinges dederunt cuidam nomine Wulfego tali pacto ut ipse daret inde omni anno decies centum denarios pro se et pro antecessoribus suis aecclesiae sancti Andreae; et cuidam Wulfsio dederunt Wotryngebyri, sibi et suae progeniei in haereditatem futuram; et Siredo Haeselholt; et Wulfego et Aelfego fratri suo Hergetesham in haereditatem futuram; et cuidam Wulfstano cognomine Ucca, terram quae uocatur Wolcnestede; et illas .x. hydas terrae quae sunt in Straettuna dederunt monasterio de Wolcnesteda; et post mortem Bryhtwarae terram de Falcheham dederunt aecclesiae sancti Andreae, et Bromlegam similiter post mortem eius, sicut Aelfricus dominus eius dederat eam eidem aecclesiae; similiter dederunt et Snodilande eidem aecclesiae; post mortem Brihtwarae, sicut Aelferus filius Aelfrici eam prius dederat ipsi aecclesiae, et ipse postea per testimonium Eadgyuae reginae et Odonis et archiepiscopi et Aelfegi filii Aelfstani et Aelfrici fratris eius et Aelfnothi cognomine Pilia et Coduuini de Fecham et Eadrici de Ho et Aelfsi presbyteri de Croindene; et cuidam Wulfstano dederunt .LX. mancas auri diuidere pauperibus, pro animabus suis: et cuidam Wulfsio tantundem diuidere pro animabus eorum, et cum deo agant iudicium nisi fideliter fecerint. Ego Brihtricus pro dei amore rogo dominum meum dulcissimum ut ista nostra donatio inuiolabilis permaneat, nec eam a quoquam uiolari permittat. Similiter rogamus et petimus omnes amicos dei quatinus nobis adiutores in hac re existant. Et quicunque eam aliquatenus uiolare praesumpserint, ab ipso domino Christo iudice aeternum recipiant iudicium. Et qui eam inuiolabilem conseruauerint, deum sibi sentiant affore propitium.

XVII

EADGAR, 963.

+ Cuncta saeculorum matrimonia incertis nepotum haeredibus relinquuntur, et omnis mundi gloria, appropinquante debitae mortis termino, ad nichilum reducta fatescit. Huius rei gratia terrenis caducarum rerum possessionibus semper mansura supernae patriae emolumenta adipiscentes domino iuuante lucremur. Quapropter

lubrici potentatus non immemor, ego Eadgar, Christo conferente rex et primicerius tocius Albionis regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam .IIII. uidelicet cassatos, loco qui celebri aet Easthealle profertur, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi in loco qui dicitur Abbendun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi, ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXIII. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina notantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus corroboraui. + Ego Oscutel episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus consolidaui. + Ego Byrhtelm episcopus corroboraui. + Ego Osuuold episcopus adquieui. + Ego Aetheluuold abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aescuuig abbas. + Ego Aelfuuold abbas. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Beorhtnoth dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Uulfhelm minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Aelfric minister.

XVIII

EADGAR, 963.

+ Altithrono in aeternum regnante ! Uniuersis sophiae studium ntento mentis conamine sedulo rimantibus liquido patescit, quod

huius uitae periculis nimio ingruentibus terrore, recidiui terminus cosmi appropinquare disnoscitur; ut ueridica Christi promulgat sententia, qua dicit, ' Surget gens contra gentem, et regnum aduersus regnum, ' et reliqua. Quamobrem ego Eadgar totius Britanniae basileus, quandam telluris particulam .XXIIII. uidelicet cassatos, loco qui celebri aet Wasingatune nuncupatur onomate, cuidam praesuli qui ab huiusce patriae gnosticis noto Aetheluuold nuncupatur uocabulo, ob aeternam animae meae remunerationem, perpetua largitus sum haereditate; ut, uita comite, uoti compos possideat, et post uitae suae terminum quibuscumque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus a consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXII. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus corroboraui. + Ego Oscutel archiepiscopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus consolidaui. + Ego Eadelm episcopus adquieui + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Athelstan dux. + Ego Atheluuine dux. + Ego Eadmund dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Uulfhelm minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Aelfsige minister.

XIX

EADGAR, 964.

+ Coelestis patriae perfrui uoce quimus euangelica, transitoria si contempnentes adhibeamus perpetua ! Tripudians etenim huius sophiae munere fretus, ego Eadgarus gentis Anglorum et barbaro-

rum atque gentilium rex ac praedux, in laude Christi dicentis erunt duo in carne una, lateraneae meae mihique dilectae cui nomen Aelfthryth, regni mei cuiusdam ruris numen .x. mansarum in aeternam impertitus sum traditionem, ibidem qui priscorum uocibus nuncupatur aet Eastune. Haec igitur tellus praefatam omnibus cum appendiciis siluis et campis, pascuis atque pratis, meorum consilio satellitum, pontificum, comitum, militum, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi. DCCCC.LXIIII. anno .v. imperante me, suprataxatae lateraneae meae tanta libertate concessi, ut possideat ueluti quamdiu uixerit absque mundiali tributo; post mortem uero carnis, cuicumque sibi placuerit haeredi derelinquat et tribuat in aeternam haereditatem. Si autem, quod absit, aliquis, diabolico inflatus spiritu, hunc meae compositionis ac confirmationis donum infringere temptauerit, sciat se nouissima ac magna examinationis die, cum Iuda proditore, qui filius perditionis dicitur, aeterna confusione edacibus ineffabilium tormentorum flammis periturum, nisi hic assiduis precibus prius optabilem consequi mereatur indulgentiam. Praedicta, siquidem, tellus istis terminis circumcincta clarescit...

+ Ego Eadgar totius Albionis insulae archons hanc meam donationem cum titulo agiae crucis praenotaui et perpetuo cirographo praenotaui. + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiantistes diuino fulcimine regale donum consignaui. + Ego Aetheluuoldus Uuintoniensis diuinus triumphale [in] diuiduae trinitatis sigillum impressi et propriae manus subscriptionem imposui. + Ego Osulf episcopus consignaui. + Ego Osuuold episcopus adquieui. + Ego Byrhtelm episcopus non renui. + Ego Aelfstan episcopus corroboraui. + Ego Aelfuuold episcopus subscripsi. + Ego Athul episcopus impressi. + Ego Eadelm episcopus consensi. + Ego Aelfstan episcopus praenotaui. + Ego Aelfuuold episcopus confirmaui. + Ego Uulfsige episcopus conclusi. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aescuuig abbas. + Ego Ordbriht abbas. + Ego Aefhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Ordgar minister + Ego Aelfsige minister. + Ego Aetheluuerd minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Osferth minister.

+ Ego Aelfsige minister. + Ego Ealdred minister. + Ego Uuihtsige minister. + Ego Leofric minister. + Ego Leofsige minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Uulfheah minister. + Ego Uulfsige minister. + Ego Aelfred minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Aethelric minister.

XX

EADGAR, 964.

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris! Quum quidem transeuntis mundi uicissitudo cotidie per incrementa temporum crescendo decrescit et ampliando minuatur, crebrescentibusque repentinis uariorum incursuum ruinis uicinus finis terminus esse cunctis in proximo cernitur; idcirco uanis ac transibilibus rebus mansura coelestis patriae praemiae mercanda sunt. Quapropter ego Eadgar rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, sanctae aecclesiae dei genitrici semperque uirgini Mariae honorifice in Abbendune dedicatae .x. optimae ruris mansas, in loco qui celebri Hennerithe nuncupatur uocabulo, ad usus monachorum inibi degentium aeterna largitus sum haereditate. Sit autem praedictum rus, quod ego domino nostro Ihesu Christo eiusque genitrici semperque uirgini Mariae deuotus concessi, omni terrenae seruitutis iugo cum omnibus utensilibus eidem ruri pertinentibus, pratis uidelicet, pascuis, caeterisque rebus necessariis, perpetua solutum libertate, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis autem cartam hanc iure meo conscriptam inimicali zelo corrumpere desiderauerit, se non dubitet a cunctis regni mei seruientibus deo, nunc et tunc et usque in sempiternum, abdicatum et excommunicatum sine fine cruciandus. Unde post mortem a tartareis raptus ministris in profundun pestiferae mortis infernum flammigera concludetur in domo, et ibidem in quandam ollam Uulcani ligatis prospicietur membris quae assidue bulliente pice repleta esse testatur, et a talia frangentibus seu minuentibus intolerantissime atrociterque absque ulla misericordia sentitur, nisi hoc ante mortem poenitentiae lamentis emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur...

Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXIIII. acta est haec praefata donatio, his testibus consentientibus quorum infra caraxantur uocabula.

+ Ego Eadgar totius Brittanicae insulae basileus hanc largifluam donationem crucis signaculo roboraui. + Ego Dunstan Dorobornensis aecclesiae policrates crucis taumate consolidaui. + Ego Oscytel Eboracensis aecclesiae archipraesul confirmaui. + Ego Aetheluuold Uuentanae aecclesiae praesul hoc regium donum signo dominico solidaui. + Ego Osulf episcopus adsensum adhibui. + Ego Aelfstan Lundoniae episcopus confirmaui. + Ego Aelfuuold episcopus corroboraui. + Ego Osuuold episcopus. + Ego Berhtelm episcopus. + Ego Eadelm episcopus. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Atheluuine dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Osferth minister.

XXI

EADGAR, 965.

+ Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura, dicens, ‘ Nudus egressus sum ex utero matris meae, et nudus revertar illuc ; ’ et iterum, ‘ Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus. ’ Quapropter lubrici potentatus non inmemor, ego Eadgar, Christo conferente rex et primicerius tocius Albionis, regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam .v. comparatam cassatis, cui uocabulum certa astipulatione Bydene profertur, ad aecclesiam beatae Mariae, genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi, in loco qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo; obsecrans et praecipiens in nomine Christi, ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat. Sit autem praedicta tellus, quam ego, cum consensu optimatum meorum, praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem laruarico instintus

spiritu, hoc donum uiolare immutareue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. Termini uero huius libri iacent in libro Ciuenlea. Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXV. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus cum signo agiae crucis roboraui. + Ego Aetheluuold episcopus consignaui. + Ego Aelfstan episcopus adquieui. + Ego Osulf episcopus corroboraui. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Oslac dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aescuuig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aelfstan dux. + Ego Brihtferth minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Eaduuine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfgeat minister.

XXII

EADGAR, 965

+ Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura, dicens, 'Nudus egressus sum ex utero matris meae, et nudus reuertar illuc;' et iterum, 'Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus.' Quapropter lubrici potentatus non inmemor, ego Eadgar, Christo conferente rex et primicerius totius Albionis, regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam .L. comparatam cassatis, cui uocabulum certa astipulatione Mercham profertur, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi, in loco qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo; obsecrans et praecipiens in nomine Christi, ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu

disrumpat. Sit autem praedicta tellus, quam ego, cum consensu optimatum meorum praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem laruarico instinctus spiritu, hoc donum uiolare immutareue presumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis cum Iuda proditore Christi aeternaliter lugubris puniatur. His metis praefatum rus hinc ind gyratur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXV. scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Oscutel archiepiscopus praesul sigillum agiae crucis impressi. + Ego Aetheluuold episcopus consignaui. + Ego Aelfstan episcopus adquieui. + Ego Osulf episcopus corroboraui. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Oslac dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aescuuig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Brihtferth minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfuuaerd minister. + Ego Aetheluueard minister + Ego Wulfstan minister. + Ego Eaduuine minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfgeat minister.

XXIII

EADGAR, 965

Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura, dicens, 'Nudus egressus sum ex utero matris meae, et nudus reuertare illuc;' et iterum, 'Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus.' Quapropter lubrici potentatus non inmemor, ego Eadgar, Christo conferente rex et primicerius tocius Albionis, regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam .II. comparatam cassatis, cui uocabulum certa astipulatione Denceswurthe profertur, ad

aecclesiam beatae Mariae, genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi, in loco qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo ; obsecrans et praecipiens in nomine Christi ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat. Sit autem praedicta tellus, quam ego, cum consensu optimatum meorum, praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem, laruarico instinctus spiritu, hoc donum uiolare immutareue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. His metis praefatum rus hinc inde gyratur. Anno dominicae incarnationis. DCCCC.LXV. scripta est carta.

+ Ego Eadgar rex Anglorum praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Oscytel archipraesul sigillum agiae crucis impressi. + Ego Aetheluuold episcopus consignaui. + Ego Aelfstan episcopus adquieui. + Ego Osulf episcopus corroboraui. + Ego Aelfere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Oslac dux. + Ego Byrhtnoth dux + Ego Aescuuig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Brihtferth minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Eaduuine minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfgeat minister.

XXIV

'EADGAR, 967

+In nomine dei summi, ipsoque imperpetuum domino nostro Ihesu Christo regnante ac disponente, ubique omnia sceptra quoque regalia temporaliter gubernanda distribuerit, accomodauerit cui uult. Unde ego Eadgarus rex rogatus quidem ab episcopo meo Deorwlfo

et principe meo Ealdredo, ut aliquam partem terrae liberam darem imperpetuum in monasterium sancti Pauli apostoli doctoris gentium, id est .xv. mansiones, in loco qui uocatur Nasinstock, et michi cumlato digno pretio, id est .lx. mancas in auro purissimo. Et nunc ego Eadgarus rex, cum consilio atque consensu episcoporum meorum et sapientum meorum, praecipio in dei omnipotentis nomine, ut haec supradicta terra sit liberata ab omni tributo regali, uectigali, siue notis siue ignotis, maioris uel minoris, quamdiu christiana fides in terris seruatur. Si quis hanc benedictionem largitatis augere deo uoluerit, sua bona in coelesti regno augeantur et multiplicentur. Et qui hanc donationem meam temptauerit frangere aut diminuere, anathema sit marenata in die iudicii ante tribunal Christi, nisi ante cum satisfactione emendauerit. Actum est hoc anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCC[C].LXVII. indictione .xv.

+ Ego Eadgarus rex hanc cartulam signo sanctae crucis Christi corroboraui et confirmaui consentiens et subscripsi, et caeteros testes idoneos ut ad ipsum agerent adhibui quorum nomina infra scripta sunt. + Ego Odo archiepicopus consensi et subscripsi. + Ego Wulfhere dux. + Ego Beorhtwlf dux. + Ego Brihtwald dux. + Ego Ealhferd episcopus consensi et subscripsi. + Ego Mucel dux. + Ego Eastmund dux. + Ego Eadmund episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelwulf dux. + Aelfred dux. + Aelfstan dux. + Wulfred dux. + Werfred dux. + Garwlf minister. + Ealheard abbas. + Aethelward presbyter. + Aecbert minister. + Wulfhelm minister. + Aethelstan presbyter. + Aegfrid minister. + Acca minister. + Aela minister. + Wynsie minister. + Aelfred minister.

XXV

EADGAR, 967

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXVII. indictione .x. ego Eadgar, diuina allubescente gratia, rex et primicerius Anglorum, aliquantulam ruris partem ab accolis aestimatam mansiunculis, in loco qui dicitur aet Bragenfelda, meo comiti Beorhnotho, liberam praeter arcem, pontem, expeditionemque, in perpetuum ius libenter admo-

dum concedo, quatinus diebus uitae suae possideat : et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat. Quod si quisque, quod non optamus, huiusce donationis cartulam adnichilare temptauerit, coram Christo se rationem redditurum agnoscat. Et huius doni constipulatores extiterunt quorum inferius nomina caraxari uidentur.

+ Ego Eadgar rex Anglorum hoc donum largitus sum. + Ego Dunstan archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Oscytel archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfuuold episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aetheluuold episcopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Uuinsige episcopus consensi. + Ego Osuuold episcopus consensi. + Ego Osulf episcopus consensi. + Ego Eadelm episcopus consensi. + Ego Aelfere dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfeh dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Byrhtferth minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Orduuald minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Aelfelm minister.

XXVI

EADGAR, 968

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Cunctis supernorum sacramenta donorum coelitus perscrutantibus notum est, quod non solum huius mundi status antiqui hostis fraude atque molimine deficiendo corrumpitur, uerum etiam in praesentis uitae prope consummato curriculo humana prosperitas iniquorum hominum acri intentione et angore constringitur. Nunc ergo, dum nobis tempus est ueniae, festinemus laqueum totis nisibus deuitare mortis, dumque carnale possidemus patrimonium spiritale exerceatur mercimonium, quo inter angelicos choros mereamur adipisci gaudia sine fine mansura. Quapropter ego Eadgar rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cuidam meo fideli ministro uocitato nomine Uulfstan, decem mansas perpetualiter concedo, in illo loco ubi iamdudum ruricolae illius terrae nomen indiderunt aet Uuiscelea ; quatenus habeat ac possi-

deat quamdiu uitalis spiritus aluerit corpus ; cum autem dissolutionis suae dies aduenerit, cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in aeteram haereditatem. Sit autem praedicta donatio ab omni mundiali obstaculo libera, cum omnibus ad se rite pertinentibus campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis uero hominum hanc meam donationem cum stultitiae temeritate iactitando infringere certauerit, sit ipse grauibus per colla depressus catenis inter flammiuomas tetrorum daemonum cateruas, nisi prius hic ad satisfactionem uenire maluerit. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXVIII. scripta est huius donationis syngrapha, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxari uidentur.

+ Ego Eadgar rex tocius Brittanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Dunstan Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum triumpho agiae crucis consignaui + Ego Oscutel archiepiscopus triumphale trophaeum agiae crucis impressi. + Ego Aelfstan episcopus consignaui. + Ego Aetheluuold episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus roboraui. + Ego Aelfuuold episcopus consolidaui. + Ego Osuuold episcopus subscripsi.+ Ego Uuinsige episcopus corroboraui. + Ego Aelfuuold episcopus adquieui. + Ego Aelfstan episcopus conclusi. + Ego Aelfere dux. + Ego Aelfeah dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Brihtnoth dux. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aescuuig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Brihtferth minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Osulf minister. + Ego Osuueard minister. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Osferth minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfuuold minister. + Ego Aethelsie minister. + Ego Aethelferth minister.

XXVII

EADGAR, 968

+ Omnium conditor creaturarum, cum in constitutione uergentis mundi cuncta creasset ex nichilo, coeptamque sui operis perfectio-

nem sexto die complesset, adiuncto sanctae trinitatis uocabulo, inquit, ' Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.' De cuius dormientis latere cum substractam costam procreasset in foeminam, eamque in adiutorium eidem adduxisset, uocauit nomen eius Uirago, quam sumpta est de uiro suo. Quapropter quicquid adquiritur desudando fragilitas uiri datur fecundae coniugii, procreandisque filiis et fidelibus seruis ; et si in tantum diligitur dilectio carnis, multo magis amari debetur amor aeterni regis, qui dat cui uult filios, seruos ac liberos, cunctosque suo nutu alit et crescere permittit. Unde ego Eadgar gratia dei Anglorum rex pacificus, meo cuidam ministro nuncupato nomine Aelfuuino, pro suo fideli seruitio, tradens trado .x. uidelicot mansas, in loco cui antecessores ruricolae imposuerunt nomen Boxoran, tali uidelicet tenore, ut post sui dissolutionem corporis, cuicunque placuerit amico in perpetuam concedat haereditatem. Praedicta igitur uilla ab omni saeculari seruitio permaneat absoluta, cum omnibus sibi impositis, exceptis tribus, populari expeditione, uiatici pontis restauratione, regiae arcis constructione. Si quis ergo, inuidiae stimulis stimulatus, hoc meum donum inuadere temptauerit, sit anathema, hoc est, alienatus a consortio Christianorum, nisi ad satisfactionem cum fructu poenitentiae uenire festinauerit. Praefata uero terra istis uidetur terminis circumgyrata... Caraxata est haec cartula anno incarnationis dominicae DCCCC.LXVIII. confirmante rege, cum omnibus suis primatibus, quorum nomina infra uidentur adesse praetitulata.

+ Ego Eadgar Anglicae regionis basileus praesens donum cum sanctae crucis signaculo confirmo. + Ego Dunstan aecclesiae Dorobornensis archipraesul nostri regis praeceptum cum agiae crucis uexillo propria manu laetanter consigno. + Ego Osuuold archiepiscopus concludo.] + Ego Aelfstan episcopus adquiesco. + Ego Aetheluuold episcopus corroboro. + Ego Osulf episcopus consolido. + Ego Aelfuuold episcopus delibero. + Ego Aelfstan episcopus testificor. + Ego Uuinsige episcopus. + Ego Aelfere dux. + Ego Aelfheah dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Brihtnoth dux. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aescuuig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Brihtferth minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfuuerd minis-

ter. + Ego Osuuerd minister. + Ego Osulf minister. + Ego Osferth minister.

XXVIII

EADGAR, 969

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi! Omnis quidem larga munificentia regum testamento literarum roboranda est, ne posteritatis successio ignorans in malignitatis fribolum infoeliciter corruat. Quamobrem ego Eadgar, diuina collubescente gratia totius Albionis rex primicheriusque, quandam ruris particulam .xv. scilicet cassatorum, loco qui uulgari Aepslea dicitur, meo fideli ministro, quique huiusce gnosticis insulae noto Aelfwold nuncupatur onomate, in aeternam largior haereditatem; ut ipse, uita comite, cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, siluis, uoti compos habeat; et post uitae suae terminum, quibuscunque uoluerit cleronomis immunem derelinquat. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur, etc.

+ Ego Eadgar rex Anglorum cum consensu doctorum meorum cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Dunstan archiepiscopus Dorouernensis aecclesiae Christi consensi et subscripsi. + Ego Aelfstan episcopus. + Ego Aethelwold episcopus confirmaui. + Ego Osulf episcopus consolidaui. + Ego Wynsige episcopus roboraui, etc.

XXIX

EADGAR, 970

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Anno dominicae incarnationis DCCCC.LXX. ego Eadgar, omnicreantis disponente clementia Angligenarum rex, diuino ductus amore ab eodem deo et domino nostro populis et tribubus praeordinatus in regem, cuidam meo fideli diacono uocitato nomine Brihteah .VII. mansas aeternaliter concedo, illic ubi Anglica appellatione dicitur Cingestun, ut habeat atque possideat quamdiu uitalis flatus corpus aluerit illius ; cum autem suae dissolutionis aduenerit dies, cuicumque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc inmobile donum aeterna libertate iocundum, cum uniuersis quae pertinent sibi, campis, pascuis, pratis, sine expeditione et pontis arcisue instauratione. Si quis uero hominum hanc meam donationem cum stultitiae temeritate iactitando infringere certauerit, sit ipse grauibus per colla depressus catenis inter flammiuomas tetrorum daemonum cateruas, nisi prius hic ad satisfactionem uenire uoluerit.

+ Ego Eadgar rex Anglorum praefatam donationem concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Oscutel archiepiscopus sigillum agiae crucis impressi. + Ego Aetheluuold episcopus consignaui. + Ego Aelfstan episcopus adquieui. + Ego Osulf episcopus consensi. + Ego Aelfuuold episcopus conclusi. + Ego Aelfere dux. + Ego Aelfeah dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Oslac dux + Ego Brihtnoth dux. + Ego Aescuuig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Brihtferth minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Aetheluuard minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Eaduuine minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aetheluueard minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfgeat minister.

XXX

EADGAR, 970

+ Flebilia fortiter detestanda totillantis saeculi piacula diris obscoenae horrendaeque mortis circumsepta latratibus, non nos patria indeptae pacis securos, sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros prouocando ammonent, ut ea toto mentis conamine cum casibus suis non solum despiciendo sed etiam uelut fastidiosam melancoliae nauseam abhominando fugiamus, tendentes ad illud propheticum, ' Diuitiae si affluant, nolite cor apponere.' Qua de re infima quasi peripsema quisquiliarum abiiciens, superna ad instar praetiosorum monilium eligens, animum sempiternis in gaudiis figens, ad adipiscendam mellifluae dulcedinis misericordiam perfruendamque infinitae laetitiae incunditatem, ego Eadgar, per omnipatrantis dexteram, totius Britanniae regni solio sullimatus, quandam ruris particulam .x. uidelicet cassatos, in loco qui celebri aet Stoce nuncupatur uocabulo, sanctae dei aecclesiae, ad reuerentiam beati Petri apostolorum principis, necnon beatae Aetheldrithae perpetuae uirginis dedicatae, loco qui celebri Elig nuncupatur onomate, ob aeternae beatitudinis remunerationem, perpetua largitus sum haereditate ; quatinus rus praefatum ad usus monachorum inibi degentium, uti Aethelwoldus episcopus suo famulatu obtinuit, devote deseruiat. Praedicta equidem tellus cum omnibus utensilibus, pratis uidelicet, pascuis, molendinis ac suburbanis, supradictae iugiter subiiceatur aecclesiae. Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae, aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur... Anno dominicae incarnationis nongentesimo septuagesimo scripta est haec carta, his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Eadgar rex totius Britanniae praefatam donationem cum

sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Dunstan Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem crucis signo consignaui. + Ego Aelfstan episcopus consignaui. + Ego Aethelwold episcopus consensi. + Ego Osulf episcopus. + Ego Wynsig episcopus. + Ego Oswald episcopus. + Ego Aelfwold episcopus. + Ego Aethelm episcopus. + Ego Aelfwold episcopus. + Ego Aelfstan episcopus. + Ego Wulfric episcopus. + Ego Wulfsige episcopus. + Ego Aelfsige episcopus. + Ego Aescwig abbas. + Ego Osgar abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Aethelgar abbas. + Ego Kyneweard abbas. + Ego Aelfeah abbas. + Ego Folbriht abbas. + Ego Godwine abbas. + Ego Bryhtnoth abbas. + Ego Osward abbas. + Ego Bryhteh abbas. + Ego Aelfere dux. + Ego Ordgar dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Bryhtnoth dux. + Ego Oslac dux. + Ego Wulfstan minister. + Ego Aethelward minister. + Ego Eanulf minister. + Ego Aelfward minister. + Ego Osward minister. + Ego Osulf minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Eadwine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Wulfstan minister. + Ego Winsige minister. + Ego Wulget minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Wulstan minister. + Ego Bryhtric minister. + Ego Lefa minister. + Ego Hringulf minister. + Ego Osulf minister. + Ego Thureferth minister. + Ego Heanric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Eadwig minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Athulf minister. + Ego Osferth minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Sigeferth minister. + Ego Osgod minister.

XXXI

EADGAR, 974

+ Imminentibus uite caducis terminis quam nos sceleris licet onere pressi nutu diuino statuti tamen dominica prosequentes monita prout quimus scdum euangelium u b i dicitur date et dabitur uobis. Ideo ego Eadgar totius britannie basileus quandam ruris particulam duas uidelicet mansas et dimidiam in loco qui celebri .aet wreattinge. nuncupatur uocabulo cuidam ministro mihi oppido fideli qui

ab huiusce patriae gnosticis nobili .Elfhelm. appellatur onomate pro obsequio eiusdem deuotissimo perpetua largitus sum hereditate ut ipse uita comite cum omnibus utensilibus pratis uidelicet pascuis siluis uoti compos habeat et post uite sue term[inum] quibuscumq : uolu]erit cleronomis inmunem derelinquat. Sit autem praedictum rūs omni terrene seruitutis iugo liberum tribus exceptis rata uidelicet expeditione pontis arcisue restoratione. Si quis igitur hanc nram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit priuatus consortio sce dei eccuele eternis barathri incendiis lugubris iugiter cum iuda xpi proditore eiusq : complicibus puniatur si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nrum deliquid decretum. His metis praefatum rus hinc inde giratur.

Anno dominice incarnationis .DCCCC.LXXIIII. scripta est hec carta his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxant.

+ Ego . eadgar rex praefatam donationem concessi.
+ Ego . dunstan dorouernensis eccuele archieps consignaui.
+ Ego . oswold . archiepiscopus confirmaui.
+ Ego . athelwold . eps . corroboraui.
+ Ego . alfwold . eps . consolidaui.
+ Ego . alfstan . eps . consensi.
+ Ego . sideman . eps . non renui.
+ Ego . aelfstan . eps . conscripsi.

+ Ego . aelfthryth regina.
+ Ego . aescwi abb.
+ Ego . Kyn . . . abb.
+ Ego . Osgar . abb.
+ Ego . aethelgar abb.
+ Ego . aelfsige . m.
+ Ego . aelfweard . m.
+ Ego . byrhtric . m.
+ Ego . leofwine . m.
+ Ego . eanulf . m.

+ Ego . aelfhere . dux.
+ Ego . aethelwine . dux.
+ Ego . byrhtnoth . dux.
+ Ego . Oslac . dux.
+ Ego . aethelweard . m.

XXXII

AETHELRED, 982

+ A sceptrigera maiestatis aeternae moderatione theo cunctorum uigente primordio transitoriae copia foelicitatis; idcirco possidentibus relinquitur ut eo creatori fideliter suo sedula mentis alacritate se ad obsequendum promptus exhibeat, quo sibi caetera uiderit elementa diuinitus fore subiecta. Quamobrem ego Aethelredus Anglicae nationis, Christo annuente basileos, quandam ruris particulam .v. uidelicet cassatos, cuiusdam loco sed communis terrae, qui celebri aet Ceorlatune nuncupatur uocamine, cuidam meo ministro uocitato nomine Aelfgar, ei ouanter tribuendo concessi, ut terram iam praefatam tramitibus suae possideat uitae; deinde namque sibi succedenti cuicumque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc immobile donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto communi labore, expedi tione, pontis arcisue constructione. Si quis igitur infestae rapacitatis macula seductus, hoc nostrae munificentiae donum in quolibet aliud quam constituimus euertere conatus fuerit, sequestratus a communione sanctae dei aecclesiae et ab aeterni regni participatione, gehennalis incendii globis absorbtus aeternae dampnationis amaritudinibus inuoluatur, si non satisfactione poenituerit congrua, quod nostro proterue decreto contraire nichili pendebat. Rus namque praetaxatum manifestis undique terminis minus diuiditur, quia iugera altrinsecus copulata adiacent. Facta est praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXXII.

+ Ego Aethelred rex Anglorum praefatam donationem indeclinabiliter concessi. + Ego Dunstan archiepiscopus confirmaui. + Ego Osuuold archiepiscopus subarraui. + Ego Aetheluuold episcopus consignaui. + Ego Aelfstan episcopus impressi. + Ego Aescuuig episcopus consensi. + Ego Aethelgar episcopus corroboraui. + Ego Aethelsige episcopus subscripsi. + Ego Athulf episcopus conclusi. + Ego Aelfhere dux. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Byrhtnoth dux. + Ego Aetheluuerd dux. + Ego Aethelmaer dux.

+ Ego Eaduuine dux. + Ego Ordbyrht abbas. + Ego Sigric abbas. + Ego Aetheluuerd abbas. + Ego Byrhtnoth abbas + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfheh abbas. + Ego Aelfhun abbas. + Ego Aetheluuerd minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfsige minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aetheluuerd minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Leofric minister.

XXXIII

AETHELRED, 983

+ In domini nostri Ihesu Christi onomate in perpetuum regnantis, cuius maiestas nec incipit nec desinit in saeculum ; cuius quidem prouidentia diuinarum humanarumque rerum cognitio gubernatur ac custoditur ; quamdiu uidelicet praesentis uitae prosperitas nobiscum comitari cognoscitur, coelesti suffragio huius exilii atque caecitatis laqueum abrumpere festinemus, ut ad futuram nobis adipiscendam coelestis regni beatitudinem scandere ualeamus. Quapropter ego Aethelred tocius Anglorum gentis basileos, caeterarumque nationum in circuitu degentium primatum gerens, cuidam fideli meo homini uocitato uocamine Wulfgar, modicam mei proprii iuris terrae partem, id est .IIII^or^. mansas et dimidiam, in communi terra duobus locis diuisas .III. uidelicet mansas in loco qui Anglica appellatione dicitur Draetun, et unam mansam et dimidiam in uilla quae uocatur Suthtun, in perpetuam concedo haereditatem, quatenus uita sibi comite habeat ac possideat ; cum autem dissolutionem sui corporis imminere cognouerit, cuicumque sibi libuerit haeredi commendet, ut supradiximus, in aeternam possessionem. Sit autem huius nostrae donationis libertas ab omni fiscali tributo et secura maneat, sine aliquo obstaculo, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, aquarumque cursibus, exceptis tribus, expeditione, pontis constructione, arcisue munitione. Si qui denique, mihi non optanti, hanc libertatis kartam, cupiditatis liuore depressi, uiolare satagerint, cum agminibus tetrae caliginis lapsi uocem audiant examinationis die magni iudicii sibi dicentis, ‘ Discedite a me maledicti in ignem aeternum, ubi cum

daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .DCCCC.LXXXIII. indictione .XI. his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxari uidentur.

+ Ego Aethelred rex Anglorum huius donationis libertatem regni tocius fastigium tenens libenter concessi. + Ego Dunstan Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Osuuold Eboracensis aecclesiae archiepiscopus crucis taumate adnotaui. + Ego Aetheluuold episcopus confirmaui. + Ego Aelfstan episcopus corroboraui. + Ego Aethelgar episcopus consolidaui. + Ego Aelfstan episcopus consignaui. + Ego Aescuuig episcopus consensi. + Ego Sigar episcopus conclusi. + Ego Aethelsie episcopus impressi. + Ego Wulfgar episcopus adquieui. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Bryhtnoth dux. + Ego Aetheluuard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Thureth dux. + Ego Ordbriht abbas. + Ego Siric abbas. + Ego Aetheluueard abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Uulfsige minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Leofstan minister. + Ego Uulfric minister.

XXXIV

AETHELRED, 984

+ Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo! Dum conditoris nostri prouidentia omnis creatura ualde bona in principio formata formoseque creata, atque speciose plasmata est, supra et infra coelos, tam in angelis quam etiam in hominibus, ac multimodis ac diuersis speciebus iumentorum, animalium, piscium, uolucrum, quae omnia naturae suae iura nutu creatoris persoluant; nisi homo solus, qui ad imaginem suam plasmatus est, et omnibus praelatus, tamen propter praeuaricationem corruens in mortem, et primam inmortalitatis stolam miserabiliter domini contempnendo mandatum amisit. Idcirco illae diuitiae diligendae sunt, quae nunquam decipiunt habentem, nec in ipsa morte amittuntur; sed plus

habundant dum cernitur quod amatur. Quapropter ego Aethelredus, fauente superno numine basileos industrius Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Bryhtric ob illius amabile obsequium eiusque placabili fidelitate .VIII. mansas iuxta flumen quod Cynete uocitatur, illud uidelicet rus quod Aetheric quidam rusticus prius habuisse agnoscitur, largiendo libenter concedens perdonabo, quatenus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat inlaesus, atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat; et post se cuicumque uoluerit perenniter derelinquat, sicuti praediximus, in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Hanc uero meam donationem minuentibus atque frangentibus, fiat pars eorum cum illis de guibus e contra fatur, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Satanae et satellitibus eius,' nisi prius digna deo poenitentia legali satisfactione emendent. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXIIII. indictione .XII. his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum huius donationis libertatem regni tocius fastigium tenens libenter concessi. + Ego Aelfthryth mater eiusdem basilei huic donationi ad libertatem concessi. + Ego Dunstanus Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Osuuoldus Eboracencis aecclesiae archiepiscopus crucis taumate adnotaui. + Ego Aetheluuoldus episcopus confirmaui. + Ego Aelfstanus episcopus corroboraui. + Ego Aethelgarus episcopus consolidaui. + Ego Aelfstanus episcopus consignaui. + Ego Aescuuig episcopus conclusi. + Ego Aethelsinus episcopus impressi. + Ego Wulfgarus episcopus adquieui. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Bryhtnoth dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aetheluueard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Thureth dux. + Ego Ordbryht abbas. + Ego Siric abbas. + Ego Aetheluueard abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfuuard minister. + Ego Aelfsige minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Uulfsige minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfric

minister. + Ego Leofric minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Aethelmaer minister.

XXXV

AETHELRED, 985

+ Per diuinam omnipatrantis sophiam elementorum omnium rationabiliter constat ordo esse dispositus, ac protoplastus terrigena, quamquam puluereo confectus tegmine somatis exili, attamen speciosissime mentis ratione caeteris praefectus, ad tam miram tamque perspicuam theoricae contemplationis extat amoenitatem compositus, ut per huiusce asperitatem incolatus, quamdiu labentis aeui pelago carnis lintre Christo remige nauigamus, probrosam philargyriae sentinam execrantes, inopumque penuriam bonorum distributione nostrorum refrigerantes, ac probis pedetemtim actionibus sequipedam iusticiae tramitem incedentes, deum deorum in Sion mereamus specietenus speculari coelesti, tantisque gnauiter perfrui digni habeamur gaudiis Olympicae amoenitatisr Quamobrem ego Aethelredus, Christi fauente clementia, totius Brittanniae orbis basileos, cuidam mihi dilecto ministro Leofwino, quandam telluris particulam .x. uidelicet cassatos, in loco qui Anglica appellatione dicitur aet Wuttune, in aeternam concedo haereditatem, quatenus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, dum huius labentis aeui cursum transeat inlaesus, atque uitalis spiritus in corruptibili carne inhaereat; et post se cuicumque uoluerit perenniter haeredi derelinquat, sicuti praediximus. in aeternam haereditatem. Sit autem praedictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, diriuatiuisque cursibus aquarum, excepto istis tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Si autem, quod non optamus, euenerit aliquis superbiae flatu afflatus, auaritiae facibus succensus, inuidiae dentibus armatus, hanc meae donationis kartulam infringere, minuere uel aliquo casu spernendo delere temptauerit, sciat se apud Iudam proditorem, pecuniae iniustae amatorem, poenarum aeternarum mancipatorem, sub anathematis

maledictionis ultimo examinationis die periturum, nisi prius digna deo poenitentia legali satisfactione emendet. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.LXXXV. scripta est cartula, indictione .XIII. his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum huius donationis libertatem regni tocius fastigium tenens libenter concessi. + Ego Dunstanus Dorouernensis aecclesiae archiepiscopus cum signo sanctae crucis roboraui. + Ego Osuuoldus Eboracensis acclesiae archiepiscopus crucis taumate adnotaui. + Ego Aelfstanus episcopus confirmaui. + Ego Aethelgarus episcopus consignaui. + Ego Aelfeah episcopus consensi. + Ego Aescuuig episcopus conclusi. + Ego Sigar episcopus subscripsi. + Ego Aelfric episcopus non renui. + Ego Aethelsige episcopus impressi. + Ego Uulfgarus episcopus adquieui. + Ego Aetheluuine dux. + Ego Bryhtnoth dux. + Ego Aetheluueard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Thured dux. + Ego Ordbriht abbas. + Ego Siric abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfere abbas. + Ego Aetheluueard abbas. + Ego Aelfsige minister. + Ego Uulfsige minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aelfhelm minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Leofstan minister. + Ego Aethelmaer minister.

XXXVI

OSWALD

+ Domino meo karissimo regi Anglorum Eadgaro, ego Oswaldus Uuigornensis aecclesiae episcopus omnium quae mihi per ipsius clementiam munerum tradita sunt, apud deum et apud homines gratias ago. Igitur si dei misericordia suppeditet, coram deo et hominibus perpetualiter ei fidelis permanebo, reminiscens cum gratiarum actione largifluae benignitatis eius, quia per meos illud quod magnopere expetebam mihi concessit internuntios, id est reuerentissimum Dunstanum archiepiscopum et uenerandum Aetheluuoldum Uuintoniae episcopum et uirum magnificum Brihtnothum comitem, quorum legatione et adiutorio meam et sanctae dei aecclesiae que-

relam suscepit, et secundum consilium sapientum et principum suorum iuste emendauit, ad sustentamen aecclesiae quam mihi benigne et libens regendam commisit. Quare quo modo fidos mihi subditos telluribus quae meae traditae sunt potestati per spatium temporis trium hominum, id est duorum post se haeredum, condonarem, placuit tam mihi quam ipsis fautoribus et consiliariis meis, cum ipsius domini mei regis licentia et attestatione, ut fratribus meis successoribus, scilicet episcopis, per cyrographi cautionem apertius enuclearem, ut sciant quid ab eis extorquere iuste debeant secundum conuentionem cum eis factam et sponsionem suam; unde et hanc epistolam ob cautelae causam componere studui, ne quis malignae cupiditatis instinctu hoc sequenti tempore mutare uolens, abiurare a seruitio aecclesiae queat. Haec itaque conuentio cum eis facta est, ipso domino meo rege annuente, et sua attestatione munificentiae suae largitatem roborante et confirmante, omnibusque ipsius regiminis sapientibus et principibus attestantibus et consentientibus. Hoc pacto eis terras sanctae aecclesiae sub me tenere concessi : hoc est ut omnis equitandi lex ab eis impleatur quae ad equites pertinet; et at pleniter persoluant omnia quae ad ius ipsius aecclesiae iuste competunt, scilicet ea quae Anglice dicuntur ciricsceott et toll id est theloneum et tace, id est swinsceade, et caetera iura aecclesiae, nisi episcopus quid alicui eorum perdonare uoluerit; seseque quamdiu ipsas terras tenent in mandatis pontificis humiliter cum omni subiectione perseuerare etiam iureiurando affirment. Super haec etiam ad omnis industriae episcopi indigentiam semetipsos praesto impendant; equos praestent; ipsi equitent; et ad totum piramiticum opus aecclesiae calcis atque ad pontis aedificium ultro inueniantur parati; sed et uenationis sepem domini episcopi ultronei ad aedificandum repperiantur, suaque quandocumque domino episcopo libuerit uenabula destinent uenatum; insuper ad multas alias indigentiae causas quibus opus est domino antistiti saepe frunisci, siue ad suum seruitium siue ad regale explendum, semper illius archiductoris dominatui et uoluntati qui episcopatui praesidet, propter beneficium quod illis praestitum est, cum omni humilitate et subiectione subditi fiant, secundum ipsius uoluntatem et terrarum quas quisque possidet quantitatem. Decurso autem praefati temporis curriculo, uidelicet duorum post eos qui eas modo possident haeredum uitae spatio, in ipsius antistitis sit arbitrio quid inde uelit, et quomodo sui uelle sit inde ita stet, siue ad

suum opus eas retinere, si sic sibi utile iudicauerit, siue eas alicui diutius praestare, si sic sibi placuerit uelit; ita dumtaxat ut semper aecclesiae seruitia pleniter ut praefati sumus inde persoluantur. Ast si quid praefatorum delicti praeuaricantis causa defuerit iurum, praeuaricationis delictum secundum quod praesulis ius est emendet, aut illo quo antea potitus est dono et terra careat. Si quis uero, diabolo instigante, quod minime optamus, extiterit, qui per nostrum beneficium aecclesiam dei fraude, seu in sua possessione aut seruitio debito priuare temptauerit, ipse nostra omnique benedictione dei et sanctorum eius priuetur, nisi profundissima emendatione illud corrigere studeat et ad pristinum statum quod defraudauit redigat, scriptum est enim, 'Raptores et sacrilegi regnum dei non consequentur.' Nunc autem propter deum et sanctam Mariam, in cuius nomine hoc monasterium dicatum est, moneo et praecipio, ut nullo modo quis hoc praeuaricare audeat, sed sicut a nobis statutum est, ut praefeti sumus, perpetualiter maneat. Qui custodierit, omni benedictione repleatur; qui uero infringerit, maledicetur a domino et ab omnibus sanctis, Amen. Gratanter, reuerentissime domine, quo tantis tuae donis clementiae, secundum quod totius creatoris cosmi est uelle, praeditus sum, meae operam uoluntatis, ut pro te tuisque deum iugiter interpellem, deuotus impendam, meosque successores ad hoc hortari studebo, ut domini misericordiam pro te deprecari non desinant, ut Christus pace qui perhenni regnat aethrali in arce te consortio dignum haberi dignetur sanctorum omnium in aula coelesti. Ualeat in aeuum qui hoc studuerit seruare decretum. Harum textus epistolarum tres sunt ad praetitulationem et ad signum, una in ipsa ciuitate quae uocatur Uuigraceaster, altera cum uenerabili Dunstano archiepiscopo in Cantuaria, tertia cum Aetheluuoldo episcopo in Uuintonia ciuitate.

XXXVII

AETHELRED, 995.

+ Quicquid perpetualiter permanens a saecularis agitur seris litterarum firmiter muniri debetur, quia hominum fragilis memoria moriendo obliuiscitur, quod scriptura litterarum seruando retinet.

Unde ego Aethelred, gratia dei Anglorum rex, cunctis meis uolo notum adesse fidelibus, quod ego iure haereditario cuidam meo militi nomine Aethelwig quinque trado mansos, in uilla quae a notis uocatur Eardulfes lea, ut uita comite eos possideat; et postquam dies extremus eius clauserit oculos, cuicumque amico uoluerit in perpetuam derelinquat possessionem. Sit autem praesens donatio absoluta ab omni seruili iugo, tribus tamen rebus exceptis, populari scilicet expeditione, arcis constructione, pontis restauratione. Qualiter uero praesens terra in mea aduenerit manu breui uolo enucleare sermone. Tres fratres in quodam residentes conuiuio, quorum unus homo, nomine Leofric, instigante diabolo furatus est frenum : quo inuento in eiusdem sinu concito cursu qui frenum perdiderunt, et tres fratres, praedicti furis domini, concito cursu bellum in inuicem insurgentes inierunt ; duobus uero fratribus in bello peremptis, Aelfnoth sed et Aelfric, uix tercius Aetheluuine cum praedicto latrone euasit sanctae Helenae intrans aecclesiam ; circummanentibus uero haec eadem audientibus, Aetheluuig meus praepositus in Bucingaham et Winsige praepositus on Oxonaforda, inter christianos praedictos sepelierunt fratres : Leofsige igitur dux, audito hoc uerbo, meam adiit praesentiam, praefatos incusans praepositos, peremptis fratribus non recte inter christianos sepultis. Ego autem nolens contristari Aethelwig, quia mihi erat carus et praeciosus, una simul et sepultos cum christianis requiescere permisi, et praedictam terram eidem in haereditatem concessi perpetuam. Si quis uero cupiditatis zelo inflatus hunc meae donationis libellum destruere temptauerit, sit anathema maranatha, hoc est alienatio a consortio christianorum nisi resipuerit, et quod callide fecere temptauerit poenitens poenituerit. Hoc autem praecipiens praecipio, ut nulla aliorum librorum scedula nostro libello praecelli uideatur, sed in perpetuum delitescat et aboleatur... Scripta est haec scedula anno ab incarnatione domini .DCCCC.XCV. indictione .XIIII. his testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur

+ Ego Aethelred rex, Anglorum basileus, huius doni libertatem tocius regni fastigium tenens libenter concedo uel largior et consentio uel hilariter confirmo. + Ego Siric. + Ego Aelfstanus Lundoniensis aecclesiae praesul corroboraui. + Ego Aelfhegus Wintoniensis aecclesiae praesul confirmaui. + Ego Aescuuig Dorccensis aecclesiae praesul dictaui. + Ego Aelfric Wiltoniensis aecclesiae praesul consolidaui. + Ego Ealdu[l]f Wigoracensis aecclesiae praesul

adquieui. + Ego Osbyrht Australium aecclesiae praesul subpleui. + Ego Aelfheagus Licetfeldensis aecclesiae praesul gaudenter consensi. + Ego Athulf Herefordensis aecclesiae praesul adiuuaui. + Ego Aelfuuold Crydiensis aecclesiae praesul sustentaui. + Ego Wlfsige Scyreburnensis aecclesiae praesul laetus desiderio donaui. + Ego Aetheluuaerd dux exultanter munio uel affirmo praesens testis adsto. + Ego Aelfric dux signum crucis imprimo uel sustento. + Ego Aelfhe[l]m dux. + Ego Leofuuine dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Aelfuueard dux. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Brithnoth abbas. + Ego Brihtelm abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Aeluere abbas. + Ego Ceanulf abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aelfhun abbas. + Ego Germanus abbas. + Ego Aelfsige minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Leofric minister. + Ego Uulfheah minister. + Ego Uulfric minister. + Ego Uulfget minister. + Ego Aethelnoth minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Aethelsige minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Ceolmund minister. + Ego Uuihtsige minister. + Ego Aetheluuig minister.

XXXVIII

AETHELRED, 996.

+ Aeterni gubernacula imperii moderante in perpetuum domino et saluatore nostro Ihesu Christo ! Certissimis pupillarum optutibus quadripertiti mundi cotidie magis ac magis imminere cernitur occasus ; qui quamuis crescendo decrescat et augmentando minuatur, fidelibus tamen diuinitus est concessum, ut nequaquam toti cum deficiente deficiant, sed per umbratilis substantiae mercimonium permanentem sibi thesaurizent in coelis thesaurum, quo, iuxta illud dominici promissi, ' Fur non appropiat, neque tinea corrumpit. ' Quapropter, superni amoris igniculo succensus, ego Aethelred, altithroni fauente gratia basileus Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium, sanctae dei aecclesiae, Wentana ciuitate beato Petro apostolorum principi eiusque coaspostolo Paulo, ob reuerendae trinitatis honorem, consecratae, Aelphego eiusdem sedis antistite impetrante, pro meorum expiatione piaculorum, meique statu imperii ; quandam hospicii portionem in praefata ciuitate

sitam, quae patria lingua haga solet appellari, uti nobilis matrona Aelfswyth, deo omnipotenti eiusque praenominatis apostolis haereditario iure concesserat; quamuis post obitum ipsius eadem possessio ueluti solet a quibusdam personis iniuste possessa fuerit, libens ad usus fratrum in praefato Veteri coenobio Christo famulantium aeternaliter possidendam restituendo concedo et concedendo restituo; necnon et dimidium cuiusdam piscarii uadum ad capturam piscium aet Braege decurrentem, ad Vetus scilicet monasterium pertinentem, cum unius iugeris sibi adiacentis portione, perpetuo iure possidendum concedo. Et hoc tam mea quam dei omnipotentis auctoritate praecipio, ut nemo successorum meorum regum, episcoporum, ducum, principumue, aut alicuius superioris seu inferioris dignitatis, hoc restitutionis meae donarium uiolare uel mutare praesumat. Si quis igitur haec ausu temerario subuertere et a praefato loco sancto auferre conatus fuerit, aeternae maledictionis sententiae subiaceat, et poenis aeternae dampnationis inuolutus cum tetrae caliginis agminibus sine fine puniatur, nisi digna satisfactione emendauerit quod contra gloriosos apostolorum principes delinquere non timuit; porro circuitus eiusdem hospicii pro cuius libertatis causa hanc cartam scribere concessi, ita se habere uidetur... Anno dominicae incarnationis .DCCCC.XCVI. scripta est haec eadem praefatae restaurationis scedula, his testibus consentientibus quorum inferius uocabula caraxantur.

+ Ego Aethelred Anglorum basileus praefatum hospicii donum cum dimidio piscario Christo eiusque apostolis concessi. + Ego Aelfric Dorouernensis archiepiscopus praenominatae trinae donationi consensi et benedixi. + Ego Ealdulf Eboracensis aecclesiae archiepiscopus huic regiae dapsilitatem sustentationi satis largiter impertiui. + Ego Aelpheah Wintoniensis aecclesiae episcopus hanc praefatam donationem uoti compos obtinui. + Ego Wlfstan Lundoniensis aecclesiae episcopus huic eidem saepenominatae munificentiae consentaneus extiti. + Ego Wlfsige episcopus consensi. + Ego Aelfheah episcopus consignaui + Ego Ordbryht episcopus consolidaui. + Ego Aelfwold episcopus corroboraui. + Ego Goduuine episcopus consigillaui. + Ego Athulf episcopus confirmaui. + Ego Ealdred episcopus conclusi. + Ego Aethelweard dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Aethelmer dux. + Ego Ordulf dux. + Ego Wlfget dux.

Nos uniuersi regis optimates huic regiae donationi unanimen consensum alacriter praebuimus.

XXXIX

AETHELRED, 1000

+ Pax et uictoria apostolicae fidei cultoribus in perpetuum ! Aecclesiae uero catholicae auctoritas iugis et indefessa optamus ut permaneat ; ad sacra autem sanctuaria in domini gazophylacio diuersa iubentur iactari ac offerri exenia, quia regi nato coelorum ut scriptum est, ' Reges terrae munera obtulerunt.' Unde ego Aethelredus rex non incognitum uolo esse omnibus mihi genuflectentibus quod ad sanctuarium Abbandunensis monasterii, obtinente uidelicet Wulfgaro abbate, offerens largior .v. mansorum culturas .III. in uilla Draegtun .II. in Suttun, cum uno molendino, campos, pascua, prata, in perpetuae haereditatis iure, sicut Wulfgarus, meus uidelicet pincerna, obtinuit. Huius autem ruricolae telluris praecipiens praecipio ut permaneant liberi, segregatis tribus causis, expeditione scilicet hostili, fundatione regiae arcis, restauratione pontis. Si quis uero inuidus ignicomis philargyriae flammis accensus, huic ueridico libellulo alium circum-attramentatum cupiditatis fallacia libellulum superimponere conatus fuerit, sit anathema maranata, hoc est, alienatio a consortio christianorum, donec resipiscens poeniteat quod in inuidiae fallacis liuore probauerat. Acta est ergo haec cartula anno ab incarnatione domini millesimo anno, indictione .XIII. et ut haec cartula inuiolabilis firmitatis soliditatem obtinere possit.

+ Ego rex primus regali dextera eandem corroboro manibusque omnium mihi subiectorum ad confirmandum praecipio. + Ego Aethelstan filius regis testificor. + Ego Eadmund affirmo. + Ego Eadred testimonium perhibeo. + Ego Eaduui non contradico. + Ego Aelfric Dorouernensis archiepiscopus conlaudo. + Ego Uulfstan Ebaracensis archiepiscopus consigno. + Ego Aelfheah Uuintoniensis episcopus corroboro. + Ego Lyfing episcopus testimonium do. + Ego Ordbriht episcopus non uitupero. + Ego Aelfhun episcopus testificor. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego

Leofuuine dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Uulfgar abbas conlaudo. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Kenulf abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Ordulf miles. + Ego Aethelmaer miles. + Ego Uulfeah miles. + Ego Uulfgeat miles. + Ego Aethelric miles. + Ego Leofric miles. + Ego Aelfgar miles. + Ego Goda miles.

XL

AETHELRED, 1002

+ Largitore bonitatis totius in suae maiestatis stellato super cherubim residente solio, omniaque quae sub trifaria rerum machina ab ipso facta continentur, suae diuinitatis moderante monarchia ! Nos miserrimi pauperes pusilli tantum peregrinique, cinis puluisque fauilla, et ineuitabili mortis obnoxii cirographo; primo nostro Adauicissitudine suae obiecto praeuaricationis, nudi hinc lacrimabilibus exire compellimur casibus, nichil nobiscum huius saeculi praeter peccata portantes, nisi quis dei solummodo saluatus miseratione, fideique spei et karitatis armis praemunitus inexpugnabilibus, multiplici proborum praeualente qualitate meritorum, dignius ad tanti tribunal iudiciis, ut retributionem proprii laboris sortiatur inmortalem, representari ab angelicis mereatur spiritibus; secundum quod noster patientissimus Iob hora sui orbitatis promulgat uaticinando, ' Nudus egressus sum de utero matris meae, nudus reuertar illuc;' rursumque, 'Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum.' Si ergo ille sanctissimus uir in artiori suae dampno anxietatis, tam honorificas suo factori exsoluere non est cunctatus gratias, quid constat mihi, ab ipso omnium distributori dignitatum sat redundanti collata potestate, a plebibus quoque quae nostrae regali circumquaque subiacent dicioni Aethelred agnominato, si et supradicti norma uatis ipsius nomen digna extollere laude non differam promptissima deuotione, ea quae ab ipso mihi de die in diem proueniunt, suis prout cuiusque necessitas poposcerit distribuendo fidelibus; uerum ut sermonis initium ad certum perducatur finem, quandam possessionis propriae tellurem .xx. scilicet ac .iii. mansarum ab indigenis aet Dumoltun appellatam, tribusque in locis disia-

centem, meo admodum fideli largior archipraesuli Aelfrico, quam ipse a me cum .I^a^. talentis exigebat ponderosa trutinationis publice probatis liberatione ; quae portio terrae cuiusdam foeminae fornicaria praeuaricatione mihimet uulgari subacta est traditione. Itaque ut diximus terminis diuiditur in locis .X. et .VII. in occidentali parte fluminis Esingburnan, continens mansas, ac duas in orientali eiusdem torrentis climate, sorte communes populari aet Eastune, necnon et .V. locis siluaticis in utraque parte riuuli qui Piduuella appellatur, huiusque agnomen loci aet Fleferht dicitur. Et hoc definimus ut praedictus pontifex hoc donum sibi quamdiu uixerit, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, siluis, pratis, pascuis, confiniisque siluaticis omni mundiali seruitio possideat liberrimum, tribus exceptis, expeditione, arcis seu pontis constructione. Qui uero hoc augmentare uoluerit, augeatur ei benedictio superna Qui autem minuere temptauerit uel aliud quid adinuenerit contrarietatis, seu antiquiorem forsan produxerit scedulam, a christianismo anathematizetur, latrociniique crimine obiurgetur ni quantocius resipiscat. His metis haec tellus cingitur... Acta annotataque est haec donatio anno incarnatione Christi .M^o^.II°. indictione .XV^a^. horum consensu sapientum quorum nomina inferius titulata cernuntur.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum hanc munificentiam largitus sum. + Ego Aethelstan filius regis. + Ego Ecgbyrht filius regis. + Ego Eadmund filius regis. + Ego Eadred filius regis. + Ego Ea d wig filius regis. + Ego Eadgar filius regis. + Ego Aelfricus archiepiscopus pretio acquisiui. + Ego Aelfheah episcopus adnotaui. + Ego Uulfstan episcopus adquieui. + Ego Aelfheah episcopus adunaui. + Ego Athulf episcopus assensi. + Ego Aescuuig episcopus adfirmaui. + Ego Aelfuuold episcopus adsignaui. + Ego Liuuing episcopus. + Ego Aethelric episcopus. + Ego Aelfgar episcopus. + Ego Goduuine episcopus. + Ego Ordbryht episcopus. + Ego Ealdred episcopus. + Ego Aelfhelm episcopus. + Ego Aelfuuerd abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Uulfgar abbas. + Ego Keanulf abbas. + Ego Goduuine abbas. + Ego Aelfhere abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Germanus abbas. + Ego Eadnoth abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Uulfric abbas + Ego Leofric abbas. + Ego Aelfgar abbas. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofuuine dux. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Uulfheah minister.

+ Ego Uulfric minister. + Ego Uulfgeat minister. + Ego Freana minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Aetheluuold minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Byrhtric minister. + Ego Eadric minister.

XLI

AETHELRED, 1002

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Omnis mundi status certo fine terminatur, et ea quae sunt defectiua casu ruunt rapido, quae uero continua uigent inexausto perpetuitatis uigore, ideo singulis quibusque sollerter studendum est, dum indulta temporum spacia dei nutu concessa sustinent, ne sine fructu spiritalium uirtutum easdem inducias transigamus. Quamobrem ego Aethelred, fauente superno numine, basileus Anglorum caeterarumque [gentium] in circuitu persistentium .x. uidelicet mansas, qui ab incolis Haeseleia aet than nytheran tune nuncupatur uocabulo, cuidam fideli ministro uocitato nomine Godwine, pro eius amabili obsequio et placabili mercede, id est .xxx. mancusas puri auri, concedens perdonabo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, aquarumque cursibus, ut ipse, uita comite, habeat ac possideat, quamdiu cursum huius labilis uitae perfruatur ; post finem uero eius, cuicumque sibi placuerit haeredi derelinquat. Sit autem praedicta terra libera ab omni mundiali obstaculo, tribus exceptis, id est expeditione, pontis arcisue constructione. Si quis autem hoc meum donum euertere studuerit, uel alium antiquum librum uel nouum protulerit, nec sibi nec aliis proficiat in sempiterno graphio deleatur et cum iustis non scribatur, sed consideret hinc se die ultima iudicii coram deo rationem redditurum, atque cum reprobis in poenis atrocibus se esse passurum, si non ante corporea lamentatione emendauerit... Acta est autem haec praefata donatio anno .M.II. dominicae incarnationis, indictione .XIIII. Et haec testium nomina quae sequuntur.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum meum donum proprio sigillo confirmaui. + Ego Aelfric Dorouernensis archipraesul signo crucis roboraui. + Ego Wulfstan Eboracensis archiepiscopus coelesti signo adfui. + Ego Aelgifu conlaterana regis consensi. + Ego Aethelstan

eiusdem regis filius consolidaui. + Ego Aelfheah episcopus annotaui. + Ego Ordbriht episcopus depixi. + Ego Athulf episcopus subscripsi. + Ego Goduuine episcopus adquieui. + Ego Lyfincg episcopus non renui. + Ego Aelfelm episcopus conclusi. + Ego Aelfheah episcopus annui. + Ego Wlfgar abbas dictaui. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfelm dux. + Ego Leofuuine dux. + Ego Aethelmaer dux. + Ego Ordulf minister. + Ego Uulfgeat minister. + Ego Uulfeah minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Aetheluuold minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Eadric minister, + Ego Uulfgar minister. + Ego Aetheluuerd minister. + Ego Ordmer minister. + Ego Aetheluuine minister. + Ego Aethelstan minister. + Ego Goduuine minister. + Ego Godric minister. + Ego Goduuine minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Aetheluuig minister. + Ego Aelfuuig minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Eadric minister.

XLII

AETHELRED, 1002

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo ! Cunctis sophiae studium ferme rimantibus stabili notum constat ratione, quod praesentis essentiae periculis incubantibus et curis euanescentium rerum inopinate crebrescentibus, humana mortalium rerum cognitio quasi ros minuendo elabitur et obliuioni tantundem traditur, nisi aliqua certa ratione praenotetur, quia non sunt aeterna quae hic conspiciuntur sed terrena ; ut imbutus sermone tonantis apostolus inquit, ‘ Nunc uelut umbra cito sic corporeae fugiunt res, sed decus aeternum hoc uisu stat certius omni.’ Ideo ego Aethelredus rex, Anglorum telluris gubernator et rector, cuidam meo fideli ministro uocitato nomine Aelfhelm, aliquam portionem terrae pro suo placabili pecunia, id est centum quinquaginta duo mancusas puri auri, perenniter mente deuota concedo. id est .v. mansas illic ubi Anglica appellatione dicitur aet Cutheringcoton, ut illo praedicto territorio uoti compos uita perfruatur comite ; et post obitum sibi a deo praeuisum quibuscumque uoluerit cleronomis, cum his rebus quae ad eandem terram pertinere dinoscuntur, tam in magnis

quam in minimis, campis, pascuis, pratis, siluis, immunem ad fruendum derelinquat. Praefatum siquidem rus omni seruitio careat praeter expeditionem, pontis et arcis munimem. Ego autem Aelfhelmus hanc supradictam terram quae uocatur Cuthingcoton, cum omnibus ad se rite pertinentibus, deo et sancto Albano pro redemptione animulae meae, sicuti eam habui a rege, cum consensu suo ac testimonio optimatumque illius, in perpetua possessione, ad usum monachorum deo sanctoque martyri die noctuque seruientium libentissime donabo. Si quis autem, quod non optamus, laruarico instinctus flamine, hoc nostrae dapsilitatis syntagma transmutare praesumptuosus temptauerit, noscat se ultima examinis die, stridula clangente archangeli buccina, cunctis tremefactis creaturis, cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus, baratri incendiis depulsum aeternaque puniendum damnatione. Istis terminis ambitur praedicta tellus, etc. Anno incarnationis dominicae millesimo .II°. titulata est huius muneris donatio, his unanimi conspirantibus consensu quorum uocabula hinc profundius annotata esse conspiciuntur.

+ Ego Aethelredus rex Anglorum hanc largitatem ita dictaui. + Ego Aelfricus archiepiscopus confirmaui. + Ego Aethelstanus filius regis. + Ego Ecbyrhtus filius regis. + Ego Eadmundus filius regis. + Ego Eadweardus filius regis. + Ego Eadwius filius regis. + Ego Eadgarus filius regis. + Ego Aelfhegus episcopus consignaui. + Ego Wulstanus episcopus conquieui. + Ego Aeswius episcopus coadunaui. + Ego Athulfus episcopus consolidaui. + Ego Ordbirhtus episcopus consigillaui. + Ego Godwinus episcopus conclusi. + Ego Ealdredus episcopus consensi. + Ego Liuingus episcopus consensi. + Ego Aelfwoldus episcopus corroboraui. + Ego Aethelricus episcopus conscripsi. Ego Aelfwerdus + abbas. Ego Aelfsius + abbas. Ego Wulfgarus + abbas. Ego Kenulfus + abbas. Ego Godwinus + abbas. Ego Wulricus + abbas. Ego Aelferus + abbas. Ego Eadnothus + abbas. Ego Germanus + abbas. Ego Leofricus + abbas. Ego Aelfricus + dux. Ego Aelfhelmus + dux. Ego Leofuuinus + dux Ego Aethelmaerus + minister. Ego Ordulfus + minister. Ego Fraena + minister. Ego Wulfgetus + minister. Ego Wulfah + minister. Ego Wulfricus + minister. Ego Ulfkytellus + minister.

XLIII

AETHELRED, 1005

+ In nomine cosmi saluatoris et humani generis redemptoris Ihesu Christi domini nostri, qui solus cum patre et spiritu sancto regnum tenet immortale ! Ego Aethelred, diuina dispositione, gentis Angligenae et diuersarum nationum industrius rex, uni meo ministro nuncupato uocamine Eadsige, unam mamsam perpetualiter concedo in illo loco ubi Anglica appellatione dicitur aet Fleote, pro eius placabili praetio, id est .c. mancusas in auro purissimo : ēn in suo uiuere cum prosperitate semper istum exenium obtineat, et post se cum perpetuo cyrographo cui uoluerit aeternaliter derelinquat. Sit autem prae dictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in minimis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, sine expeditione et pontis arcisue instructione. Si quis uero, tyrannica inflatus potestate, infringere temptauerit huius nostri decreti cyrographum, sciat se coram Christo et angelis eius in tremendo examine rationem redditurum, nisi hic prius emendare satagerit. Istis terminis ambitur praedicta tellus... Anno dominicae incarnationis millesimo quinto scripta est huius munificentiae syngrapha, his testibus consentientibus quorum nomina inferius karaxata esse uidentur.

+ Ego Aethelredus totius Brittanniae monarchus meae largitatis donum agiae crucis taumate roboraui. + Ego Aethelstanus eiusdem regis filius plaudens consensi. + Ego Ecgbriht clito testis fui. + Ego Eadmund clito testimonium adhibui. + Ego Eadric clito non abnui. + Ego Eadwig clito non rennui. + Ego Eadgar clito non negaui. + Ego Eadweard clito faui. + Ego Aelgyfu regina stabilitatem testimonii confirmaui. + Ego Aelfricus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus signo sanctae crucis subscripsi. + Ego Wulfstan Eboracensis aecclesiae archipraesul consignaui. + Ego Aelfheah episcopus roboraui. + Ego Athulf episcopus consignaui. + Ego Ordbyrht episcopus adquieui. + Ego Lyfing episcopus subscripsi. + Ego Godwine episcopus non rennui. + Ego Aethelric episcopus confirmaui. + Ego Aelfhelm episcopus conclusi. + Ego Aelfhun episcopus testis fui. + Ego Aelfwold episcopus non negaui. + Ego

Germanus abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Wulfgar abbas. + Ego Kenulf abbas. + Ego Eadnoth abbas. + Ego Aelfweard abbas. + Ego Byrhtwold abbas. + Ego Aeluere abbas. + Ego Godeman abbas. + Ego Aelfric dux. + Ego Aelfhelm dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Wulfgeat minister, + Ego Wulfheah minister. + Ego Ulfcytel minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Sigwerd minister. + Ego Sigered minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Byrhtric minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Aethelwine minister. + Ego Godric minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Leofric minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Byrhtric minister. + Ego Leofnoth minister.

XLIV

AETHELRED, 1007

+ Regnante in perpetuum deo et domino nostro Ihesu Christo! Quamuis ubique per uniuersum mundum merita beatorum martyrum diuinis celebranda sint praeconiis, eorumque suffragia qui pro Christi nomine sanguinem suum fuderunt totis nisibus amplectenda, Anglorum tamen populis intra ambitum Britanniae constitutis specialiter est honoranda beati martyris Albani gloriosa uictoria, qui et ipse pro Christo martyrium subiit, et hanc gentem rosei sanguinis effusione consecrauit. Quapropter ego Aethelredus tocius Albionis, superna largiente gratia, basileus, ut in tremendo magni iudicii die sanctorum patrociniis interuenientibus superni regni cohaeres existere merear, trium possessionem terrarum deo omnipotenti ad monasterium praefati martyris aeternaliter possidendam concedo, quarum duae simul adiacent, hoc est aet Northtune et una mansa aet Rodanhangron, tercia uero seorsum sita usitato uocabulo aet Oxangehaege nominatur. Harum quidem terrarum portionem Offa rex Merciorum quondam regali iure possedit, eamque ad praedictum monasterium pro amore tanti martyris qui inibi requiescit aeterna lege liberam concessit. Sed eo postmodum

defuncto, per potentiam quorumdam iniquorum uiolenter abstracta est et tamdiu ab ipso loco iniuste exclusa, donec tandem fieret a Leofsino duce possessa ; qui dum, culpa sua exigente, patria pulsus exularet, Aelfricus mihi fidelis archiepiscopus et Leofricus abbas frater eius eandem portionem dato pretio, me concedente, emerunt, et ut deo quae dei erant restituerem rogatu humillimae deuotionis obtinuerunt. Post obitum uero nominati superius archiepiscopi interpellante fratre ipsius hanc cartam meae donationis et renouationis scribere iussi ; in qua praecipio, tam mea quam dei omnipotentis auctoritate, ut nulla altior inferiorue persona cuiuscumque sit dignitatis, hanc portionem sancto martyri subtrahere qualibet occasione praesumat, siue in meis siue successorum meorum temporibus, sed permanente iugiter et praeualente restitutionis huiusce priuilegio, omnia contrariorum molimina adnullentur. Sitque praedicta terrarum possessio perpetualiter ea libertate donata, qua memoratus rex Merciorum tam coenobium sancti Albani quam omnes quas illuc intromisit possessiones omni deuotione ditauit, tribus exceptis, rata expeditione, pontis arcisue restauratione; caeterum cuncta ad se pertinentia, campi, pascua, prata, siluae, et reliqua, libera permaneant. Si quis igitur haec decreta uiolare praesumpserit, omnipotentis dei et omnium sanctorum meaque et omnium christianorum benedictione careat, et aeterna maledictione damnatus intereat, nisi digne citius emendauerit quod contra deum et sanctum martyrem eius Albanum deliquit. Hi sunt fines quibus earundem possessio terrarum gyratur. Anno dominicae incarnationis millesimo septimo, indictione .v. scripta est huius munificentiae scedula, his testibus consciis quorum haec nomina sunt.

+ Ego Aethelredus Anglorum rex pro amore dei et sui martyris Albani hanc donationem gratulabundo corde renouaui et renouatam huic stilo commendare praecepi. + Ego Aelfheah Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus huic donationi regiae signaculum sanctae crucis imposui. + Ego Aelfgyua regina deuota mente concessi. + Ego Uulfstanus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus huic diffinitioni consentaneus extiti. + Ego Aethelstanus filius regis cum fratribus meis clitonibus adplaudens consensi. + Ego Aetheluuoldus Uuintoniensis aecclesiae modernus episcopus assensum praebui. + Ego Ordbertus Australium Saxonum episcopus corroboraui. + Ego Aedulfus episcopus consignaui. + Ego Liuingus episcopus consolidaui. + Ego Goduuinus episcopus consigillaui. + Ego Aelhunus

episcopus confirmaui. + Ego Aelfgarus cum reliquis coepiscopis conclusi. + Ego Aelfweardus abbas. + Ego Aelfsius abbas. + Ego Uulgarus abbas. + Ego Aelfsinus abbas. + Ego Germanus abbas. + Ego Aelferus abbas. + Ego Brihtwoldus abbas. + Ego Aelmaerus abbas. + Ego Eadnothus abbas. + Ego Godemanus abbas. + Ego Aelfricus dux. + Ego Leofuuinus dux. + Ego Eadricus dux. + Ego Aelgarus minister. + Ego Aethelmaerus + minister. Ego Aethelwoldus + minister. Ego Leofuuinus + minister. Ego Godricus + minister. Ego Aelthinus + minister. Ego Bricsinus + minister. Ego Ulfkytelus + minister. Ego Aethelricus + minister. Ego Aelfgarus + minister. Ego Oswius + minister. Ego Leofuuinus + minister. Ego Aelfuuius + minister. Ego Aetheluuinus + minister. Ego Aethelwoldus + minister.

XLV

AETHELRED, 1009.

+ In nomine creatricis et dominatricis sanctae trinitatis dei omnipotentis, qui solus regnum incommutabile et incorruptibile atque ineffabile perpetua potestate possidet ac continet! Ego Aethelred, Christo annuente, rex et primicerius totius Albionis, aliquantulam terrae portiunculam, id est trium. sub aestimatione perticarum, in loco, ut a gnoscitis, Hamme dicto, pro remedio animae meae ad monasteriolum sanctissimi Petri, principis apostolorum, qui noto Aethelinganye nuncupatur onomate, ad supplementum coenobialis uitae Christicolis sub Aelfrico abbate ibidem deo deuote seruientibus libenter concedo, quatenus orationum suarum officia frequentantes pro nostra fragilitate enixius interpellare nitantur. Et hoc donum liberum ab omni saeculari seruitio perstringimus, nisi forte cunctae plebi necesse sit uallum aut fossam hostis obiicere exercitui, seu certe pontem construere regis, regisue expeditionem inire. Hoc itaque nostrum decretum frangentibus Paradisi aditus denegetur; augentibus uero rex regum omnipotens gaudia supernorum ciuium in coelesti Ierusalem concedat in aeternum Facta est autem haec praefata donatio anno dominicae incarnationis M.IX. indictione .VII.

consentientibus idoneis testibus, quorum nomina subtus praenotata cernentibus clare patescunt.

+ Ego Aethelred rex singularis priuilegii monarchia praeditus huius indiculi soliditatem cum signo sanctae crucis + corroboraui. Ego Aelfheah Doroberniensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donationem cum uexillo agiae crucis confirmaui. + Ego Wulfstan Eboracensis aecclesiae archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aethelstan clito. + Ego Eadmund clito. + Ego Eadred clito. + Ego Aelfin episcopus. + Ego Aethelwold episcopus. + Ego Lyfing episcopus. + Ego Bryhtwald episcopus. + Ego Aethelric episcopus. + Ego Aelfward abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Brihtwald abbas. + Ego Aelfric dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Uhtred dux. + Ego Aethelmer minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Brihtric minister.

XLVI

AETHELRED, juillet, 1012

+ Aurea ut fertur quondam saecula haud hominum toxicatis infecta nequitiis, sed pura simplicitate remotis simultatibus ubique uigente, nullis territoriis usa noscuntur ; at nostra aetas liuida mortalium malignitate fuscata, ac multimodis cladibus obsessa, causa uitandarum litium, terminis telluris propriae exoptat perfrui, quae tamen iusticia emendanda, prudentia gubernanda, temperantia tenenda, fortitudine corroboranda est; et in hac uita labili summis studiis aeterna mortalibus mercanda est. Unde ego Aethelredus basileus tocius Albionis, omnipotentis dei nutu regente, cuidam ministro meo mihimet fideliter obsequenti Leofricus uocamine quoddam ruris amminiculam, scilicet decem cassatos, proprio iure possidendum largiter tribuo in uilla quae famose a ruricolis Hwitcyree dicitur in prouincia Oxnafordnensi sita iuxta ripam fluminis Tamesis ; ut libere uoti compos, uita comite, possideat, et cui haeredi libuerit derelinquat. Sit haec tellus cum appendiciis suis libera ab omni saecularis seruitutis honere, exceptis quae omnibus communia sunt, uidelicet procinctu, pontis arcisue recuperatione, nostra auctoritate sibimet et haeredibus per tempora cuncta permansura.

Et si forte quispiam hanc nostram donationem, quod absit, adnullare satagerit, et impie proprio dominio subdi maluerit, sciat se reum fore iustissimi iudicis Christi examinis, nisi forte ante supremum diem semet naeuo huius piaculi emaculet. Hoc denique rus cuiusdam possessoris Leofricus onomate quondam et etiam nostris diebus paternae haereditatis iure fuerat, sed ipse impie uiuendo, hoc est rebellando meis militibus in mea expeditione, ac rapinis insuetis, et adulteriis, multisque aliis nefariis sceleribus, semetipsum condempnauit simul et possessiones. Ideoque uolumus ut haec cartula nostra potestate antiquiora territoria si inuenta fuerint omnimodis condempnet, ut nil usquam praeualeant contra nostram auctoritatem. His itaque terminis praefata tellus circumdata agricolis testibus dinoscitur... Scripta est haec nostra donatio anno .M⁰. duodecimo post incarnationem domini nostri Ihesu Christi, indictione decima, mense Iulio, his testibus quorum onomata subter adnotantur.

+ Ego Aethelredus dominante deo rex hoc donatiuum scribi mandaui. + Ego Aethelstanus clito fidelis testis adstiti. + Ego Eadmundus clito adfui. + Ego Eadredus clito. + Ego Uulfstanus archiepiscopus signo sanctae crucis impressi. + Ego Lyfingus episcopus. + Ego Eadnotus episcopus. + Ego Aelfgarus episcopus. + Ego Aelfmaerus episcopus. + Ego Goduuinus episcopus. + Ego Aethelstanus episcopus. + Ego Eadricus dux. + Ego Aelfricus dux. + Ego Leofuuinus dux. + Ego Germanus abbas. + Ego Uulfgarus abbas. + Ego Aelfricus abbas. + Ego Godemannus abbas. + Ego Aelfsinus abbas. + Ego Brihtuuoldus abbas. + Ego Aetheluuinus abbas. + Ego Aethelmerus minister. + Ego Aetheluuerdus minister. + Ego Aetheluuinus minister. + Ego Ordmerus minister. + Ego Leofuuinus minister. + Ego Goda minister. + Ego Aelfgarus minister. + Ego Goduuinus minister. + Ego Aelfuuinus minister.

XLVII

AETAELRED, 1014.

+ Annuente dei patris ineffabili humanae proli clementia, qua annullato protoplasti piaculo, ammirabile quoddam mundo decus,

aeternae consortem maiestatis filium mittere dignatus est, qui terrenae condolens fragilitati custoditae per uirginei pudicitiam fluosculi, affatu angelico uirginis claustra subintrans, nouae incarnationis misterium se ostentando dedicauit ; ostendens se, dictis uerborum factisque miraculorum quibus deifice pollebat, dominum totius mundi creatorem, curans omnium imperanti sermone infirmitates aegrotationum, tandem quadrati pro nobis perferens supplicia ligni, iugum haereditariae mortis absumens, diu longeque interdictae reserauit limina portae. Pro cuius inenarrabilis gloria recordatione, ego Aethelredus, gratia dei sullimatus rex et monarchus totius Albionis, ruris quandam particulam, tredecim uidelicet ab incolis aestimatam mansiunculis, in loco qui dicitur Corigescumb ad coenobiale monasterium quod solicolae regionis illius Scireburnan uocitant liberam praeter arcem, pontem, expeditionemque, in perpetuum ius libenter admodum concedendo, scedulam istam annotare mandaui. Hanc uero praefatam terram .xvi^{cim}. ut praefati sumus cassatis consistentem, quondam Aelfwoldus episcopus, rege Eadgaro consentiente, duorum hominum tempus de ipso monasterio accommodauit ; sed sequens post illorum uitae terminationem successor Aethelricus uocamine episcopus recte redintegrauit, necessitudineque postea cogente, ob malorum infestationes direptionesque Danorum, duci Eadrico traditione perpetuali tribuit. Labentibus denique annorum curriculis, quidam praedicti monasterii famulus nomine Wulfgarus, fauente amicorum amminiculo, multo auri argentique praetio illam terram ab ipso comparauit Eadrico, atque pro animae suae remedio supramemorato concessit coenobio. Si autem tempore contigerit aliquo quempiam hominum aliquem libellum ob istarum apicum adnichilationem in palam producere, sit omnimodis ab omnibus hominum ordinibus condempnatus, omnique abolitus industria ueritatis, cuiuscumque regum fuerit tempore prescriptus. Si quis uero contra hoc decretum machinari uel infringere aliquid temptauerit, ni prius digna satisfactione cessauerit aut emendauerit, poenalis eum deglutiat tartarorum interitus. Acta uero est praesens pergameni scedula, anno dominicae incarnationis millesimo .xiiii^{mo}. indictione uero .xii^{ma}. Istis terminis supradicta terra circumgyrata est. . Ista kartula illorum testium testimonio est corroborata quorum hic uocabula litteris uidentur karaxata.

⁊ Ego Aethelred gubernator sceptri huius insulae hanc nostri

decreti breuiunculam almae crucis notamine muniens roboraui. + Ego Wulfstan archiepiscopus corroboraui. + Ego Lyfing episcopus confirmaui. + Ego Aelfsige episcopus consolidaui. + Ego Aethelsige episcopus conscripsi. + Ego Beorhtwold episcopus conquieui. + Ego Eadric dux. + Ego Aelfric dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Uhtred dux. + Ego Aethelmaer dux. + Ego Godric dux. + Ego Eadmund clyto. + Ego Eadwig clyto. + Ego Eadweard clyto. + Ego Aelfred clyto. + Ego Beorhtraed abbas libenter annotaui. + Ego Wulfgar abbas humiliter consensi. + Ego Aelfsige abbas benigniter subarraui. + Ego Aelfnoth abbas gratanter muniui. + Ego Brihtmaer abbas clementer subscripsi. + Ego Ulfkytel minister. + Ego Godwine minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Odda minister. + Ego Aethelweard minister. + Ego Wulfgar minister. + Ego Aelfmaer minister. + Ego Wulfwerd.

XLVIII

AETHELRED, 1015.

+ Benigna et ineffabilis almifluaque diuinitatis maiestas in se inmutabilis perseuerans liberum cunctis concessit mortalibus arbitrium ut sanctae et iuste pieque uiuentes, aut in summitate polorum angelica fruantur beatitate, uel inobedientes praeceptis illius existentes, cum tartareis ministris infernali claudantur calamitate. Idcirco totis satagendum est uiribus ut qui opibus habundant mundanis, cum terrenis Olympica, ac cum caducis mansura, cumque transitoriis et momentaneis rebus perpetua mercantur habitacula, ubi omnitenens conditor cosmi in trinis essentialiter existens personis et uno substantialiter permanens onomate, ymnidicis circumseptus angelorum undique choris, inennarabili et inuestigabili fulgore splendenti residet solio, ubi etiam coruscantia patriarcarum agmina ac ueridica prophetarum apostolorumque turba et beatorum uictoriosa martyrum caterua, necnon et gloriosa confessorum uirginumque turma, sed et clarissima cunctarum coelestium, uirtutum familia, in perhenni gloria cum eodem auctore et recuperatore nostro omniumque bonorum largifluo datore perpetualiter regnabunt. Huius inexaustae foelicitatis dulcedine delectatus ego Aethel-

red, archipotentis dei pietate regali fretus dignitate, cuidam meo amabili episcopo qui ab ipsis suae cunabulis infantiae Beorhtuuold nuncupatur uocitamine, aliquam ruris particulam quinis mansiunculis aestimatam ab incolis, illo in loco ubi solicolae appellatiuo usu Cildatun nominant, libenter impendo; ut habeat atque possideat quamdiu huius labentis uitae spacio consistat, et post se cuicumque libuerit haeredi liberaliter relinquat. Nam quidam minister Uulfget uulgari relatu nomine praefatam terram aliquando possederat, sed quia inimicis regis se in insidiis socium applicauit, et in facinore inficiendi etiam legis satisfactio ei defecit; ideo haereditatis suberam penitus amisit, et ex ea praenominatus episcopus praescriptam uillulam, me concedente, suscepit. Maneat igitur hoc nostrum immobile donum aeterna libertate iocundum, cum universis quae rite ad eundem locum pertinere disnocuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, in campis, pratis, pascuis, siluis, causis tribus exceptis, uidelicet expeditione, pontis constructione, arcisue munitione. Si quisquam autem temporum progressibus fomite zeli uel auaritiae aestibus accensus meae regalis donationem potestatis aut inminuere uel quoquo modo inmutare studuerit, infernalium participetur parasitis tenebrarum, perpetuis cum diabulo eiusque complicibus arsurus incendiis, nisi ab hoc deliramento desistens poenitendo cessauerit. Hiis nam confiniis praedicta cingitur terra... Scripta est denique huius donationis scedula decursis annis ab incarnatione saluatoris .M$_0$.XV. indictione .XIII^a. his fauentibus quorum nomina inferius ex pennali rostro guttata ac promulgata patenter intuentibus patescunt.

+ Ego Aethelredus industrius Anglorum basileos hanc meam donationem dilecto episcopo gratanti animo perpetua largitus sum haereditate. + Ego Uulfstan Eboracensis aecclesiae archiepiscopus donum regis crucis gabulo praetitulaui. + Ego Leofing Dorbernensis aecclesiae episcopus taumate crucis consignaui. + Ego Eadmund regiae indolis suboles cum aliis assensum accommodaui. + Ego Eaduuaerd clito hoc eulogio libenti animo consentiens adfui. + Ego Aelfun Lundoniensis coenobii antistes regis beniuolentiam roboraui. + Ego Aelfsige Uuentanae ciuitatis praesul hanc munificentiam firmaui. + Ego Beorhtuuold Uuiltoniensis aecclesiae episcopus huic donationi libens adquieui. + Ego Eadnoth Cridiensis aecclesiae pontifex signo agiae crucis consolidaui. + Ego Beorhtraed abbas libenter consensi. + Ego Byrhtmaer abbas non renui. + Ego

Uulfgar abbas adnotaui. + Ego Aelfsige abbas subarraui. + Ego Eadric dux consensum praebui. + Ego Uhtraed dux subscripsi. + Ego Leofuuine dux confirmaui. + Ego Godric dux corroboraui. + Ego Aetheluuerd minister non abnui. + Ego Oda minister concessi. + Ego Ceolric minister titulaui. + Ego Leofuuine minister istis consensi.

XLIX

CNUT, 1020

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo impertuum ! Quamobrem summopere festinandum est ad amoena arua laetitiae ubi ymnidicae iubilationis organa angelica dulcissimaque odoramina fragrantia rosarum a iustis idoneisque capiuntur naribus ; ergo prodigiis manifestissimis sine aliqua intercapedine demonstratur quod ea quae saepissime arbitrantur retineri cum gaudio agillime transeunt sine laetitia. Quapropter ego Cnut diuino nutu Anglorum rex uocitatus et Algiwa mea collaterana pro redemptione animarum nostrarum, et praedecessorum nostrum, et ob beneficium et rucrentiam nostri dilectissimi monachi nomine Euich, aecclesiae beatae Mariae uirginis et beati Egwini in Eouesham IIII^or^. mansas in Badebi et in Newaeham, in aeterna concedimus haereditate, quatinus praedicta aecclesia in aeternum possideat cum omnibus utensilibus suis, campis, pascuis, pratis, siluis, deriuatisque aquarum cursibus. Istud ergo donum, ut iam praedixeram, maneat ab omni seruitio saeculari liberum, praeter arcis munimen, et pontis reaedificationem, et expeditionem. Praecipimus uero in nomine saluatoris ut si in postmodum quisquis alios libellos protulerit, nichil omnino contra istum praeualeant, sed sint condempnati et anatematizati et ad nichilum redacti, et iste semper firmus stabilisque permaneat, ad utilitatem se possidentis. Si quis autem, taetri daemonis fastu instinctus, hoc nostrum decretum infringere uoluerit, sit ipse a sanctae dei aecclesiae consortio separatus, et infernalibus aeternaliter flammis cum Iuda Christi proditore cruciandus, nisi hic prius digna satisfactione poenituerit quod contra nostrum decretum deliquid. Acta sunt haec anno ab incarnatione domini .M.XX°. his testibus consentientibus quorum hic inferius nomina caraxari uidentur.

Ego Cnut totius Britanniae monarcus meae largitatis donum agiae crucis + taumate roboraui. + Ego Aelfgiua regina stabilitatem testimonii confirmaui. + Ego Aethelnoth Dorobernensis aecclesiae archipraesul adquieui. + Ego Wulstan Eboracensis aecclesiae archipraesul consignaui. + Ego Aethelricus episcopus in nomine saluatoris iubente rege sub testimonio optimatum hanc scedulam dictitando perscribere iussi. + Ego Godwine episcopus adquieui. + Ego Brihtwold episcopus subscripsi. + Ego Aelfsige episcopus astipulaui. + Ego Leofsige episcopus consolidaui. + Ego Aelmer episcopus testificaui. + Ego Aete[l]wyne episcopus non renui. + Ego Godwine dux. + Ego Yric dux. + Ego Leofric miles. + Ego Aelfwine miles. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Leo[f]wine abbas. +.

L

CNUT, 1033

+ Regnante imperpetuum deo et domino nostro Ihesu Christo, cum cuius imperio hic labentis saeculi prosperitas in aduersis successibus sedulo permixta et conturbata cernitur, et omnia uisibilia atque desiderabilia ornamenta huius mundi ab ipsis amatoribus cotidie transeunt ; ideo beati quique ac sapientes cum his fugitiuis saeculi diuitiis aeterna et iugiter permansura gaudia coelestis patriae magnopere adipisci properant ! Iccirco ego Cnut rex Anglorum caeterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, quandam mei proprii iuris portionem .VII. terrae mansas illo in loco ubi iamdudum solicolae illius regionis nomen imposuerunt Hortun, meo fideli ministro, quem noti atque affines Boui appellare solent, confirmo haereditatem ; quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat, quamdiu deus per suam mirabilem misericordiam uitam illi et uitalem spiritum concedere uoluerit ; deinde namque sibi succedenti cuicumque libuerit cleronomi iure haereditario derelinquat, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem. Maneat igitur hoc nostrum immobile donum aeterna libertate iocundum, cum uniuersis quae rite ad eundem locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, in campis, pascuis, pratis, siluis, riuulis, aquarumque cursibus, excepto quod com-

muni labore, quod omnibus liquide patet, uidelicet expeditione, pontis constructione, arcisue munitione. Si autem tempore contigerit aliquo quempiam hominum aliquem antiquiorem librum contra istius libri libertatem producere, pro nichilo computetur. Si quis autem tetri daemonis instinctu hoc nostrum decretum infringere uoluerit, sit ipse a sanctae dei aecclesiae consortio separatus, et infernalibus aeternaliter flammis cum Iuda Christi proditore cruciandus, nisi hic prius digna satisfactione poenituerit quod contra nostrum deliquit decretum. Acta uero est praesens pargameni scedula anno dominicae incarnationis millesimo .XXXIII. indictione uero prima. Istis terminis supradicta terra circumgirata est... Ista cartula illorum testium testimonio est corroborata quorum hic uocabula litteris uidentur caraxata.

+ Ego Cnut gubernator sceptri huius insulae hanc nostri decreti breuiunculam almae crucis notamine muniens roboraui. + Ego Aethelnoth Dorouernensis archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Aelfric archiepiscopus corroboraui. + Ego Britwold episcopus confirmaui. + Ego Aelfwine episcopus. + Ego Brihtwig episcopus. + Ego Aelfmaer episcopus. + Ego Lyfing episcopus. + Ego Brihtwine episcopus. + Ego Aethelweard abbas. + Ego Aelfwig abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aelfwig abbas. + Ego Aethelwig abbas. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Aelfwine dux. + Ego Duduc presbyter. + Ego Eadwold presbyter. + Ego Stigand presbyter. + Ego Godwine presbyter. + Ego Wulfnoth presbyter. + Ego Thored minister. + Ego Osgod minister. + Ego Toui minister. + Ego Urki minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfget minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Siwerd minister. + Ego Wulfnoth minister. + Ego Winus minister. + Ego Scirwold minister. + Ego Eadwold minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Wihtnoth minister. + Ego Ecglaf minister. + Ego Odda minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Leofric minister. + Ego Eadwig minister.

LI

CNUT

+ Omnia quae hic humanis considerantur obtutibus, tam praeterita tam etiam praesentia necnon futura, festinando iugiter de die in diem, sine ulla dilatione declinant ad ruinam, rapidissimoque cursu annorum cum mensibus temporalia siquidem tempora fugitiuis incessanter horis properant ad finem. Quapropter dispensante domino omnia regna terrae, ego Cnut rex Anglorum, sollicita mente cogitando perscrutaui profuturum ac necessarium esse, cum his transitoriis et minime mansuris diuitiis perpetua atque iugiter perseuerantia coelorum praemia acquirere. Idcirco tali memoria instructus atque meorum ubique antecessorum roboratus exemplis, aliquam terrae partem, id est duas mansas, siue unam perticam, in loco qui uulgariter dicitur Seofenempton, famossissimae familiae domino abbati Aethelwino, et uniuersis fratibus suis, in illo sancto et celeberrimo loco qui Aethelinganye nuncupatur, libenti animo, deo omnipotenti et sancto Petro principi apostolorum, hilari uultu menteque praeclara, concedo, pro redemptione animae meae et criminum meorum absolutione, cum omnibus bonis ad mensam coenobialis uitae fratribus deo seruientibus largitus sum, quatinus ille uenerabilis abbas eiusdem monasterii cum monachis suis apud altissimum deum semper fundant preces, et quotidie flagitant deum in psalmodiis et missarum celebrationibus pro facinoribus meis, ut post obitum meum per misericordiam dei et per eorum sancta suffragia possim ad regna coelorum peruenire. Hoc etiam in ista donationis meae chartula addere iussi, ut si in posterum quaelibet forte persona superioris inferiorisue dignitatis antiquum librum praefati ruris, aut chirographum, uel alia quaeque testamentorum scripta ad praefatum locum pertinentia, in medium protulerit, pro nihilo computentur. Si quis autem contra hanc nostrae beneuolentiae dapsilitatem cupido conamine aliquid machinari uoluerit, aut minuere temptauerit, non dubitet se inter diabolica tormentorum tartara rotari, nisi prius hic cessauerit uel emendauerit. Ob affinitatem circumiacentium agrorum praefata terrae particula hoc cingitur ter-

ritorio. His hierarchis consentientibus, quorum nomina inferius notantur.

+ Ego Cnut singularis priuilegii hierarchia praeditus rex huius acumen indiculi cum signo sanctae crucis corroboraui. + Ego Aetheluold Doruornensis archiepiscopus consensi. + Ego Aelfsige Wentanae aecclesiae episcopus confirmaui. + Ego Brythwold Coruinensis aecclesiae episcopus consolidaui. + Ego Brythwig Fontanae aecclesiae episcopus conquieui. + Ego Godwyn dux non renui. + Ego Leofric dux adquieui. + Ego Brithwi abbas muniui. + Ego Aethelward abbas subarraui. + Ego Osgod minister corroboraui. + Ego Stigandus presbyter. + Ego Schitwol minister. + Ego Aethelwold minister. + Ego Wlfnoth minister.

LII

HARDACNUT, 1042

+Hardecnut rex et Aelfgiua mater eius regina Eadnotho episcopo, et Turri comiti, et Kinrico, et omnibus ministris de comitatu Huntingtoniae, salutem. Notificamus uobis quod nos, in nomine sanctae trinitatis, dedimus et concessimus aecclesiae Ramesiensi, pro anima Cnutonis regis domini nostri et nostra amborum, terram orientalem de Hemmingford et omnia quae ad illam pertinent, cum saca et soca, ita plene et honorifice sicut nobis in manu stetit. Quicunque ergo hanc donationem nostram ab eadem aecclesia alienare tentauerit, alienetur ille in die iudicii a gaudio coelesti, et poenas inferni cum daemonibus sortiatur.

LIII

EADWEARD, 1042

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Omnis quidem susceptio et datio passionum terrarum melius litterarum exemplis confirmanda sit, ne in posterum aliquis testamenti confirmationem igno-

rans praesumptionis peccatum uel direptionis incaute crimen incurrat. Qua de re ego Eadweard rex, regali fretus dignitate, aliquam terram cuidam fideli meo ministro uocitato nomine Ordgar unam dimidiam mansam in loco ubi dictum est Littleham, cum sylua ad se pertinente in australi parte, in haereditatem perennem impendere curaui. Sit uero praedictum rus ab omni saeculari grauedine expers, nisi expeditione, pontis, arcisue munitione. Quicumque hoc decretum minuere seu transmutare satagerit, noscat se reum esse in die iudicii coram Christo et sanctis eius. Terra autem ista his terminis circumdatur... Acta est autem haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo .XLII. indictione .X.

+ Ego Eadweard rex Britanniae totius Anglorum monarchus hoc agiae crucis taumate roboraui. + Eadsige Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beniuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi. + Ego Aelfgyfu regina humillima adiuui. + Ego Aelfwine episcopus assensum praebui. + Ego Byrhtwold episcopus dictando titulaui. + Ego Dudoc episcopus consolidaui. + Ego Lyfing episcopus dignum duxi. + Ego Godwine dux. + Ego Sigwerd dux. + Ego Leofric dux. + Ego Sigwerd abbas. + Ego Aelfwine abbas. + Ego Odda minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Godwine minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Toky minister. + Ego Toui minister. + Ego Dodda minister. + Ego Aelfwerd minister. + Ego Osmaer minister.

LIV

EADWEARD, 1046

+ Annuente dei patris ineffabili humane proli clementia qua filium suum redemptorem nrm huic mundo destinare dignatus. qui quod [morti]fer[i] uetus puenenata contulerat arma uirgine satus integerrima diuino refertus supplemento. Ut fax noua mundi de[tersit. Pro] cuius inenarrabilis glorie recordatione Ego Eduuardus rex anglorum aliarumquae gentium in circuitu psistentium deo et sancto Petro monachisquae ueteris cenobii wentane ciuitatis quandam telluris particulam uidelicet. III. mansas et quatuor hidas terre cum septem uillanis. et septem bord. cum uno molendino .XV. solid.

in loco ubi a ruricolis Brandesburi et Forde nuncupātur in perpetuam possessionem donando donaui Ut habeant et possideant bene integre in eternam hereditatem Et inde prout uoluerint libere disponant et eternaliter teneant. Sit autem predictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus ad se protinentibus. Campis. pratis. mariciis. Siluis. et quibuscumquae rebus aliis. Hec dedi dictis monachis in puram et ppetuam elemosinam. Si quis igitur hanc nostram donationem In aliud quā constituimus transferre uoluerit priuatus consortio scae dei ecccueliae aeternis barathri incendiis lugubris Iugiter cum Iuda xpi proditore eiusquae complicibus puniatur et consideret se die ultima iudicii coram deo rationem reddituruin. atquae cum reprobis quibus dicitur. Discedite a me maledicti in ignem eternum penis atrocibus esse passurum. si non antea corporea lamentatione emendauerit. + Anno siquidem incarnationis dñice M.XLVI. hiis litteris fuit hec libertas ad noticiam principû quorum inferius notātur onomota.... + Ego Eadwardus rex tocius britannie prefatam meam donationê cû sigillo scae crucis regali stabilimento affirmaui. + Ego eadgath eiusdem regis cōlaterana hanc regalem donationê gaudenter stabilui. Una cû q^inq^e uirgatis terre in Hertone saci et decimis de terris superius nominatis. + Ego siweardus archiepus triumpale agie crucis tropheum hic regio munere gaudenter inpressi. + Ego Aelfricus archipresul hanc territoriam scedulam signo scae crucis diligenter adsignare curaui. + Ego Aelfwinus wintoniensis eps consolidaui. + Ego hermannus wiltoniensis eps confirmaui. + Ego Godwinus dux. + Ego Leofric dux. + Ego Osgar minister. + Ego Osgod minister.

LV

EADWEARD

+ Sacrae nos catholicorum patrum per quos dei spiritus est locutus admonent scripturae, ut descientes terrena concupiscamus coelestia ; dum transeuntis saeculi uicissitudo per dierum incrementa crescendo decrescit et amptiando minuitur, et nil penitus prodesse homini lucrari mundum nisi per temporalia commutauerit aeterna quum uelut umbra praesens computatur uita ad futuram quae in

nobis reuelabitur gloriam. Quapropter ego Eadwardus, regis regum dei praedestinatione, Anglorum rex et dominium habens, dilecto mihi archiepiscopo Eadzino quandam haereditatis meae tradidi partem in plaga orientali, terram uidelicet unius aratri cui incolae eiusdem prouinciae usu antiquo Lytleburnan nomen indiderunt, ut habeat et possideat ac secundum proprium libitum habeatur et fruatur; postque ipsius uitae discessum cui sibi placuerit haeredi in perhenni possessione derelinquat. Sit etiam eadem terra ab omni seruitutis obstaculo libera, excepto quod in regali contra hostes expeditione, uel pontis constructione, seu in arcis reaedificatione, exhibeat supplementum. Si quis autem, quod absit, uesana mente tumidus, huic nostrae donationi emulator existens eam iufringere temptauerit, multiplicentur in eo omnes plagae quas dominus intulit Egiptiis, ac perpetuis subiciatur maledictionibus, nisi poenitens resipiscat et emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyratur.

LVI

AETHELWOLD

+ In hac cartula declaratur qualiter Athelwoldus episcopus et familia Wintaniensis aecclesiae in Uetusto monasterio cum licentia regis Eadwardi commutationem terrarum fecerunt, contra Aelfwinum filium Aelfsige et Aethelhildam matrem ipsius; hec est quod episcopus et familia eius dederunt .xii. mansas in loco qui dicitur Mordune, quod sui antecessores suis posteris ad hoc designauerunt, quod omni anno de illa terra pastus familiae daretur pro animabus illorum qui hanc scilicet haereditatem adquisierant. Aelfsige denique genitor illius hanc eandem tellurem familiae in Uetusto monasterio, ubi omnes sui antecessores requiescunt, pro pastu designauit, et eis eodem tenore e contra concessit intra ciuitatem Wintoniae duo iugera ruris et riuum quod terrae adiacet, intra amplitudinem quam praesul muro usque ad monasterium circumplexus est usque ad murum uetustum praedictae ciuitatis; et telligraphium quod Aelfredus basileus suis antecessoribus praescripsit dedere. Hic sunt testes huius commutationis,

+ Ego Eadweard rex. + Ego Aethelgar abbod, et tres familiae in

hac ciuitate, hoc est familia in Uetusto monasterio, et familia in Nouo monasterio, et familia in monasterio monialium. + Ego Aethelwold episcopus. + Ego Aethelmer dux. + Ego Aethelhild. Et omnes ciues istius ciuitatis.

FIN DE LA CINQUIEME PARTIE

LISTE DES DOCUMENTS

CONTENUS DANS CETTE CINQUIÈME PARTIE

Nos	Noms	Dates	Sources
1.	Eadgar	958	Cod. Winton. f. 106, b.
2.	Eadgar	959	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 63.
3.	Dunstan	959	MS. Cott. Faust. A. iii. f. 21, b.
4.	Eadwig	959	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 43, MS. Cott. Claud. C. ix. f. 109, b.
5.	Eadgar	959	Cod. Winton. f. 29.
6.	Eadgar	960	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 66, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 115, b.
7.	Eadgar	961	Cod. Winton. f. 112.
8.	Eadgar	961	Cod. Winton, f. 53, b.
9.	Eadgar	961	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 73.
10.	Eadgar	961	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 74, b.
11.	Eadgar	961	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 77, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 116.
12.	Eadgar	961	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 81, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 117.
13.	Eadgifu	961	MS. Lambeth. 1212. p. 324. MS. Cott. Cleop. E. i. f. 78.
14.	Eadgar	962	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 78. b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 116.

Nos	Noms	Dates	Sources
15.	Eadgar	962	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 80, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 116, b.
16.	Beorhtric et Aelfswyth	962	Text. Roff. ed. Hearne, p. 112.
17.	Eadgar	963	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 80. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 117.
18.	Eadgar	964	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 82, b.
19.	Eadgar	964	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 70.
20.	Eadgar	964	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 81. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 117, b.
21.	Eadgar	965	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 68, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 120.
22.	Eadgar	965	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 65, b.
23.	Eadgar	965	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 69. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 118, b.
24.	Eadgar	967	Reg. B. pen. Dec. et Cap. S. Paul. f. 20, b. Dugdale. Mon. Ang. iii. p. 302.
25.	Eadgar	967	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 74.
26.	Eadgar	968	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 71, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 120, b.
27.	Eadgar	968	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 76. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 120, b.
28.	Eadgar	969	MS. Cott. Vitell. C. ix. f. 126, b. Heming. Chart. by Hearne, p. 559.
29.	Eadgar	970	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 73, b.
30.	Eadgar	970	MS. Cott. Tib. A. vi. f. 118. MS. Cott. Titus, A. i. f. 23, b. Gale, Vet. Script. iii. p. 520.
31.	Eadgar	974	MS. pen. Dec. et Cap. Ecc. Eliens.
32.	Aethelred	982	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 93, b.
33.	Aethelred	983	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 94.

Nos	Noms	Dates	Sources
34.	Aethelred	984	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 97.
35.	Aethelred	985	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 98.
36.	Oswald.	S. D.	MS. Cott. Tib. A. xiii. f. 134. Heming. Chart. by Hearne. p. 292.
37.	Aethelred	995	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 96,
38.	Aethelred	996	Cod. Winton. f. 4, b.
39.	Aethelred	1000	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 99. b.
40.	Aethelred	1002	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 100, b. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 125.
41.	Aethelred	1002	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 100.
42.	Aethelred	1002	MS. Cott. Nero, D. i. ff. 150, 153, b.
43.	Aethelred	1005	Chart. Scireburn. f. 25, b.
44.	Aethelred	1007	MS. Cott. Nero, D. i. ff. 149, b. 153, b.
45.	Aethelred	1009	MS. Athelney, Middle Hill, No. 4810, f. 91.
46.	Aethelred	juillet 1012	MS. Cott. Claud. B. vi. ff. 104, b. 117. MS. Cott. Claud. C. ix. f. 132.
47.	Aethelred	1014	Chart. Scireburn. f. 13.
48.	Aethelred	1015	MS. Cott. Claud. B. vi. f. 105.
49.	Cnut.	1020	MS. Harl. 3763 f. 63.
50.	Cnut.	1033	Chart. Scireburn. f. 24.
51.	Cnut.	S. D.	Middle Hill, No. 4810. f. 75.
52.	Hardacnut.	1042	Gale, Vet. Script. iii. p. 449.
53.	Eadweard	1042	Chart. Scireburn. f. 27.
54.	Eadweard	1046	Autog. in Arc. Ecc. Winton. No. vii. MS. Harl. 576. f. 20, b.
55.	Eadweard	S. D.	MS. Cott. Jul. D. ii. f. 105.
56.	L'évêque Aethelwold . . .	S. D.	Cod. Winton. f. 6.

SIXIÈME PARTIE

1018-1066

CHARTES ANGLO-SAXONNES

I (1)

CNUT, 1018

+ Ego denique imperator Knuto, a Christo rege regum, regiminis Anglici in insula potitus, audiens beneficia praedecessorum meorum regum, scilicet regalia priuilegia, similiter cernens libertatem monasterium intra Cantiam positorum, archipraesulisque piissimi Liuingi admonitione, placuit cordi amborum praesentem chartulam corroborare ; uidelicet, aecclesia saluatoris in Dorobernia sita, omnium aecclesiarum regni Angligeni mater et domina, cum omnibus ad illam pertinentibus, sit libera, nec quisquam hominum in ea et rebus suis aliquid iuris uel consuetudinis praeter archiepiscopum et monachos ibidem deo famulantes, exigat uel obtineat. In sempiternum hoc nostrum decretum inuiolabile tempore meo et successorum meorum pro spe salutis aeternae, stabile perseueret. His testibus quorum signa subtus annotantur.

Ego Knuto gubernator Anglici orbis propria manu confirmo +. Ego Liuingus metropolitanus archipraesul libenter annuo +. Ego Emma regina signo crucis confirmo +. Ego Wolstanus Eboracensis consolidaui +. Ego Ealdelmus episcopus gratum habens +. Ego Aelfgarus episcopus concedo +. Ego Leofricus episcopus confirmo +. Ego Haldenne princeps regis [dono] pro uiribus assensum

(1) La présente partie s'achève sur le règne d'Harold, et sur la conquête normande de l'Angleterre.

praebeo +. Et ego Turkillus dux concedo +. Facta est autem ista concessio anno dominicae incarnationis, millesimo .XVIII.

II

CNUT, 1018

+ In nomine sanctae trinitatis! Cum mundi cursus uario, ut cotidie cernimus, incertoque discrimine tendat ad calcem, cuique mortalium opus est, ut sic caducam peragat uitam, ut quandoque possit dei adiutus [beneficio] possidere perpetuam, et quamdiu uitae istius utitur aura cuncta quae iusto statuuntur examine certis apicum lineis inserere, ne forte subsequentibus ueniant in obliuionem, et sic a iunioribus paruipendatur institutio seniorum. Quapropter ego Cnut rex subthronizatus Angligenum, cuidam meo fidelissimo episcopo, qui noto uocitamine nuncupatur Burhwold, condono in aeternae ius haereditatis, quandam telluris particulam, cassatas scilicet quatuor, in duobus locis diuisas, ubi ab incolis dicitur Landerhtun, et terra aliud Tinieltun; ut habeat quamdiu uitalis spiritus in hac aerumnosa uita fragile corpus aluerit; et post obitum eius terram Landerhtun commendat pro anima eius et regis sancto Germano in perpetuam libertatem; et Tinieltun faciat episcopus quod sibi uisum fuerit. Maneatque, prout iam praedixeram, donum istud ab omni saeculari seruitio exinanitum, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, siluis, pascuis, pratis, excepta expeditione tantum si necessitas coegerit, et captio furum, libertatem teneat ut superius titulatur. Hanc uero meam donationem, quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus, fiat pars illorum cum illis de quibus e contra fatur, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum ', et caetera ; nisi hic prius satisfaciant ante mortem. Istis terminis ista terra hinc inde gyratur, etc. Anno dominicae incarnationis millesimo octodecimo scripta est huius munificentiae syngrapha, his testibus consentientibus quorum nomina inferius caraxata esse uidentur.

+ Ego Cnut totius Britanniae monarchus meae largitatis donum agiae crucis taumate roboraui. + Ego Liuingus Dorobernensis aecclesiae episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wlfstan Ebora-

censis aecclesiae archiepiscopus signo sanctae crucis subscripsi. + Ego Aelgyfa regina humillima adiuui. + Ego Aelfsinus episcopus non renui. + Ego Brihtwold episcopus adquieui. + Ego Aethelwine episcopus confirmaui. + Ego Brihtwine episcopus consilium dedi. + Ego Eadnoth episcopus consolidaui. + Ego Burhwold episcopus conclusi. + Thurcil dux. + Yrric dux. + Egillaf dux. + Ranig dux. + Aethelweard dux. + Godwine dux. + Brihtrig abbas. + Aethelsige abbas. + Brihtmaer abbas. + Aelfsige abbas. + Aeluere abbas. + Aethelwold abbas. + Thored minister. + Aslac minister. + Tobi minister. + Aelfgar minister. + Odda minister. + Aelfgar minister.

III

CNUT, 1019

+ Rector altipolorum culmine atque architector summae fabricae aethereae aulae, ex nihilo quidem cuncta creauit, coelum scilicet et terram et omnia quae in eis sunt, candida quidem angelica agmina, solem, lunam, lucidaque astra, et caetera quae super firmamento, sunt ; mundi autem fabricam inenarrabili disponens ordine, ut Genesis testatur, ' Et hominem sexto die formauit ad similitudinem suam ', Adam, uidelicet, quadriformi plasmatum materia, unde nunc constat genus humanum quae in terris mouetur et ima terra laruarica latibula, ubi et Lucifer cum decimo ordine per superbiam de coelo ruit. Sed et hoc inuidet pestifer Chelidrus prothoplaustum a deo conditum intellexerat ut hoc impleret, a quo ipse miser et satellites illius de coelo proiecti sunt. Heu ! quidem boni creati sunt, sed miserabiliter decepti. Ideoque inuidus Zabulus totis uiribus homini inuidet, suadet mulieri, mulier uiro, per suasionem atque per inobedientiam ambo decepti sunt fraudulenter per gustum pomi ligni uetiti, atque ab amoenitate Paradisi deiecti sunt in hoc aerumpnoso saeculo, et letum sibi ac posteris suis promeruerunt, atque in tetrum abyssi demersi sunt. Sed hoc misericors et piissimus pater indoluit perire tandiu nobilem creaturam sui imaginem ; misertus est generi humano, misit nobis in tempore, id est, post quinque millia annorum proprium filium suum, ut mundum perditum ite-

rum renouaret; ut sicut mulier genuit mortem in mundo, ita per mulierem enixa est nobis uita in mundo, et sicut per delictum Adae omnes corruimus, ita per obedientiam Christi omnes surreximus, et sicut mors per lignum intrauit, ita et uita per lignum sanctae crucis uenit, et antiquum inimicum superauit, et fortis fortem alligauit et in imo barathro retrusit; iuste periit qui iniuste decepit, atque omnes antiquas sanctas turmas a fauce pessimi leonis eripuit, et ouem perditam in humeris posuit, et ad antiquam patriam reduxit, et decimum ordinem impleuit. Unde ego Cnhut rex Anglorum caeterarumque gentium persistentium in circuitu, patefacio omnibus hanc cartulam legentibus et auscultantibus, quod Aethelbertus dux reuelauit mihi, quod mei praepositi in Defonia prouincia imponebant iugum seruitutis praediis sanctae aecclesiae dei et eius genitricis Mariae, omniumque sanctorum quae est in Exencestria, diruto monasterio a paganis et crematis priuilegiis quae antiqui reges concesserant supradicto coenobio. Quamobrem ego Cnhut, deo fauente, totius Albionis primicerius, pro petitione supradicti ducis, et pro remedio animae meae mearumque culparum emendatione atque incolumitate mei regni, hanc cartulam concedo Aethelwoldo abbati eiusque fratribus, et suis successoribus in supradicto monasterio commorantibus ad perpetuam libertatem, ut liberum permaneat ipsum monasterium cum omnibus praediis illi concessis, et cum omnibus rebus ad eum rite pertinentibus, id est, campis, pratis, pascuis, siluis, uenationibus, piscariis, ab omni regali et saeculari grauedine maiore aut minore, exceptis assiduis orationibus, nisi sola expeditione et pontis constructione; et si aliquid pro expeditione, aut pro aliquo regali tributo reddatur, detur monasterio. Quicunque ergo hoc donum uel hanc nostram libertatem augere uel multiplicare uoluerit, amplificet deus bona illius in regione uiuentium, paceque nostra conglutinata uigens et florens, atque inter agmina beatitudinis tripudia succedat, qui nostrae donationis muneri consentiat. Si quis uero tam epilenticus philargyriae seductus amentia, quod non optamus, hanc nostrae eleemosynae dapsilitatem ausu temerario infringere tentauerit, sit ipse alienatus a consortio sanctae dei aecclesiae, necnon et a participatione sacrosancti corporis et sanguinis Ihesu Christi filii dei, per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus est, et cum Iuda Christi proditore sinistra in parte deputatus, nisi prius hic digna satisfactione humilis poenituerit, quod contra

sanctam dei aecclesiam rebellis agere praesumpsit, nec in uita hac practica ueniam, nec in theorica requiem apostata obtineat ullam, sed aeternis barathri incendiis trusus iugiter miserrimus crucietur. Anno dominicae incarnationis .M°.XIX°. indictione .II. scripta est huius munificentiae syngrapha, hiis testibus consentientibus quorum inferius nomina secundum uniuscuiusque dignitatem utriusque ordinis decusatim, domino disponente, carraxantur.

+ Ego Cnhut Britanniae Anglorum monarchus hoc taumate donum agiae crucis roboraui. + Ego Lyuing Dorouernensis basilicae primas huic regali dono assensum praebui. + Ego Wulfstanus Eboracensis cathedrae archipontifex signum sanctae crucis laetus impressi. + Ego Aelfsige episcopus praebui. + Ego Godwyne episcopus consensi. + Ego Aelfwine episcopus adquieui. + Ego Leofsige episcopus annui. + Ego Aelfsige episcopus assensi. + Ego Brichtwolf episcopus iussi. + Ego Aethelfred episcopus roboraui. + Ego Aethelwine episcopus praebui. + Ego Eadnoth episcopus subscripsi. + Ego Brihtwolf episcopus impressi. + Ego Thurcil dux. + Ego Hacun dux. + Ego Leouuine dux. + Ego Halfdan dux. + Ego Yric dux. + Ego Aethelred dux. + Ego Eilaf dux. + Ego Godwine dux. + Ego Haram dux. + Ego Syhrod dux. + Ego Brihtrig abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Aelfhere abbas. + Ego Leofric abbas. + Ego Aethelwold abbas. + Ego Germanus abbas. + Ego Aetheric abbas. + Ego Aua abbas. + Ego Aethelwine abbas. + Ego Luxihs abbas. + Ego Aelfnoth abbas. + Ego Filnoth abbas. + Ego Aelfwine minister. + Ego Haldan minister. + Ego Swesa minister. + Ego Leofric minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Eadwig minister. + Ego Osferth minister. + Ego Leofsige minister. + Ego Eadsith minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfrich minister. + Aethelmar minister. + Eadwyne minister. + Leofnoth minister. + Wulfsighe minister. + Eadwig minister. + Wyne minister. + Aelua minister. + Aethelwine minister. + Sewlf minister. + Aelfric minister. + Sodda minister. + Aethelnoth minister. + Aethelmar minister.

III *bis*

CNUT, 1019

+ In trino supernae deitatis nomine ! Uniuersarum conditor gubernatorque rerum, ex nichilo cuncta quicquid usquam est, aut in superis summum, quodue caeteris amoenum ineffabili maiestatis suae imperio facta fore fecit. Coelum quippe ut ueridici stoma prophetae perite profert domino, tellurem, scilicet, filiis hominum diuisit; postquam uero pratoplaustus amaro uetiti gustamine mali praeceptum heriale in obliuionis transgressum praeteriens negligenter floccipendit, feelicemque Paradisiacae iocunditatis uetustatem lugubriter amisit, ignoratur hucusque quid pro dolor mali, quid moestitiae, quid moeroris, quid angoris, quidue doloris humanum perpessum sit genus, ob illud quod antecessores fecerant scelus. Sed tandem omnicreantis pia domini clementia mortalibus benigniter misericorditerque permisit, quatinus terrenis mundi pragmatibus coelita mercari ualeant tripudia, atque qui per boni operis fructum peruenerit et in aeuum foelix sine fine manebit. Huius amandae foelicitatis gloria cordetenus ineffabili delectatus, ego Knut telluris Britanniae totius largiflua dei gratia subpetente subtronizatus rex ac rector, cuidam meo ministro, appellamine Agemund, aeternam in haereditatem sub potestatis meae regimine, aliquam impendo terrenae particulam mansionis, scilicet .xvi. cassatos ab incolis estimatam, in loci ipsius habitamine quod regionis illius accolae Cheselburne nomine solito nuncupant in cosmo, scedulamque istam illi adnotare mandaui, quatinus calcetenus praefatum rus possideat ; postque se cuicumque uoluerit liberaliter iure relinquat haereditario. Maneat igitur hoc meum immobile donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus quae ad ipsa loca pertinere dinoscuntur, tam in notis causis quam ignotis, in magnis et in modicis, campis, pratis, pascuis, communi labore excepto, expeditione, pontis arcisue munitione. Sed tamen torpentes auaritiae incessus omnimodo in nomine agii saluatoris ab omnibus interdico, eo uidelicet tenore, ut meum donum corroboratum sit; etiam si quis alium antiquum libellum in propatulo protulerit, nec sibi nec aliis proficiat, sed in sempiterno graphio deleatur, et cum

iustis non scribatur. Si qui denique, mihi non optanti, hanc libertatis cartam philargyriae liuore depressi uiolare satagerint, cum tetrae tortionis agminibus delapsi uocem audiant examinationis ymera districti arbitris sibi horribiliter dicentis, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum ', ubi cum zabulicis gehennarum parasitis ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. Praefata igitur tellus undique hiis limitibus circumgyrari uidetur... Scripta uero est haec cartula anno dominicae incarnationis .M°.XIX^mo^. indictione .II^a^. hiis testibus consentientibus quorum nomina infra carraxantur.

Ego Knut gratia dei praestante rex hoc donum firmaui sigilloque agiae crucis impressi +. Ego Leuing archiepiscopus regis munificentiam Christi crucis uexillo praetitulaui +. Aelfeiue thoro consecrata regio hanc donationem sublimaui +. Ego Aelfsige episcopus confirmaui +. Ego Brihtwine episcopus conscripsi +. Ego Brihtwold episcopus corroboraui +. Ego Aethelwine episcopus consolidaui +. Ego Wine episcopus consensi +. Ego Buruhwold episcopus non renui +. Ego Thurkil dux +. Ego Godwine dux +. Ego Yrc dux +. Ego Aethelred dux +. Ego Eilaf dux +. Ego Hacun dux +. Ego Brihwig abbas +. Ego Brihtmer abbas +. Ego Aelfuere abbas +. Ego Aelfnoth abbas +. Ego Aelfstan abbas +. Ego Brichtnoth abbas +. Ego Aethelwold abbas +. Ego Acun minister +. Ego Hastin minister +. Ego Aslac minister +. Ego Toga minister +. Ego Boui minister +. Ego Toui minister +. Ego Kaerl minister +. Ego Aethelmer minister +. Ego Aelfget minister +. Ego Brichtric minister +. Ego Siward minister +. Ego Eadmund minister +. Ego Brichtrich minister +.

IV

AELFSIGE, avant 1022

+ Hic comprobatur quod Aelfsius abbas de Burch quartam partem stagni de Witelesmere cum omnibus aquis et paludibus in circuitu attinentibus emit ab optimate regis nomine Thored, data, scilicet, ei terra de Ouertune et pecunia quantum eis conuenerat ; sicque adiunxit istam partem eiusdem stagni illi parti quam deo

amabilis praesul Aetheluuoldus summopere acquisierat ipsi monasterio in Burch, quod gratia principis apostolorum Petri eximie dilexit, et pro posse restaurauit, maxime quia a primordio Anglicae christianitatis regio et apostolico priuilegio illud sublimiter institutum perpenderat; quique ad ipsum quicquid potuit rerum et possessionum perpetualiter contulit et perenni libertate in uniuersis rebus suis descripto priuilegio sub glorioso rege Eadgaro stabiliuit, atque insuper plures diuersarum terrarum cartas eidem aecclesiae ingessit. Praedicta ergo emptio stagni ita confirmata est Lundoniae coram rege Cunut libenter annuente simulque episcopis atque omnibus primatibus collaudantibus et tam uenditore quam emptore praesentialiter postulantibus quatinus hae duae partes, hoc est tota medietas ipsius stagni, cum omnibus adiacentibus aquis et paludibus ut dictum est, nunquam a praefati monasterii haereditate separentur, sed ibidem solida et perpetua beati Petri ditione possideantur. Quod si quis unquam transgredi praesumpserit, separetur a deo et omnibus electis eius, et daemonum collegio in aeternas poenas societur. Huius pacti summi testes affuerunt archiepiscopus Aethelnothus Cantuariae, et archiepiscopus Eboracensis Wlfstanus, et dioceseos pontifex Aethelricus, cum ipso, scilicet, rege Cunut et regina Emma et magna principum ac patriae curia. Hic autem ipsarum aquarum uel paludum terminus describitur ne quis ignorantia leadatur, quomodo stagnum quod uocatur Witelesmere cum suis piscariis, paludibus, et aquis terminatur. In septentrionali parte stagni est aqua nomine Merelade exiens de amne Nen, ubi terminus septentrionalis est ipsius stagni; haec uero cum suis paludibus illi adiacet, habens in fine piscarium unum quod dicitur Aethemuthe. In orientali parte illius sunt duo stagna quae uocantur Wellepol et Trendmaere; inter haec stagna est aqua angusta duorum stadiorum longa quae uocatur Trendmaere bece, habens in se duo piscaria; est etiam ibi aqua angusta unius miliarii longa quae uocatur Falet, habens in se unum piscarium; in illa parte inter Witlesmere et Kyngesdelf ubi terminus est orientalis, est spatium paludis trium miliariorum in latitudine, habens in se aquam angustam quae uocatur Ihescuf et siluam quae dicitur Ragreholt. In australi uero parte illius est aqua angusta trium stadiorum longa quae uocatur Scaelfremaere bece habens in se duo piscaria, in cuius fine est stagnum quod uocatur Scelfremaere, habens ad suam australem plagam aquam angustam, quae uocatur Ubbemaerelade

dimidii miliarii longa. In huius etiam capite id est in fine stagni est unum piscarium ; ad huius aquae medietatem in longitudine est locus e contra in palude qui uocatur Ealduuines baruue, ubi australis est terminus. In occidentali autem parte illius est aqua angusta duorum stadiorum longa, quae uocatur Trendmaere bece habens in se unum piscarium, in cuius fine est stagnum quod dicitur Westrendmaere. Sunt in illa parte etiam aquae quarum nomina sunt Dreigmaere, Wellepol, Withibuscemaere, Langemaere, Heninges, et Musclemaere ; est etiam ibi aqua unius miliarii longa usque ad terram [quae] Deop bece uocatur, habens in se unum piscarium ; in huius aquae fine est terminus occidentalis paludum et aquarum ad Witlesmaere pertinentium.

V

CNUT, 1022

+ In nomine Christi saluatoris mundi imperpetuum regnantis, cuius sunt dispositione uniuersi ordines et potestates tocius dignitatis et principatus ordinati, qui iure cunctis principatur et dominatur utpote creator omnium ! Ego Cnut rex tocius gentis Angligenae, eius amore prouocatus, et uenerabilis orientalis episcopi Aelfwini, et abbatis Leofrici monasterii Elyensis, et fratrum eorumdem petitionibus incitatus ; ac pro remedio animae meae feci commutationem, apud abbatem eiusdem monasterii Leoffricum, scilicet, dando eis reciproca uicissitudine uillam quae proprio notamine appellatur Dictone, cum omnibus ad se iure attinentibus in longitudine et latitudine, ut michi in potestate stetit, accipiens quoque pro ea uillam siluosam uocabulo Cheaflea, cum omnibus quae ad eam attingunt, in pratis, in pascuis, in siluis, et in quibuslibet negotiis. Facta est haec commutatio anno incarnationis dominicae .M.XXII. indictione quinta, epactae quindecim, concurrentes septem, die festiuitatis sanctae Aetheldredae reginae et uirginis, quae sanctis suis meritis cum sororibus suis, uidelicet, Wythburh, Sexburh, et filiae Sexburgis, Eormenild, illud monasterium patrocinatur et regit. Si quis hanc nostram placitam uicissitudinem malo molimine machinatur mutare absque uoluntate seruorum dei in monasterio

illo inhabitantium, sit pars eius cum diabolo, participium sumens de omnibus poenis eius aeternaliter, nec contingat ei perpetualiter uicissitudo, cuius uicissitudine possit sibi gaudium aliquod in hoc saeculo, uel in futuro sperare. Hiis astipulantibus fulcitur haec commutatio.

In primis. Ego Cnut basileus totius Albionis gentis cum uiuifico signo crucis corroboraui aeque perenniter uolo ut inuiolabiliter ab omnibus fidelibus roboretur +. Ego Aelfgifu regina praescripti regis cum omni alacritate mentis hoc sanciui ut perpetualiter inconcussum sit +. Ego Wlfstanus archiepiscopus Eboracensis ciuitatis apostolica auctoritate firmaui +. Ego Aethelnothus modernus archipraesul Cantuariorum cum principalitate et decreto Petri principis apostolorum confirmaui +. Ego Gerbrandus Roscylde parochiae Danorum gentis confirmaui +. Ego Brihtwoldus episcopus confirmaui +. Ego Aelfsinus episcopus corroboraui +. Ego Eadricus episcopus consolidaui +. Ego Aelmerus episcopus consignaui +. Ego Leofsinus episcopus affirmaui +. Ego Aethelwinus episcopus consensi +. Ego Bryhtwinus episcopus stabiliui +. Ego Aelfwig episcopus sanciui +. Ego Godwinus episcopus corroboraui +. [Ego Aelfwinus Orientalium Anglorum episcopus qui hanc uicissitudinem petiui ut fieret cum consensu eiusdem regis Cnut corroborando sanciui +. Ego Bryhtwig abbas +. Ego Aelfsige abbas +. Ego Aeluere abbas +. Ego Aethelwinus abbas +. Ego Aelmerus abbas +. Ego Aelfweardus abbas +. Ego Leofwinus abbas +. Ego Aethelstanus abbas +. Ego Yric comes assentiendo corroboraui +. Ego Eglaf comes ratum duxi stabilire sapientum decretum +. Ego Godwine comes quod dominus meus rex statuit confirmo +. Ego Godricus minister +. Ego Aethelwinus minister +. Ego Thurstanus minister +. Ego Thrumm minister +. Ego Wulfricus minister +. Ego Aefwinus satrapa +. Ego Aelfwig satrapa +. Ego Aelfricus satrapa +. Ego Godwinus satrapa +. Ego Aelfweardus satrapa +.]

VI

CNUT, 1021-1023

+ Regnante dño nro ihu xpo imppetuù quâobrem summopere—. festinandum ad amoenia arua laetitie ubi ymnidice iubilationis organa angelica dulcissimaq. odoramina flagrantia rosarù a iustis idoneisq. capiunt^r naribus· Ergo prodigiis manifestissimis sine aliq^a intcapedine demonstrat^r quod ea que sepissime arbitrant^r retineri cû graudio agillime transeunt sine laetitia Quapropt ego Cnut. basileon angelsaxonù disponente clementia creantis partem aliq^am telluris mei meo dilectissimo familiarissimoq. monaco nomine Aeuic. in loco quê solicole noto nuncupant nomine. aet niwanham. quinq. cassaturas ppetim concedo· Quaten possideat et fruatur cû omibus utensilibus suis. pascuis. pratis. siluis. et post se cuicûq uoluerit. heredi sine ullo obstaculo derelinquat· Istud ergo donù ut iam predixerâ maneat ab omi seruitio seculari preter arcis munim et pontis expeditionê. Precipimus u^o in nôe saluatoris, ut si in postmodù quisquis alios libellos protulerit nichil omnino cont^a istû pualeant. sed sint condempnati et anathematizati et ad nichilù redacti. et iste semp firm stabilisq. pmaneat ad utilitatê se possidentis· Si q^is autê tetri demonis fastu instinctus hoc nrm decretù infringere uoluerit. sit ipse a sce dei aeccuelae consortio separat. et infernalibus aeternalit flammis cû iuda xpi proditore cruciandus. nisi hic prius digna satisfactione penituerit quod cont^a nrm decretum deliquit. His limitibus prephatù rus circumgyratur·... His testibus consentientibus quorum hic inferius nomina caraxari uident^r.

+ Ego cnut totius brittannie monarchus mee largitatis donù agye crucis taumate roboraui·
+ Ego aelfgiuu regina stabilitatê testimonii confirmaui·
+ Ego aethelnoth dorobernensis aeccuelae archipresul adquieui·
+ Ego wulfstan eboracensis aecclesie archipresul consignaui·
+ Ego Aethericus eps in nôe saluatoris iubente rege sub testimonio optimatù hanc scedulâ dictitando pscribere iussi·
+ Ego Godwine eps adquieui
+ Ego Bryhtwold eps subscripsi·
+ Ego Aelfsige eps adstipulaui·

+ Ego leofsige eps consolidaui·
+ Ego Aelmaer eps testificaui·
+ Ego Aethelwine eps non renuui·
+ Ego Aelfwine eps corraboraui·
+ Ego Aethe|l|stan eps. collaudaui.

+ Ego Godwine dux·
+ Ego Yric dux·
+ Ego Eghlaf dux·
+ Ego Leofwine dux·
+ Ego Leofric miles·
+ Ego Aelfwine miles·
+ Ego Ceolric miles·
+ Ego Aethelwine miles·

+ Ego Aelfsige abbas·
+ Ego Aethelwine abb·
+ Ego Leofsige abb·
+ Ego Aelfward abb·
+ Ego Leofwine abb·
+ Ego Eadric abb·
+ Ego Eadnoth abb·
+ Ego Brihtwig abb·

VI *bis*

CNUT, 1023

+ In nomine dei summi et saluatoris nostri Ihesu Christi ! Certis adstipulationibus nos sancti patres frequentatiuis orationibus admonent, ut deum quem diligimus et credimus intima mentis affectione cum bonorum operum diligentia incessanter eum timeamus et amemus, quia retributionem omnium actuum nostrorum in die examinationis iuxtra uniuscuiusque meritum reddet ! Ideoque subtilissima mentis certatione illum imitari satagamus, licet mortalis uitae pondere pressi et labentibus huius saeculi possessionibus simul infoecati, tamen miserationis eius largitate caducis opibus aeterna coelestis uitae praemia mercari queamus. Quapropter ego Cnut diuina fauente gratia Anglorum caeterarumque adiacentium insularum basileus, propriis manibus meis capitis mei auream coronam pono super altar Christi in Dorobernia ad opus eiusdem aecclesiae, et concedo eidem aecclesiae ad uictum monachorum portum de Sanduuic et omnes exitus eiusdem aquae ab utraque parte fluminis cuiuscumque terra sit, a Pipernaesse usque ad Mearcesfleote, ita ut natante naue in flumine cum plenum fuerit quam longius de naui potest securis paruula quam Angli uocant taper-eax super terram

proiici, ministri aecclesiae Christi rectitudines accipiant, nullusque omnino homo habet aliquam consuetudinem in eodem portu, exceptis monachis aecclesiae Christi. Eorum autem est nauicula et transfretatio portus et theloneum omnium naium cuiuscumque sit et undecumque ueniat quae ad praedictum portum et ad Sanduuic uenerint. Si quid autem in magno mari extra portum quantum mare plus se retraxerit, et adhuc statura unius hominis tenentis lignum quod Angli nominant spreot et tendentis ante se quantum potest, monachorum est. Quicquid etiam ex hac parte medietatis maris inuentum et delatum ad Sanduuic fuerit, siue sit uestimentum, siue rete, arma, ferrum, aurum, argentum, medietas monachorum erit, alia pars remanebit inuentoribus. Quod si aliter deinceps quilibet codicellulus emerserit qui priscae tempestatis stilo digestus huic nostrae confirmationi uisus fuerit aliquatenus refragari, illius modi litteraturae membranula suricum morsibus conrodenda, aut certe potius igniuomi uaporis incendio comburenda adnichiletur, eiusque praesentator cuiuscumque extiterit personae, pro purgamento fauillae deputetur, et ignominiosissima confusione subsannetur, et ab omnibus in circuitu praesentibus uni animo detestetur. Huiusque priuilegii rata confirmatio semper inposterum praeualeat, et tam dei omnipotentis auctoritate quam mea simul et omnium concorditer optimatum corroboratione confirmata contra uniuersa refragatorum cogitamenta cunctis succedentibus aeui temporibus stabilis et inconcussa, columnaris status similitudine, perseuerantissimo iure consolidetur. Si autem, quod non optamus, aliquis tumido supercilio inflatus hanc nostram corroborationem infringere uel minuere temptauerit, nouerit se anathematizatum esse a deo et sanctis eius, ni ante mortem digna satisfactione emendauerit quod iniuste deliquit. Scripta est haec scedula anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo. XXIII°. his testibus concordantibus quorum onomata inferius lucide karaxantur.

+ Ego Cnut rex Anglorum hanc litteraturae confirmationem indeclinabiliter confirmo. — Ego Aethelnothus Dorobernicus archipraesul hanc praerogatiuam uexillo sancto confirmaui. + Ego Aelfricus Eboracensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis beneuolentiam cum sanctae crucis signo corroboro. + Ego Aelfwinus Lundoniensis aecclesiae pontifex consensi. + Ego Aelfsinus Wentoniae episcopus assensum praebui. + Ego Byrhtwoldus Coruiniensis aecclesiae episcopus condonaui. + Ego Aethelricus Dorc-

censis aecclesiae episcopus consolidaui. + Ego Aelmaer bisceop. + Ego Godwine bisceop. + Ego Bryhtwine bisceop. + Ego Aethelstan bisceop. + Ego Aelmaer abbod. + Ego Brihtmaer abbod. + Ego Brihtwig abbod. + Ego Wulnoth abbod. + Ego Godwine dux. + Ego Eglaf dux + Ego Thrym dux. + Ego Yric dux + Ego Thord minister. + Ego Agemund minister. + Ego Aegelric minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Siraed minister. + Ego Godwine minister. + Ego Eadmaer minister.

VII

CNUT, 1023

+ Regnante Christo Ihesu saluatore nostro in aeternum, cuius nutu omnium ordinum potestates et omnia iura disponuntur regnorum ! Anno incarnationis eiusdem Ihesu Christi millesimo .xxiii°. indictione .vi. ego Cnut rex Anglorum deuoto mihi ministro qui Leofwine nomine et Bondan sunu appellatur cognomine hanc cartulam haereditariam ad uillam quae .vii^tem^. cassatorum continens capacitatem Hanningtun dicitur scribi praecepi, ut hoc donum meum semper inuiolabile et incommutabile permaneat. Uir quippe praedictus hanc terram ab Aethelredo rege puri auri pondere libram argenti pensantem in ius sibi comparauit perpetuum ; idcirco regia auctoritate decerno ut quod ad priore rege comparatum et a me donatum est, nullis umquam mutetur temporibus. Quapropter si quisquam uirum praenominatum libertate spoliauerit ista, maledictus et dampnatus a deo et omnibus sanctis sine fine permaneat, nisi facinus suum digna aboleuerit poenitudine. Concessi quoque ut haec terra ab omni seruitio alieni domini iugiter libera fiat, excepto expeditione, et pontis arcisue constructione. Ecce praefatae limites terrae Anglico notantur hic eloquio....

+ Ego Cnut rex hoc donum meum ad remedium,animae meae confirmaui. + Ego Aelfgyuu regina hanc regiam dapsilitatem collaudaui. + Ego Aethelnoth archiepiscopus. + Ego Aelfsinus episcopus. + Ego Byrhtwold episcopus. + Ego Aelmaer episcopus. + Ego Aethelric episcopus + Ego Byrhtwine episcopus. + Ego

Byrhtwy abbas. + Ego Byrhtmer abbas. + Ego Aethelwinae abbas. + Ego Aeluere abbas. + Ego Aethelweard abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Godwine dux. + Ego Aelaf dux. + Ego Yrik dux. + Ego Hakun dux. + Ego Hrani dux. + Ego Siraed dux. + Ego Leofric minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Thureth minister. + Ego Thurkill minister. + Ego Thoreth minister. Benedictio sanctae et indiuiduae trinitatis cum omnibus consentientibus huic priuilegio ; contradicentibus aeterna adsi maledictio.

VIII

CNUT, 1021—1024

+ Christo omnipotenti, qui est omnium regum rex, omnino persoluendae sunt gratiarum actiones pro omnibus indebitis beneficiis, quibus hominibus sua sola pietate intercedente suffragatur nullis nostris promerentibus meritis. Ne ergo simus ingrati beneficiorum tantorum eius cuique magnopere studendum est nostrum, ut aliquid conferamus ei cuius sunt omnia et qui nobis non habita contulit habere cuique non possumus dare nisi propria et de suo proprio tribuit nobis mercari, et in usus proprios uti quae minime proprio usu potuimus habere, nisi eius tribueret gratia, scilicet, regni coelorum coelicolarum contubernium. Eius quippe largiflua bonitate regia dignitate subtronizatus, ego Knuth rex Angligenae nationis, pro nanciscendo eius inmensitatis misericordiae dono, concedo sibi de suo proprio quae mihi gratuito concessit, uillam noto nomine congnominato Horningga, cum pascuis, siluis, atque confinibus sibi rite subteriacentibus, scilicet, Ludham cum pertinentiis, Netheshird cum suis pertinentiis. Est denique nostrum donum a Christo nobis collatum cui dantes foenoratum exposcimus, ut rursum suae largitionis donationem accipere dignetur a nobis omni intentionis affectu oblatam, quatinus possimus per sua sibi data consequi, quae a nobis non possunt possideri nisi a se collata. Si quisquam, quod absit, a diaboli incitatione fuerit inflatus, ut deo omnium rerum possidenti suum temptauerit, quod nobis sibi concessit tribuere, abstrahere ui uel fraude qualibet utinam remaneat nobis ad gratiam

eius quae concessimus, et sit ei adinteritus aeternae dampnationis qui prauae mentis annisu hoc alio transferre conatur, nisi plenitudo satisfactionis eius subueniat.

+ Ego Knuth rex hanc donationem Christo contuli pro consequendo praemio coelestis haereditatis. + Ego Aelgifu regina hanc regiam donationem augendo confirmaui. + Ego Wlstanus archiepiscopus corroboraui. + Ego Aethelnothus archiepiscopus confirmaui. + Ego Godwinus episcopus corroboraui. + Ego Aelfwinus episcopus assensum dedi. + Ego Aelfsinus episcopus consignaui. + Ego Aethelricus episcopus conclusi. + Ego Aelfwius episcopus corroboraui. + Ego Brihtwaldus episcopus consensi. + Ego Huc dux. + Ego Godwine dux. + Ego Ulf dux. + Ego Eglaf dux. + Ego Hacun dux. + Ego Leofwine dux. + Ego Godric dux. + Ego Brihtwig abbas. + Ego Leofric. + Ego Aelfward. + Ego Aethelstan.

IX

HEALTHEGEN SCEARPA, 1026

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi, anno dominicae incarnationis millesimo .xxvi⁰. Ego Healthegen Scearpa do Saltuuda per concessionem domini mei regis Cnut aecclesiae Christi Cantuariae Christo ibi seruientibus monachis ad uictum eorum pro remedio animae meae, et pro salute animae Leofedaege uxoris meae, proque absolutione animae Leoflaede quae ante me eandem uillam eidem aecclesiae Christi in Dorobernia concessit. Si quis, quod non optamus, hanc nostram donationem infringere temptauerit, sit pars et societas eius cum Iuda qui pro auaritia sua tradidit ueritatem quae est Christus, nisi plena satisfactione reconcilietur deo et hominibus.

+ Ego Cnut rex signo sanctae crucis Christi roboraui et subscripsi. + Ego Aelfgifa regina consensi et subscripsi. + Ego Aegelnothus archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego Wlstanus archiepiscopus Eboracae ciuitatis consensi et subscripsi. + Ego Aeluuinus episcopus Uuentoniensis consensi et subscripsi. + Ego Merehuuit episcopus Uuellensis consensi et subscripsi. + Ego Grimcytel episcopus Australium Saxonum consensi et subscripsi. + Ego Brihtuualdus episcopus Scirburnensis. + Ego Goduuinus thegen

consensi et subscripsi. + Ego Siuuardus dux consensi et subscripsi. + Ego Ealgar dux consensi et subscripsi. + Ego Thurcyllus dux consensi et subscripsi. + Ego Leofricus dux consensi et subscripsi. + Ego Suuegen dux consensi et subscripsi. + Ego Tosti dux consensi et subscripsi. + Ego Eadredus dux consensi et subscripsi. + Ego Egberhtus minister consensi et subscripsi. + Ego Brihtnothus minister consensi et subscripsi. + Ego Aetheluulf minister consensi et subscripsi. + Ego Ealdred consensi et subscripsi.

X

CNUT, 1026

+ Cum mundi cursus, uario, ut cotidie cernimus, incertoque discrimine tendat ad calcem, cuique mortalium opus est ut sic caducam peragat uitam ut quandoque possit dei adiutus beneficio possidere perpetuam, et quamdiu uitae istius utitur aura cuncta quae isto statuuntur examine, certis apicum lineis inserere, ne forte subsequentibus ueniant in obliuionem, et sic a iunioribus paruipendatur institutio seniorum. Quapropter ego Cnut rex subthronizatus Angligenum, cuidam meo uenerabili episcopo qui noto uocitamine nuncupatur Lufinc, condono in aeternae hereditatis ius, quandam telluris particulam, cassatas scilicet .v. in loco ubi dicitur Worthi, ut habeat ac possideat praedictam donationem secundum meam regalem dignitatem, quamdiu uiuat; et post se cuicumque uoluerit haeredi derelinquat in aeternam haereditatem. Praedictum autem munificentiae donum mundiali iugo libertatem habeat quamdiu christianitas in gente Anglorum uigeat; tali autem tenore largiendo concessi ut omnia utensilia quae pertinere cum rectitudine dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis, pratis, siluis, excepto istis tribus quod communiter omnibus condictum est, expeditione, pontis arcisue co-aedificatione, habeat et possideat cum mentis alacritate sicut superius praenotatum est; proscribimus autem per has apices quas perpetualiter liberas esse cupimus sub attestatione sanctae et indiuiduae trinitatis omnes antiquiores testamentorum litteras huius praedii, et ad nichilum

dampnamus, sint in cuiuscunque custodia qui sint uel umquam fuerint repertae. Qui autem hoc nostrae munificentiae donum augere uoluerit, adaugeat illi deus gaudia semper mansura. Si quis uero, quod non optamus, bohemotico instinctivo instinctu tempore succedenti hoc infringere uel in aliud quam constituimus permutare conatus fuerit, sciat se tali pro reatu a numero secerni beatorum, ni ante obitum congrua oboleuerit poenitudine tale delictum. His metis praedicta telluris particula undique gyratur circumcincta.... Acta est haec praefata donatio, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo .xxvi. indictione .ix.

+ Ego Cnut Brittanniae totius Anglorum monarchus hoc agiae crucis taumate roboraui. + Ego Aethelnoth Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis principatum et beneuolentiam sub sigillo sanctae crucis conclusi + Ego Aelfgyfo regina humillima adiuui. + Ego Aelmer episcopus dictando titulaui. + Ego Aelfsige episcopus assensum praebui. + Ego Brychtwold episcopus dignum duxi. + Ego Byrihtwig episcopus confirmaui. + Ego Lyfing episcopus consolidaui. + Ego Bryhtmer episcopus conclusi. + Ego Godwine dux. + Ego Hakun dux. + Ego Wrytsleof dux. + Ego Hrani dux. + Ego Sihtric dux. + Ego Aethelsige abbas. + Ego Byrhtmer abbas. + Ego Aethelwerd abbas. + Ego Aelfhere abbas. + Ego Aethelnoth abbas. + Ego Kynsige presbyter. + Ego Leofstan presbyter. + Ego Wunsige presbyter. + Ego Toui minister. + Ego Osgod minister. + Ego Thorth minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfwine minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Godwine minister. + Ego Leofric minister. + Ego Byrhtric minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aeffa minister. + Ego Eadric minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Leofsige minister. + Ego Wunsige minister.

XI

CNUT, 1031

+ In altithroni onomate qui nos qui uoluit creauit plasmate. Ego. Cnut. rex totius albionis ceterarumq: gentiû triuiatim psistentiû basileus dum plerumq: cogitarem de huius caduci seculi rebus quo-

modo supni arbitris examine cuncta que uident^r uana et labilia rite censentur. Uerbi gratia que quasi tenuis uenti flat. Aut fumigantis ignis uapor ad nihilum redacta euanescunt. secundù illud quod pco gentiù in sacris scripturù paginis clara promulgat praedicatione. Dicens omnia quae uident^r temporalia sunt. Que autè non uident^r eterna. Idcirco quandā rusculi particulā dimedie uidelicet manse in loco qui a solicolis. maevi. uocitat^r nomine. Cuidā fideli ministro nomine. aetheric. Libens ppetualiter in aeternā hereditātè concedo. Quatenus cuicumq: post fragilis uite curriculum uoluerit heredi. Liberā habeat cum omnibus ad se rite ptinentibus eternaliter in ius propriù potestatè tradendi. Sit autè pdictum rus omni terrene seruitutis iugo liberù tribus exceptis rata uidelicet expeditione pontis arcisue restauratione. Nunc uero pace nra conglutinata uigens et florens inter agmina scā eterne beatitudinis tripudia succedat qui nre donationis muniri consentiat. Si quis uero non phorrescat euertere machinans nrm decretum. Sciat se corruentè in profundum barathrù eterni orci et eternalit letalis laquei in diris flammis cruciatum. Acta est autè hec mea donatio. Anno ab incarnatione dñi nri ihu xpi. Millesimo .xxxi. Indictione .iiii. Istis terminis pdicta. Huius namq: nre munificentie testes extiter quorum inferius nomina decusatim dño disponente carraxantur.

+ Ego Cnut brittanniae totius anglorum monarchus hoc agie crucis taumate roboraui.

+ Ego aethelnoth eboracensis basilice primas insegnis hoc donù regale confirmaui.

+ Ego aelfgifo reg[i]na humillima adiuui.

+ Ego aelfsige eps assensum prebui.

+ Ego byrhtwold eps dictando titulaui.

+ Ego byrhtwig eps dignum duxi.

+ Ego aelmaer eps confirmaui.

+ Ego lyfinc eps consolidaui.

+ Ego aethelric eps consensi.

+ Ego byrhtwine eps conclusi.

Ego godwine Dux.	Ego osgod mîn ·⁝
Ego hacun Dux.	Ego toui mîn ·⁝
Ego sihtric Dux.	Ego odda mîn ·⁝
Ego brani Dux.	Ego ordgaer mîn ·⁝
Ego brihtmaer abb.	Ego aethelmaer mîn ·⁝
Ego aethelwerd abb.	Ego leofsige mîn ·⁝

Ego aelfere abb. Ego eadmaer mìn ·.
Ego aethelwine abb. Ego eadsige mìn ·.

XII

CNUT, 1032

+ Pax et uictoria apostolicae fidei in perpetuum cultoribus ! Aecclesiae uero catholicae auctoritas iugis et indefessa optamus ut permaneat ; ad sacra autem sanctuaria in domini gazophylacio diuiersa iubentur iactari ac offerri munuscula, quia regi nato coelorum ut scriptum est, ' Reges terrae optulerunt munera. ' Unde ego Cnut eius gratuita miseratione et inolita benignitate totius Albionis basileus, paruam ruris particulam quod ab huius patriae incolis Linford nuncupatur, duorum, uidelicet, manentium quantitatem quoddamque monasteriolum in honore sancti Martini praesulis consecratum cum adiacenti praediolo in urbe quae famoso nomine Oxanaford nuncupatur, domino nostro Ihesu Christo eiusque genitrici semperque uirgini Mariae ad usus monachorum loco qui celebri Abbandun uocitatur onomate, aeterna largitus sum haereditate ; in nomine sanctae trinitatis et indiuiduae unitatis praecipiens, ut nullus alicuius personae hominum praefatam donationem a praedicto coenobio auferre praesumat. Haec autem ruris particula libera ut maneat praecipio, causis tribus segregatis, expeditione, scilicet, hostili, fundatione arcis regiae pontisque restauratione. Si quis uero inuidus ignicomis philargyriae flammis accensus huic ueridico libellulo alium circum-atramentatum cupiditatis fallacia libellum superimponere conatus fuerit, sit anathema maranatha, hoc est, alienatio a consortio christianorum, donec resipiscens poeniteat quod in inuidiae fallacis liuore probarat. Praedicta igitur terra a circum-manentibus incolis ita dicitur esse determinata.... Acta est ergo haec cartula anno dominicae incarnationis. .xxxii. post mille, indictione .xv. Et ut haec scedula inuiolabilis firmitatis soliditatem obtinere possit.

Ego Cnut regali dextera eandem uexillo sanctae crucis + corroboro manibus quod omnium mihi subiectorum confirmare praecipio. Ego Aelgyfa praedicti regis conlaterana istud datum ueneranda e crucis uexillo + consolidaui + Ego Aethelnoth Dorobernensis aecclesiae

archiepiscopus regium munus gabulo sanctae crucis confirmaui. + Ego Aelfric Eboracae ciuitatis archiepiscopus huius munificentiae dapsilitatem signo adorandae crucis stabiliui. + Ego Aethelsie episcopus adquieui. + Ego Byrhtuuold episcopus adiuui. + Ego Aethelric episcopus consensi. + Ego Aetheric episcopus non renui. + Ego Lyfing episcopus conclusi. + Ego Byrhtwig episcopus faui. + Ego Aetheluuard abbas. + Ego Aelfuuine abbas. + Ego Siuueard abbas. + Ego Aetheluueard abbas. + Ego Aelfuuine presbyter. + Ego Eaduuold presbyter. + Ego Goduuine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Siuuard minister. + Ego Harold minister. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Tofig minister. + Ego Osgod minister. + Ego Thuryd minister + Ego Leofuuine minister. + Ego Aelfwig minister. + Ego Tofig minister. + Ego Karl minister. + Ego Lyfing praefectus. + Ego Aelfstan minister. + Ego Thurkyl minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Ceolric minister.

XII *bis*

CNUT, 1033

+ In nomine dei uiui et ueri domini nostri Ihesu Christi mundi redemptoris ! Anno uero dominicae incarnationis .M.XXXIII. ego Cnut omnipotentis dei disponente clementia, Angligenarum omniumque gentium secus habitantium rex, hanc scedulam ducitare promisi, non immemor quomodo et quam mirabiliter omnia supernus rector firmae rationis serie gubernat atque custodit, ceu omnibus sapientibus notum ac manifestum constat, quod quosdam nutu mirifico interdum exaltat, quosdam iterum sicut stipulam uento raptam fortunali euentu illico depellit. Et iccirco quoddam regni mei rus meorum optimatum testimonio cuidam uenerabili uiro meo archiepiscopo Aelfrico, uidelicet, Eborum a^cclesiae, id est .XLIII. cassatos loco qui celebri aet Partingtune nuncupatur uocabulo pro redemptione animae meae patrisque mei, omniumue propinquitate mihi coniunctorum, perpetua largitus sum haereditate, atque omnibus suis successoribus, ut terram iam praefatam, meo scilicet ouante consensu, tramitibus suae possideat uitae ; deinceps namque sibi succedenti digno haeredi quemcumque deus eligeret derelinquat,

ceu praedixi, in aeternam haereditatem. Maneat igitur meum hoc inuiolabile donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus quae ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in modicis rebus, campis, pascuis et pratis, excepto communi labore expeditione, pontis arcisue co-aedificatione. Si qui denique, mihi non optanti, hanc libertatis cartam liuore depressi uiolare satagerint, agminibus tetrae caliginis lapsi uocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum,' ubi cum daemonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in poena, si non ante mortem digna hoc emendauerint poenitentia. His terminis circumdatur praedicta tellus. This sind tha landes marc, etc. Haec, uidelicet, donatio facta est anno dominicae incarnationis .M.XXXIII. hiis testibus consentientibus quorum nomina subnotata recensentur.

+ Ego Cnut rex Anglorum hanc donationem libenti animo dedi. + Ego Aelugiua regina consensi. + Ego Aethelnoth archiepiscopus confirmaui. + Ego Aelfric archiepiscopus corroboraui. + Ego Aelfwine episcopus. + Aethelric Brihtmer episcopus. + Aethelstan episcopus. + Ego Godewine dux. + Ego Leofric dux. + Siward dux. + Aelfwine dux. + Osgod Clapa. + Toui Pruda. + Thurcyl. + Harald. + Thord. + Halfden. + Godric. + Aelfric + Rold. + Swane. + Orm. + Ulfkitel. + Forna. + Godwine. + Faryem. + Ketel. + Merseat. + Gamal. + Basins. + Orm.

XIII

CNUT, 1033

+ Inedicibili dispensatione diuinae pietatis secundum omnipotentiam clementiae suae propitiante iustoque moderamine superna ac infima clementissime regente nobis terrigenis duntaxat dignatus est temporalia ac transitoria impertire, quatinus per ea quae conspiciuntur praesentia et caduca supernae miserationis suffragante gratia ualeamus cum coetibus angelicis aeternis potiri praemiis. Quapropter ego Cnut misericordia dei basileus, omnis Britanniae regimen adeptus, ad promerenda tantae foelicitatis gaudia quae religiosorum actuum salutari distributione adquiritur, libuit mihi

benigna mente tribuere coenobio beatorum apostolorum Petri et Pauli quod in Wentana urbe habetur et Uetus nuncupatur quoddam rus quod uulgo uocitatur Hylle cum tribus mansis et omnibus ad hoc iure pertinentibus in perpetuam cleronomiam. Existat autem praefatum rus absolutum ab omni famulatu, ternis exceptis negotiis, scilicet, auxilio expeditionis, reparatione pontis, et renouatione arcis. Si quis uero peruersus malignitate sua huius doni largitatem euertere aut infringere temptauerit, maledictionem perennis accipiat dampnationis et consors fiat Beelzebub in tartareis flammis, ni resipuerit et satisfactione correxerit. His autem limitibus cingitur praedicta tellus.... Anno ab incarnatione domini .M.XXXIII. haec regalis concessio atque donatio facta est, sub astipulatione primatum quorum nomina hic caraxata sunt.

+ Ego Cnut rex Anglorum cum regina mea Aelfgyfu propriam donationem regali stabilimento confirmo. + Ego Aethelnothus archiepiscopus perhibeo testimonium. + Ego Aelfricus archiēpiscopus consentio, + Ego Aelfsinus episcopus confirmo. + Ego Godwinus comes assigno. + Ego Leofricus comes affirmo. + Ego Osgod minister.

XIV

CNUT, 1033

+ Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura, dicens, ' Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus reuertar illuc ; ' et iterum, ' Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre ab eo quid poterimus ! ' Quapropter lubrici potentatus non immemor; ego Cnut, Christo conferente, rex et primicerius tocius Albionis regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii aliquantulam ruris particulam tribus comparatam cassatis in loco cui uocabulum certa astipulatione Mytun profertur, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi in loco qui Abbendun dicitur, Siwardo abbati fratribusque ibidem deo seruientibus libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat. Sit autem praedictum rus omni

terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata, uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae aeternis barathri incendiis iugiter puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Si quis uero inuidus igniuomis philargyriae flammis accensus, huic ueridico libellulo alium circum-atramentatum cupiditatis fallatia libellum superimponere conatus fuerit, sit anathema maranatha, hoc est, alienatio a consortio christianorum, donec resipiscens poenitat quod in inuidiae fallacis liuore probarat. His metis praefatum rus hinc inde gyratur.... Anno dominicae incarnationis .xxxiii. post mille, indictione .i. scripta est carta, hiis testibus consentientibus quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego Cnut regali dextera eandem uexillo sanctae crucis corroboro manibusque omnium mihi subiectorum confirmare praecipio. + Ego Aelgyfa praedicti regis conlaterana istud datum uenerandae crucis uexillo consolidaui. + Ego Aethelnoth Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus regium munus gabulo sanctae crucis confirmaui. + Ego Aelfric Eboracae ciuitatis archiepiscopus huius munificentiae dapsilitatem signo adorandae crucis stabiliui. + Ego Brihtuuold episcopus adquieui. + Ego Aelfuuine episcopus adquieui + Ego Aethelric episcopus adiuui. + Ego Bryhtmer episcopus consensi. + Ego Bryhtheh episcopus non renui. + Ego Aetheluuard abbas + Ego Aelfuuine abbas. + Ego Aelfuuard abbas. + Ego Stigand presbyter. + Ego Eaduuold presbyter. + Ego Goduuine dux + Ego Leofric dux. + Ego Aelfuuine minister. + Ego Tofig minister. + Ego Osgod minister. + Ego Thured minister. + Ego Leofuuine minister. + Ego Tokig miles. + Ego Godric praefectus. + Ego Tofyg. + Ego Aelfuuard praefectus. + Ego Ouuine. + Ego Tofig. + Ego Osmund praefectus. + Ego Karl miles + Ego Ulf miles.

XV

CNUT, 1033

+ Christi omnipotentis dei largiflua bonitas omnino laudanda omnique est laude praeferenda, quae nullo bonitatis termino ualet

concludi, utpote idem deus ipse sit suae bonitatis bonitas, distribuens gratis non tantum dignis uerum etiam indignis participium bonitatis suae; est quippe rex regum omniumque subsistentium uisibilium atque inuisibilium creator et suae creationis discretissimus dispositor, disponens omnia sibi libito uti competit diuinae dominationi eius; nam quosdam libero arbitrio quibusdam praeficit dignitate huius saeculi et opibus diuersis, quibus rursum mandat ut ipsi eorum inopiam sua sufficientia releuare debeant qui minus abundant saecularis negociis, et pro hoc possint maiori mercede ab eo donari. Unde ego Cnut rex Anglicae nationis eius ammonitione prouocatus, pro adipiscenda remunerationis mercede, dono cuidam familiari duci meo Godwino profideli obsequio quo michi fideliter obsecundatur .x. scilicet, mansas in loco quem solicolae illius uocant Polhematun ut eas quoad uiuit libere possideat; et post mortem det sibi placito cuicumque elegerit. Sit itaque ruriculum illud ab omni mundiali seruitio liberum, excepto communi seruitio, hoc est, arcis recuperatione, et pontis restauratione, ac expeditione in hostes patriae. Si quispiam quoquomodo malae mentis conamine hoc meum donatiuum donum infringere uel abripere per uiolentiam uoluerit, priuatus consortio dei qui nos imperat uniorum nostrorum necessitatibus subuenire pro suo amore, constringatur et obligetur inextricabilium nodorum habenis perpetuae dampnationis, nisi resipiscat et poenitentiae uenia deleat.... Anno ab incarnatione domini millesimo .xxxiii. haec regalis concessio atque donatio facta est, sub astipulatione primatum quorum nomina hic caraxata sunt.

+ Ego Cnut rex Anglorum cum regina mea Aelfgyfu propriam donationem regali stabilimento confirmo. + Ego Aethelnothus archiepiscopus perhibeo testimonium. + Ego Aelfricus archiepiscopus consentio. + Ego Aelfwigus episcopus assentio. + Ego Brycthwoldus episcopus consentio. + Ego Aelfwinus episcopus affirmo. + Ego Aethericus episcopus corroboro. + Ego Aethelstanus episcopus astipulor. + Ego Brytwigus episcopus consentio. + Ego Leouingus episcopus confirmo. + Ego Godwinus comes assigno. + Ego Leofricus comes consentio + Ego Aelfwine minister. + Ego Odda minister. + Ego Aethwine minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Touig minister. + Ego Ceolsige minister. + Ego Osgod minister.

XVI

L'EVÈQUE LYFING, 1038

+ Anno dominicae incarnationis .M.XXXVIII. indictione .VI. Ego Lyfingus superni rectoris fultus iuuamine Wiogerna ciuitate aecclesiae, cum licentia Haroldi regis, ac Leofrici ducis Merciorum, meo fideli homini qui a gnosticis noto Aethelr. .. nuncupatur uocabulo ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam .V. uidelicet mansas, in loco quem illius terrae solicolae Hylcromban et Bocctun uocitant, libenti concedo animo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, ut ipse, uita comite, fideliter perfruatur; et post uitae suae terminum duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat ; quibus etiam ex hac uita migratis, rus praedictum ad usum primatis aecclesiae in Wiogerna ciuitate restituatur immune Sit autem praedicta terra libera ab omni saeculari negotio, tribus exceptis, id est, expeditione, pontis arcisue aedificatione ; sed et his confiniis praefata circumcincta habetur.

+ Ego Harald rex hanc praefatam donationem concessi. + Ego Aelfric Christi largitione archiepiscopus carractere sanctae crucis consignaui. + Ego Lyfing episcopus dignum duxi. + Ego Aethelstan episcopus confirmaui + Ego Duduc episcopus titulaui. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Thuni dux. + Ego Odda miles. + Ego Bryhtric miles. + Ego Eadwine miles.

XVI *bis*

HARDACNUT, 1038—1039

+ In nomine sanctae trinitatis et indiuiduae unitatis ! Descriptio immunitatis Hardcnut Anglorum regis, super monasterio sancti Eadmundi martyris. Quum diuina scriptura multis in locis attestante liquet omnino cursum praesentis uitae in ualle lacrimarum constitutum fore, perspecta uolubili rota transeuntis mundi nulli cuiuslibet scientiae perspicaci uigore pollenti hic inuestiganda est

aut appetenda foelicitas ueri gaudii, cum quantalibet dignitas carnis nostrae non tantum calcabili foeno comparata assimiletur prophetica uoce, uerum etiam eius momentaneo flori quo nil in uniuersitate rerum materialium uisibili fragilius aut labilius inuenitur haberi. Cum ergo ita se rei ueritatem proculdubio liqueat habere, adeo proh dolor, hebetate mentis inuoluimur caeca caligine, ut odio digna amplecti sollicite studeamus et quae diligenda merito forent omnino uitemus et postponamus, dum relinquenda iugiter tenere concupiscimus, et ad perpetuitatem coelestis gloriae ad quam diuina admonitione sanctorumque patrum crebra institutione inuitamur cotidie, nullius affectu desiderii satagimus anhelare. In cuius rei serie si quis uoluerit perspicaci diligentia animaduertere, quamplurima nobis comperiet aduersa digne peruenire, dum irretiti transitoria pompa ambitionis mundanae salubria animarum nostrarum remedia et utilitatem praesuminus uitare et fugere, ponderosaeque carnis superati proh nefas fragilitate ; sed iuxta uocis dominicae testimonium, ' In quo ualeat perficere aliquis hominum lucrator uniuersarum mundanarum rerum si contigerit animae suae pati mortale detrimentum.' Quinetiam expediret ualde meditari iugiter et recolere uerba exhortationis dominicae quibus conscientiarum testis ipse conuertentibus ad eum se permittit appropinquare et non deesse, interminans ab eo elongantes de terra uiuentium delendos fore ; quod si nil est dulcius, iocundius, atque foelicius quam cum eodem domino regnare perpetualiter in coelestibus, facile e contrario agnosci datur prorsus nil esse difficilius, miserius atque lugubrius, quam cum diabolo membrisque eius suppliciis addiici gehennalibus, cuius exactionis si effugere conamur passionem, ne pigeat euangelicis uerbis mentis sollicitam adhibere intentionem, cuius instigamur salutifera admonitione, non solum tales de mammona iniquitatis nobis amicos praeparare, quorum fulti auxilii leuamine corporaliter hinc deficientes recipi mereamur in aeternam beatitudinem ; sed etiam sanctam aecclesiam nostrarum facultatum quantitate ditare, et quieti domino famulantium inibi prouidere. Si uero id necessarium fore credatur christianae fidei inpressione insignitis omnibus pro facultate uirium deuotius insudare debeant hiis ac huiusmodi similibus caeterorum bonorum operum exercitiis et fructibus, cum praecipue tam bonae deuotionis liberalis munificentia nobis inesse debet regibus, quorum ditioni, non quorumlibet meritorum qualitate, sed solius diuinae clementiae prouidentia et dispo-

sitione ad regendum concessus et subiectus populus et ad tuendum a malis imminentibus sexus utriusque ordo aecclesiasticus. Denique quoniam iuxta quantitatem commissi talenti durius nos esse exigendos non ignoramus in conspectu iudicis adorandi et tremendi, et pro cursu transactae uitae adepturos locum remunerationis aut poenae, ideo expedit ut in suscepti officii cura ita strenue uigilare studeamus, quatinus hic cum fructu bonorum operum tranquilla pace degentes de triumphoque sanctae dei aecclesiae hostium et nostrorum gaudentes ab eodem domino ditari mereamur auditu, 'Boni euge,' et perpetualiter foueri in promissa sanctorum consortio requie. Cuius adeptionis ardore inhianter succensus, ego Hardcnut rex Anglorum uocatus gratum mecum duxi notificare omnibus, tam praesentibus quam futuris, utriusque sexus fidelibus, praecellentissimum Cnut genitorem meum cum assensu, laude et consilio suorum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, monachorum, clericorum, et regni sui deuotorum procerum, et caeterorum minoris ordinis gregariorum militum, sicut in ordine eiusdem continetur regalis praecepti, eo tenore constituisse monachos in loco sancti Eadmundi, ut inulli regum aut hominum unquam in futuro liceat ponere inibi ordinem alium. Quo uitalibus auris exempto, meque in eiusdem regni solio diuina opitulante clementia substituto, et Londoniae praesidenti in generali curiae placito, Aegelnothus Cantuariensis archiepiscopus, cum eiusdem comitatus praesule, Aelfrido nomine, et cum praefati sancti uiri uocato abbate, in praesentia mea palam astitit, et utrumque a me cum eisdem petiit, ut descriptam prius a uenerabili patre meo, ut dixi, eiusdem loci confirmationem propriae firmitatis auctoritate roborarem, et quod adhuc supererat perficere minime differrem ; ad haec me quid sibi uellet, et quo tenderet huius rationis prolatio requirente ; illie contra indicauerunt repente se id uelle a nostrae principalitate serenitatis ab omnibusque aecclesiasticis personis atque proceribus ibidem congregatis humiliter petere, quatinus pro remedio animae patris et matris atque meae, et prospera regni stabilitate nostri, hanc libertatis inmunitatem sancti Eadmundi loco eiusque habitatoribus dignarer concedere, ne inibi famulantes domino coenobitae pastorum aecclesiasticorum aut ad se pertinentium personarum ullo deinceps tempore quaterentur seu inpedirentur molestia aut oppressione. Dixerunt igitur se id pluribus modis quamdiu uitalibus auris fruerentur uelle fieri, tum quoniam ipsi ambo interfuerunt paternae confirmationi, tum quia

meritis praefati sancti pro petito beneficio huiusmodi sperabant a domino mihi sibique perpetuam remunerationem prouenire, tum quia uerebantur ne peruersioris intentionis et animi nostri successores sentirentur et inuenirentur atque sui ; quo patefacto nostro generaliter auditui, licet non potior esset eis uoluntas petendi, quam mihi desiderium exequendi, tamen perquisito inde consilio communi, uniuersali concordia inprimis a deuotissima matre mea Ymma, deinde ab omnibus opportunum responsum accepi, hoc probabile, utile, dignumque effectum esse a nullo eorum abnegari posse. Quapropter dei omnipotentis succensus amore, et eiusdem martyris patrocinio gaudens et honore, cum fauore laudeque aecclesiasticorum pastorum mundanorumque principum taliter descriptum constituo roboroque praeceptum, ut nullus archiepiscoporum aut episcoporum, aut aliqua secundi ordinis eorum disciplinatui adhaerentium personarum audens, quoquomodo huius nostrae constitutionis uiolare iudicium praesumat quicquam consuetudinis siue dominationis amodo in eodem monasterio et uilla super monachos, clericos, aut laicos proclamare, usurpare, iustitiam aliquam facere, aut missas celebrare, nisi monitus fuerit ab ipsius loci abbate, aut ipsi abbati pro homicidio aut adulterio placuerit aliquem suorum ad eum mittere. Si quis ueros posterorum, quod non optamus futurum, hoc aggressus fuerit temere calumpniari aut infringere decretum, praesentium aecclesiasticorum prolatae excommunicationi subiaceat, et cum Iuda traditore ignis Tartarei poenas indesinenter luat et sustineat et insuper regio fisco .xxx. auri talenta persoluat. Et super conseruatores domini ueniat benedictio, adiutorium, et consolatio uitae, et rerum congrua tranquillitas, corporis et mentis iugis protectio salus et sanitas, ut et hic prosperam uitam ducant cum fructu deo placitorum operum, atque post carnis obitum perpetuum diuinae contemplationis adepti gaudium foeliciter in sorte maneant et consortio sanctorum.

+ Ego Hardcnut rex Anglorum aliorumque nationum hoc priuilegium iussi componere et compositum propria manu impressione dominicae crucis confirmaui. + Ego Ymna regina mater ipsius Hardcnut gaudenter assensum praebui. + Ego Aegelnothus Dorobernensis archiepiscopus signo crucis consignaui. + Ego Aelfricus Eboracensis archiepiscopus consignaui. + Ego Aelfwinus Wintoniensis episcopus consignaui. + Ego Aelfricus Elmhamensis episcopus consignaui. + Ego Lyuingus Wirgonensis episcopus consi-

gnaui. + Ego Wlsinus Lichefeldensis episcopus consignaui + Ego Aelfwardus Londoniensis episcopus consignaui. + Ego Brihtwaldus Wiltoniensis episcopus consignaui. + Ego Grimketel Suthsaxoniae episcopus consignaui + Ego Eadmundus Lyndisfarnensis episcopus consignaui. + Ego Sigeward abbas consignaui. + Ego Elias abbas consignaui. + Ego [Godwinus] comes assensum praebui. + Ego Thuri comes consensi. + Ego Leofricus comes consensi. + Ego Sywardus comes consensi. + Ego Reoni comes consensi.

XVII

HARDACNUT, 1042

+ In nomine altithroni qui cuncta supra simul et in imis gubernat atque regit ! Quique sua multimoda potentia omnibus ut uoluerit finem imponit, et de secretis humanae naturae mysteriis docet ut cum his fugitiuis et sine dubio transitoriis possessiunculis, iugiter mansura et aeternaliter regna mercanda dei suffragio adipiscenda sunt. Qua de re ego Harthacnut diuina mihi arridente gratia rex Anglorum, et aeque totius Albionis, aliquam ruris partem, unam uidelicet mansam, illo in loco qui a solicolis Seolescumb est dictus, in perpetuam haereditatem condono Aelfuuino Uuintoniensis ciuiatis episcopo, pro eius amabili subiectione atque obedientia, ut telluris illius partiunculam cum omnibus ad se rite pertinentibus, aeternaliter possideat quamdiu uitam habeat ; et post generalem transitum qui cunctis certus constat, cuicumque haeredi uoluerit in perpetuum derelinquat. Terra uero praenominata in omnibus sit libera sibi suisque successoribus, praeter arcis pontisue constructione, expeditionisque adiuuamine. Si quis, quod absit, diabolico inflatus spiritu, hanc meae compositionis ac confirmationis breuiculam demere uel infringere temptauerit, sciat se diuinis carere muneribus, et poenis subiacere perpetuis, nisi citius emendauerit hoc quod contra nostrum decretum deliquit. Et quicumque hoc nostrum stabilire uoluerit donum, omne habeat bonum in saecula saeculorum. Praedicta siquidem tellus his circumcincta clarescit limitibus... Anno dominicae incarnationis millesimo quadragessimo secundo, indictione decima, uiginti sex epactis ocurrentibus, et quatuor concurrentibus

adplaudentibus, propalata est haec libertas ad notitiam principum his literis, quorumque principum onomata inferius ita sunt designata.

+ Ego Hartacnut rex totius Britanniae praefatam meam donationem cum sigillo sanctae crucis regali stabilimento affirmaui. + Ego Aelfgyfu eiusdem regis mater hanc regalem donationem cum trophaeo agiae crucis ouanter diuulgaui. + Ego Eadsinus archiepiscopus triumphalem agiae crucis trophaeum huic regio muneri gaudenter impressi + Ego Aelfricus archipraesul hanc territoriam scedulam signo sanctae crucis diligenter adsignare curaui. + Ego Aelfwinus Uuintoniensis episcopus consolidaui. + Ego Beorhtwoldus Uuiltuniensis episcopus coadunaui. + Ego Aelfweardus Lundoniensis episcopus corroboraui. + Ego Lyfingus Cridiensis episcopus confirmaui. + Ego Aethelstanus Herfordensis episcopus consigillaui. + Ego Eadnothus Dorcensis episcopus conscripsi. + Ego Duduco Uuillensis episcopus consensi. + Ego Grimkillus Australium Saxonum episcopus condixi. + Ego Wulfsinus Licetfeldensis episcopus conclusi. + Ego Brihtwinus scirburnensis episcopus commodum duxi. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Siwerd dux. + Ego Thurig dux. + Ego Aelfwine abbas. + Ego Aethelwerd abbas. + Ego Siwerd abbas. + Ego Lofsige abbas. + Ego Aethelstan abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Osgod minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Thurgils minister. + Ego Odda minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Carl minister. + Ego Attser minister. + Ego Thured minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Bryxsige minister.

XVIII

LYFING, 1042

+ Ego Lyfing superni rectoris fultus iuuamine in Wiogorna ciuitate aecclesiae [praesul], cum licentia Heardecnuti regis ac Leofrici ducis Merciorum, meo fideli homini, qui a gnosticis noto Aegelric nuncupatur uocabulo, ob eius fidele obsequium, quandam ruris particulam .II. uidelicet mansas, in loco quem illius terrae solicolae Elmlaeh uocitant, libenti concedo animo, cum omnibus ad se rite

pertinentibus, ut ipse, uita comite, fideliter perfruatur ; et post uitae suae terminum duobus quibus uoluerit cleronomis derelinquat ; quibus etiam ex uita migratis, rus praedictum ad usum primatis aecclesiae in Wiogorna ciuitate restituatur inmune. Sit autem praedicta terra libera ab omni saeculari negotio, tribus exceptis, id est, expeditione, pontis arcisue aedificatione. Sed et his confiniis praefata terra circumcincta habetur....

+ Ego Heardecnut rex praefatam donationem concessi. + Ego Aelfric Christi largitione archiepiscopus cum carractere sanctae crucis consignaui. + Ego Eatsie archiepiscopus confirmaui. + Ego Lyfing episcopus dignum duxi. + Ego Aethestan episcopus addesco. + Ego Duduc episcopus adnuo. + Ego Aelfweard episcopus + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Harald dux. + Ego Godwine abbas. + Ego Aelfric abbas. + Ego Aelfwine abbas. + Ego Aethelwine sacerdos. + Ego Eatstan sacerdos. + Ego Wulfwi sacerdos. + Ego Wulfweard sacerdos +. Ego Wilstan sacerdos. + Ego Wulfstan sacerdos. + Ego Leofwine diaconus. + Ego Eadwi diaconus. + Ego Odda miles. + Ego Byrhtric miles. + Ego Aelfric miles. + Ego Byrhtric miles. + Ego Bryhtwine minister. +. Ego Leofric minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Dodda minister. +. Ego Atsere minister. + Ego Aelewi minister. + Ego Eadwi minister. + Ego Thuri minister. +. Ego Wigod minister. + Ego Godric minister.

XIX

LEOFRIC ET GODGYFU

+ Hac inscriptione manifestatur Leofricum comitem et Godgiuam comitissam duas uillas concessisse, gratia diuina inspirante, pro suorum remissione peccatorum, aecclesiae sanctae Mariae in ciuitate Uuigorna, fratribusque ibidem deo seruientibus, ad usum refectorii, quo pro salute animarum suarum intercessores semper existant, scilicet, quinque cassatos terrae apud Uulfordilea, et .II. apud Blakeuulelan, et curtem unum in supradicta ciuitate, et ita, ut hae liberae ad usum eorum refectorii permaneant. Si quis autem hanc nostram donationem largioribus amplificare muneribus studuerit,

largiflua diuinae pietatis clementia sua in hoc saeculo adaugeat bona, atque post uitae praesentis cursum, faciat eum haeredem regni coelorum. Quod si uero quisquam, instinctu diabolico elatus, aut rerum cupiditate terrestrium inflatus, haec elemosinarum dona a sancto praedicto loco conatus fuerit abstrahere, excommunicatus sit ab omnipotente deo omnium creatore, et ex parte sanctissimae genitricis Mariae necnon sancti Oswaldi, sanctarumque reliquiarum ibidem quiescentium, et sit illi pars et haereditas in profundo abyssi, et in locis tenebrarum, et cum Iuda Scariothe similem sortiatur poenam gehennae, nisi poenitendo deo et hominibus satisfaciat, et talibus insistere iam amplius cesset.

XX

EADWEARD, 1043

+ Nichil ergo in hoc saeculo prolixa foelicitate fruitur, nichil diuturna donatione potitur, nichil quod non ad fatalem uitae terminum ueloci cursu tendatur. Ideoque ut orthodoxorum demonstrant paradigmata, sic nobis mundanarum rerum patrimoniae sunt perfruendae ut tamen aeternae patriae emolumentis numquam fraudemur. Quamobrem ego Eadward annuente altithroni moderatoris imperio Anglorum basileus, cuidam ministro meo Aelfstan nominato .x. mansas ubi dicitur aet Seofonhaemtune libens donabo, quatinus habeat atque possideat; ac post se qualicumque libuerit haeredi derelinquat. Sit autem rus praedictum ab omni mundano seruitio liberum, tribus tamen exceptis, uiatici restauratione pontis, arcis constructione regalis, expeditione etiam populari. Si quis uero, quod absit, cupiditatis flamma accensus, hoc nostrum infringere temptauerit donum, sciat se dampnaturum cum filiis perditionis in tartareis tormentis, nisi resipiscens digna satisfactione emendauerit. Nam praedicta ruris particula his metis constat circumcincta.... Scripta est ergo huius regalis doni cartula anno dominicae incarnationis .XLIII. post mille, indictione .XI. his confirmantibus quorum uocabula infra sunt praetitulata, et cernentibus apparent adnotata.

+ Ego Eadward rex Anglorum meum donum signo crucis confirmaui. + Ego Aelgyfa praedicti regis mater regium munus corrobo-

raui. + Ego Eadsinus archiepiscopus almo sanctae crucis uexillo confortaui. + Ego Aelfric archipraesul istud datum libens consolidaui. + Ego Bryhtwold episcopus. + Ego Aethelstan episcopus. + Ego Godwine dux. + Ego Godeman presbyter. + Ego Karl minister. + Ego Aelfeget minister. + Ego Aelfwig praefectus. + Ego Aelfwine episcopus. + Ego Grimkyl episcopus. + Ego Dudoca episcopus. + Ego Lyfing episcopus + Ego Brihtwine episcopus. + Ego Eadnoth episcopus. + Ego Aethelweard abbas. + Ego Aelfwine abbas. + Ego Siward abbas. + Ego Wulfsige abbas. + Ego Leofric presbyter. + Ego Siward dux. + Ego Swegen dux. + Ego Eadwold presbyter. + Ego Hereman presbyter. + Ego Leofric presbyter. + Ego Osgod miles. + Ego Aelfstan miles. + Ego Esbern miles. + Ego Lyfing miles. + Ego Ordgar miles. + Ego Odda miles. + Ego Brihtric miles. + Ego Dodda Aethelmer. + Ego Urki minister. + Ego Aelfget minister. + Ego Wulfnoth praefectus. + Ego Kinewerd praefectus. + Ego Thokig minister. + Ego Aethelwig minister. + Ego Leofric et Tofig ministri. + Ego Aelfwig praefectus. + Ego Aethelmer minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Totig minister. + Ego Leofwine minister. + Ego Godsunu minister. + Ego Uulfkitel et Aethelric ministri.

XXI

EADWEARD, 1038-1044

+ Cunctitonantis clementissima conditoris clementia clementer sacris sacrorum uoluminum exemplaribus diātim nos ammonere dignatus est alacri cordis intentione ad ipsius sine satanae parasitorūmque eius inpeditione misericordiam unanimiter pertingere . pacis concordiam diligere . atque ueritatis integritatem reseruare . ne ulla unquam interruptio discordiae . pandat introitum maligno deceptore . Dño denique donante cordetenus studeamus recogitare ! quam fugitiua est uita presens . quam breuis et momentanea est delectatio spurce carnis . astque quam ignominiosum ac confusione dignum esse dinoscitur . ut malum nomen uituperabilēmque famam post se quis derelinquat . et future beatitatis brauia perdat. Consideremus ergo in quanta uelocitate huius uite tempora deficiunt.

Nullus hic hominum perpetualiter uiuere poterit . nullus unquam tam ualide regnum habuit . ut mortem euadere quiuisset Sed quamdiu in istius seculi labore extiterimus . pietatem dei humiliter cum caducis mansura impetrēmus. Propter hec et his similia a doctoribus ammonitus ego Eadwardus deifice uoluntatis permissione regali fretus dignitate . cuidam meo optimati proprio uocitamine aethelredo quandam ruris portiunculam . id est duorum cassatorum in loco qui dicitur aet clife aeterna liberalitate cum omnibus ad sē rite pertinentibus impertior . quatinus uita comite possideat. Postque segregationem corporis et anime . cuicumque sibi placuerit clerōnomo dapsiliter concedat... Sit autem quod absit aliquis typho turgentis supercilii inflatus . hanc mee donationis ac confirmationis breuiculam peruertere uel infringere temptauerit. Sciat sē cum satane satellitibus tormentorum ignibus sine fine penaliter arsūrum . nisi a prauo sensu desistat. Et huius doni constipulatores extiterunt . quorum inferius onōmata caraxari cernuntur uerīdica.

+ Ego Eadwardus gratia dei prestante basileus . hoc meum donum consummaui . agiaeque crucis taumate pretitulaui.
+ Ego Eadsinus dorobernensis ecclesiae archyeps . munificentiam regis . xpi crucis uexillo sublimaui.
+ Ego aelfricus archyepiscopus eboracensis ecclesiae regalem donationem confirmaui.
+ Ego aelfwinus episcopus adquieui.
+ Ego Brihtwoldus eps impressi.
+ Ego lyfincgus episcopus subscripsi.
+ Ego aelfwerdus episcopus consolidaui.
+ Ego eadnothus episcopus interfui.
+ Ego aethelstanus episcopus corroboraui.
+ Ego godwinus episcopus consensi.

+ Ego aelfstanus abbas.
+ Ego aethelwerdus abbas.
+ Ego wulfwerdus abbas.
+ Ego siwerdus abbas.
+ Ego leofsige abbas.
+ Ego aelfsige abbas.
+ Ego siwerdus abbas.
+ Ego Godwine dux.
+ Ego leofric dux.

+ Ego aelfwerd minister.
+ Ego brihtric minister.
+ Ego aelfwine minister.
+ Ego aelfric minister.
+ Ego leofcild minister.
+ Ego aegelwine minister.
+ Ego eadmaer minister.
+ Ego aegelric Minister.
+ Ego eadwine Minister.

+ Ego swegen dux.
+ Ego siwerd dux.
+ Ego osgod minister.
+ Ego oddæ minister.
+ Ego ordgar minister.
+ Ego godric minister.
+ Ego aelfstan minister.
+ Ego aelfwine Minister.
+ Ego aelfric Minister.
+ Ego leofwine Minister.
+ Ego karl Minister.
+ Ego wulfbold Minister.
+ Ego adsur Minister.
+ Ego godric Minister.

XXI *bis*

EADWEARD, 1044

+ Regnante in euum dño ihu nro xpo. Qui monarchiam mundi totius ac celsitudinê celorum abditamque profunditatê turgentis oceani in altis et in imis omnia cû sue maiestatis imperio nunc et in euum gubernat. Quapropter ego Eaduueardus. Angulsaxonum rex cuidâ meo ministro fideli . cui nomen insitû est Ordgar . unâ pticam. concedo in illo loco qui dicitur. Benythan . Elddin . cum omnibus ad se rite ptinentibus campis . pascuis . pratis . silluis en in suo uiuere cum prosperitate semp istum exenium obtineat . et post sē cum cirographo ppetuo cui uoluerit tradat. Praefatum rus omni seruitio careat preter expeditionê pontis et arcis munimen . celum scandat cupiens inappetat rennuens. Istis terminis pdicta terra circumgirata esse uidetur.... Anno dominice incarnationis dñi nri ihu xpi . post mill .XLIIII. Indictione .XII. scripta est hec cartula.

Ego Eadweard rex anglorum pfatam donationê concessi.
Ego Eadsie archieps cum signo sce crucis roboraui.
Ego Aelfric archipraesul sigillû agiae crucis impressi.
Ego Aelfwine eps consignaui.
Ego Lyfing eps corroboraui.
Ego Dudoc eps consolidaui.
Ego Ealdred eps adquieui.
Ego Godwines dux.
Ego Leofric . dux.
Ego Sig[werd .] dux.
Ego Swegen . dux.
Ego Osgod . m.
Ego dodda . m.
Ego osmaer mîn
Ego Godwine mîn.
Ego ecgulf mîn.

Ego Aelfstan . m.
Ego odda . m.
Ego ordgar . m.
Ego aelfgar . m.
Ego ecglaf . m.
Ego aelfwine mîn.
Ego aethelric mîn.
Ego aelfwerd mîn.
Ego wulfnoth . mîn.
Ego leofnoth . mîn.

XXI *ter*

EADWEARD, 1044

+ Postquam protoplasti serpentina suasione seducti stola immortalitatis pdita in hui terre peregrinationis erumpnis multiplicibus onustam creatoris sententia multati sudatis uultibus prop^{io} conamine humum terre colere coepunt. Semp seq^{a}cibus necessitas inoleuit alimoniā ceu mortalibus ex terre germinib; adquirere . ne deficiente uictu deficeret et uita ; Ideoque ego Eadweard rex anglorum dedi cuidam meo fideli ministro qui iuxta sue prop^{ie} gentis consuetudinem ab infantili etate nomen accepit. Orc . in eternā hereditatem impendo telluris particulā . id est .v. pticarum agelluli . illo in loco ubi iamdudum solicole regionis illius nomen imposuerunt aet wudetune . libent concedo quatenus ille libe possideat uita [comite] cum cunctis utilitatibus campis . paschuis . pratis . siluis . et post metam huius labilis uite cuicumq: heredi sibi placuerit derelinquat in etnam hereditatê; Si autem tempore contigerit aliquo quempiā hominū aliquê libellum ob istarum apicum adnichilationem in palam producere sit omnimodis ab omnib; hominum ordinib; condempnatus . omîq: abolitus industria ueritatis cuiuscumq: regum fuerit tempore pscriptus. Sit autê istud pfatum rūs liberrimum ab omî mundiali obstaculo exceptis que usuali ritu obseruant . id est cum glomerata sibi altnatim expeditioni compulerit populari commilitonū confligere castra atq: cum sua petunt pontis titubantia munīri uada. Ac cum conciuium tma urbium indigent munīri stabilit septa; Et si quis hanc nram largitionê uoluerit cupido conāmine adnullare et ad prop^{r}ium usum puertere sciat se dignā mercedê receptum suae tyrannidis cum complicib; iude proditoris xpi . nisi satisfactione emendare antea satagerit; his namq: confiniis prefatum rus circumcincta est, etc. Scripta est autê haec singrapha. Anno

dominice incarnationis . Millesimo quadragesimo .IIII°. Indictione uero .XII°. Horum consilio et testimonio quorum no[mina] hic infra habentur.

+ Ego eadweard rex anglorum a[giae crucis] signaculo hanc munificentiâ consignaui

+ Ego eadsige doruernensis aeccuele archieps consensi et subscripsi.

+ Ego aelfric eboracensis aeccuele archieps

+ Ego goduuine dux.
+ Ego leofric dux.
+ Ego siwerd dux.
+ Ego aelfwine . eps
+ Ego brihtwold . eps
+ Ego lyfincg . eps
+ Ego brihtwine . eps
+ Ego alfwold . eps
+ Ego aelfwig abb
+ Ego osgod m
+ Ego brihtric m
+ Ego aelfstan m

+ Ego dudoc . eps
+ Ego ealldred . eps
+ Ego aelfstan abb
+ Ego aelfwine abb
+ Ego aethelweard abb
+ Ego aelfric abb
+ Ego aelfwig abb
+ Ego aethelwi abb
+ Ego aelfget m
+ Ego siwerd m
+ Ego wulfnoth m
+ Ego ecglaf m

XXII

EADWEARD, 1044

+ Omnibus flebilia et detestanda huius fluctuantis saeculi piacula, diris obscoenae horrendaeque mortalitatis latratibus circumsepta omnique spurcitia saginata, non nos patriae indeptae pacis securos, sed quasi foetidae corruptelae in uoraginem casuros prouocando ammonent, ut ea toto mentis conamine cum casibus suis despiciendo abhiiciamus, et penitus uelut fastidiosam melancoliae nausiam abominando fugiamus, et diligenter ad illud attendamus quod praecipit sermo euangelicus, ita inquiens, 'Date et dabitur uobis;' uere sicut quidam dicit sapiens 'Hilarem datorem diligit deus.' Hac ergo salutari ammonitione adtactus ego Eadwardus annuente superna dei clementia rex tocius Anglicae nationis, huius saeculi caduca pro nichilo ducens, sed cum transitoriis aeternaliter permansura adipisci cupiens, fugitiuam et sine dubio transitoriam dare

non differo possessiunculam, ut iugiter mansuram in regno Christi et dei recipiam. Proinde omnibus innotesco, me nunc aliquam telluris partem ouanter dedisse sancto Petro et co-apostolo eius Paulo, ut peccatorum meorum magnitudo ex parte releuetur a domino Ihesu Christo, qui est uera et exoptata omnium peccatorum remissio. Huius ergo telluris uocabulum Pipmynster est appellatum illaque terra quindecim mansarum retinet amplitudinem, quam etiam sicut supradixi ad Uetustum dedi monasterium quod in ciuitate Wintonia est situm, et in honore supradictorum apostolorum consecratum, pro meae animae salute et parentum meorum. Sit autem praedicta terra ab omni mundiali seruitio libera, cum pascuis et pratis, siluarumque densitatibus, et cum omnibus aliis ad se rite pertinentibus, exceptis his tribus, communium utilitatum necessitatibus, hoc est, arcis recuperatione, uel pontis restauratione, seu expeditione in hostes patriae. Si quis autem, quod absit, diabolico inflatus spiritu hanc meae compositionis ac confirmationis scedulam demere uel infringere temptauerit, et terram supradictorum apostolorum per uiolentiam sibi usurpare praesumpserit, segregetur a dei consortio et participatione omnium sanctorum in hoc sancto monasterio requiescentium, et aeterna confusione edacibus tormentorum flammis deputetur in saecula saeculorum, nisi quantocius suam peruersam emendare curauerit rapinam per condignam satisfactionem. Praenotatae uero telluris limites ita plane sunt dilatatae... Anno dominicae incarnationis millesimo quadragessimo quarto, indictione duodecima, et septem concurrentibus, atque octodecim epactis rotantibus, haec regalis concessio atque donatio facta est, sub astipulatione primatum quorum nomina hic caraxata sunt.

+ Ego Eadwardus rex tocius Brittanniae praefatam meam donationem cum sigillo sanctae crucis regali stabilimento affirmaui. + Ego Aelfgyfu eiusdem regis mater hanc regalem donationem cum sigillo sanctae crucis ouanter diuulgaui. + Ego Eadsinus archiepiscopus triumphalem agiae crucis trophaeum huic regio muneri gaudenter impressi. + Ego Aelfricus archipraesul hanc territoriam scedulam signo sanctae crucis diligenter adsignare curaui. + Ego Aelfwinus Wintoniensis episcopus consolidaui. + Ego Byrhtwoldus Wiltuniensis episcopus coadunaui. + Ego Aelfweardus Lundoniensis episcopus corroboraui. + Ego Lyfingus Cridiensis episcopus confirmaui. + Ego Aethelstanus Herfordensis episcopus consigillaui. + Ego Eadnothus Dorcensis episcopus conscripsi.

+ Ego Duduco Willensis episcopus condixi. + Ego Grimgillus Australium Saxonum episcopus consensi. + Ego Wulfsinus Licetfeldensis episcopus conclusi. + Ego Brihtwinus Scirburnensis episcopus commodum duxi. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Siweard dux. + Ego Swegen dux. + Ego Aelfwine abbas. + Ego Aethelweard abbas. + Ego Siweard abbas. + Ego Leofsige abbas. + Ego Aelfsige abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Ordgar minister. + Ego Osgod minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Brichtric minister. + Ego Aethelwig minister. + Ego Thureth minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Carl minister. + Ego Ordulf minister.

XXIII

EADWEARD, 1044

+ Christi omnipotentis dei largiflua bonitas omnino laudanda, omnique est laude praeferenda, quae nullo bonitatis termino ualet concludi, utpote idem deus ipse sit suae bonitatis bonitas, distribuens gratis non tantum dignis uerum etiam indignis participium bonitatis suae; est quippe rex regum, omniumque subsistentium uisibilium aeque inuisibilium creator et suae creationis discretissimus dispositor, disponens omnia sibi libito uti competit diuinae dominationi eius; nam quosdam libero arbitrio quibusdam praeficit dignitate huius saeculi et opibus diuersis, quibus rursum mandat ut ipsi eorum inopiam sua sufficientia releuare debeant qui minus abundant saecularibus negociis, et pro hoc possint maiori mercede ab eo donari. Unde ego Eadwardus rex Anglicae nationis eius ammonitione prouocatus, pro adipiscenda remunerationis mercede, dono cuidam familiari episcopo meo Aelfwino pro fideli obsequio quo michi fideliter obsecundatur .xxx. uidelicet mansas, in loco quem solicolae illius uocant Wittannige, ut eas quoad uiuit libere possideat; et post mortem det sibi placito cuicunque elerit. Sit itaque ruriscolum illud ab omni mundiali seruitio liberum, excepto communi seruitio, hoc est, arcis recuperatione, et pontis restauratione, ac expeditione in hostes patriae. Si quispiam quoquomodo malae mentis conamine hoc meum donatiuum donum infringere

uel abripere per uiolentiam uoluerit, priuatus a consortio dei qui nos imperat iuniorum nostrorum necessitatibus subuenire pro suo amore, constringatur et obligetur inextricabilium nodorum habenis perpetuae dampnationis, nisi resipiscat et poenitentiae uenia deleat... Anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo quarto, indictione duodecima et septem concurrentibus, atque .XVIII. epactis rotantibus, haec regalis concessio atque donatio facta est sub astipulatione primatum quorum nomina hic caraxata sunt.

+ Ego Eadwardus rex totius Brittanniae praefatam meam donationem cum sigillo sanctae crucis regali stabilimento affirmaui. + Ego Aelfgyfu eiusdem regis mater hanc regalem donationem cum trophaeo agiae crucis ouanter diuulgaui. + Ego Eadsinus archiepiscopus triumphalem agiae crucis trophaeum huic regio muneri gaudenter impressi. + Ego Aelfricus archipraesul hanc territoriam scedulam signo sanctae crucis diligenter adsignare curaui. + Ego Aelfwinus Wintoniensis episcopus consolidaui. + Ego Beorhtwoldus Wiltuniensis episcopus coadunaui. + Ego Eathnothus Dorcensis episcopus corroboraui. + Ego Lyfingus Cridiensis episcopus confirmaui. + Ego Aethelstanus Herfordensis episcopus consigillaui. + Ego Aelfweardus Lundoniensis episcopus conscripsi. + Ego Duduco Uuillensis episcopus condixi. + Ego Grimkyllus Australium Saxonum episcopus consensi. + Ego Wulfsynus Licetfeldensis episcopus conclusi. + Ego Bryhtwinus Scirburnensis episcopus commodum duxi. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Siwerd dux. + Ego Swegen dux. + Ego Aelfwine dux. + Ego Aelfwerd dux. + Ego Sywerd dux. + Ego Leofsige dux. + Ego Aelfsige dux. + Ego Aelfstan dux. + Ego Ordgar minister. + Ego Osgod minister. + Ego Odda minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Aethelwig minister. + Ego Thureth minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Carl minister. + Ego Ordulf minister.

XXIV

EADWEARD, 1045

+ Rege regum et domino dominantium in aeternum omnipotenter ubique regnante summaque et ineffabili sua clementia uniuersa coelestium et terrestrium atque infernorum agmina moderante atque gubernante. Cunctis sapientibus notum ac manifestum constat, quod omnium mortalium dicta uel facta pro multiplici huius fragilis uitae perturbatione frequenter recedent ex memoria, nisi ob recordationis cautela litteris sint commendata, sicque ad memoriam frequentius reuocata. Idcirco ego Eadweardus gratia dei industrius rex Anglorum omniumque insularum in circuitu persistentium, audiens huius fragilis uitae miseriam et breuitatem et magnam futurae uitae beatitudinem et aeternitatem, mente compunctus tradidi sancto Petro principi apostolorum et coapostolo eius Paulo, qui omnium est doctor gentium, aliquam ruris portiunculam, octo uidelicet cassatos retinentem, illo in loco quem uulgares prisco more mobilique relatione Stanham appellare solent, ea ratione, ut illud modicum nostrum donatiuum iugiter maneat subiectum illo sancto monasterio, quod solito uocitabulo nominatum est Uetustissimum, quodque in honore sanctae trinitatis est dedicatum ad supradictorum apostolorum memoriam, ut per eorundem apostolorum adiutorium merear consequi ueniam delictorum, et aliquam partem aeternorum gaudiorum. Maneat igitur hoc meum largifluum donum aeterna libertate iocundum, cum omnibus ad se rite pertinentibus, pascuis, pratis, aquarum riuulis, siluarumque densitatibus, excepto tantummodo communi omnium labore, arcis, uidelicet, constructione, pontisue recuperatione, necnon et expeditione contra hostes patriae. Quicunque igitur hanc nostram augere uoluerit elemosinam ad honorem et memoriam supradictorum apostolorum, hic et in futuro cunctorum recipiat incrementa bonorum eorundem sanctorum precibus apostolorum Et si aliquis, quod absit, diabolico inflatus spiritu hanc ruris partiunculam a supradicto Uetusto praesumpserit tollere monasterio, excommunicatus sit a domino Ihesu Christo et omnibus sanctis eius cum Iuda proditore domini nostri Ihesu Christi saluatoris, et cum miserrimo Pilato suppliciis depu-

tetur infernalibus, nisi praeuaricationis suae nequitiam digna satisfactione dum uacat aboleuerit quantocius. Circuitio igitur supradictae telluris his circumgyratur limitibus... Anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo quinto, indictione .XIII. et nullis epactis, atque uno concurrente rotantibus, haec regalis concessio atque donatio facta est, sub astipulatione primatum quorum nomina hic caraxata sunt.

+ Ego Eadweardus rex tocius Brittanniae praefatam meam donationem cum sigillo sanctae crucis regali stabilimento affirmaui. + Ego Eadgyth eiusdem regis conlaterana hanc regalem donationem gaudenter stabiliui. + Ego Syweardus archiepiscopus triumphalem agiae crucis trophaeum huic regio muneri gaudenter impressi. + Ego Aelfricus archipraesul hanc territoriam scedulam signo sanctae crucis diligenter adsignare curaui. + Ego Aelfwinus Wintoniensis episcopus consolidaui. + Ego Lufingus Cridiensis episcopus coadunaui. + Ego Aethelstanus Herfordensis episcopus corroboraui. + Ego Eadnothus Dorcensis episcopus confirmaui. + Ego Duduco Uuillensis episcopus consolidaui. + Ego Heremannus Wiltuniensis episcopus consensi. + Ego Grimkillus Australium Saxonum episcopus condixi. + Ego Wulfsinus Licetfeldensis episcopus conscripsi. + Ego Brihtwinus Scireburnensis episcopus conclusi. + Ego Godwine dux + Ego Leofric dux. + Ego Siweard dux. + Ego Swegen dux. + Ego Aelfwine abbas. + Ego Aethewerd abbas. + Ego Aethelstan abbas. + Ego Aelfstan abbas. + Ego Siwerd abbas. + Ego Harold minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Osgod minister. + Ego Odda minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Carl minister. + Ego Thured minister.

XXV

EADWEARD, 1045

+ Regnante imperpetuum domino nostro Ihesu Christo super omnia quae in coelo et in terra ab eo mirabiliter gubernantur ! Ego Eadwardus rex Anglorum priuilegii huius descriptionem omnibus innotesco me Wentanae ciuitatis episcopo nomine Aelfwino, quan-

dam ruris partem octo, uidelicet, mansarum illo in loco quem solicolae Heantun uocitant in possessionem sempiternam dedisse, ita prorsus, ita plane, quatinus hoc donum nostrum sicut sibi uoluntas fuerit, quamdiu uixerit possideat; postque se quemcunque elegerit haeredem succedaneum praeficiat. Et quicunque eum libertatis huius dignitate exhaeredauerit maledictione perpetua dampnetur, nisi nequitiae suae prauitatem poenitudine correxerit digna. Sit uero libertas haec in uniuersis rebus, paruis et magnis, absque omni humana seruitute liberrima, exceptis tribus causis, arcis, scilicet, pontisue constructione, et expeditione. Praenotatae uero telluris limites hi sunt.... Anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo quinto, indictione .XIII. et nullis epactis, atque uno concurrente rotantibus, haec regalis concessio atque donatio facta est, sub astipulatione primatum quorum nomina hic caraxata sunt.

+ Ego Eadweardus rex totius Brittanniae praefatam meam donationem cum sigillo sanctae crucis regali stabilimento affirmaui. + Ego Eadgyth eiusdem regis conlaterana hanc regalem donationem gaudenter stabiliui. + Ego Siweardus archiepiscopus triumphalem agiae crucis trophaeum huic regio muneri gaudenter impressi. + Ego Aelfricus archipraesul hanc territoriam scedulam signo sanctae crucis diligenter adsignare curaui. + Ego Aelfwinus Wintoniensis episcopus consolidaui. + Ego Lyfingus Cridiensis episcopus coadunaui. + Ego Aethelstanus Herfordensis episcopus corroboraui. + Ego Eadnothus Dorcensis episcopus confirmaui. + Ego Heremannus Wiltuniensis episcopus consigillaui. + Ego Duduco Willensis episcopus conscripsi. + Ego Grimkillus Australium Saxonum episcopus condixi. + Ego Wulfsinus Licetfeldensis episcopus consensi. + Ego Brightwinus Scirburnensis episcopus conclusi. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Siwerd dux. + Ego Swegen dux. + Ego Aelfwine dux. + Ego Aethelweard dux. + Ego Aethelstan dux. + Ego Aelfstan dux. + Ego Siwerd dux. + Ego Harold minister. + Ego Ordgar minister. + Ego Osgod minister. + Ego Odda minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Carl minister. + Ego Thured minister.

XXVI

EADWEARD, 1046

+ Inspirante gratia diuina aegregius agonista sermocinatus est in scripturis diuinis, dicens, ' Omnia quae uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna ;' iccirco superflua utentibus diuinus sermo ut supratexati sumus terribiliter praemonet ut huius saeculi caduca contempnentes et spiritualia imitantes coelestia properemus ad regna. Quamobrem ego Eadwardus desiderio regni coelestis exardens fauente superno numine basileus industrius Anglorum cunctarumque gentium in circuitu persistentium, cuidam episcoporum meorum Aelfwino Wintoniensem prouidenti parochiam dignatus sum sex largiri mansas in illo loco ubi uulgares prisco more nobilique relatione Hodingatun uocitant, cum pratis, pascuis, necnon et siluis, siluarumque densitatibus, ut haec prospere possideat ac aeternaliter teneat, dum huius aeui fragilis cursum tenuerit; post se autem, ueluti adfirmauimus, cuicumque uoluerit haeredi derelinquat, ceu supradiximus, in aeternam haereditatem. Fiat enim praefata terra ab omni seruili iugo libera, cum omnibus sibi rite pertinentibus, exceptis his tribus, expeditione, pontis arcisue coaedificatione. Denique uero si quis, nobis non optantibus, nostrum hoc donum uiolari fraudulenter perpetrando consenserit, consideret hinc se die ultima iudicii coram deo rationem redditurum, atque cum reprobis quibus dicitur, ' Discedite a me maledicti in ignem aeternum ' poenis atrocibus esse passurum, si non antea corporea lamentatione emendauerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur.... Anno siquidem incarnationis dominicae .M.XLVI. his litteris fuit haec libertas ad notitiam principum quorum inferius notantur onomata ita

+ Ego Eadwardus rex totius Brittanniae praefatam meam donationem cum sigillo sanctae crucis regali stabilimento affirmaui. + Ego Eadgith eiusdem regis conlaterana hanc regalem donationem gaudenter stabiliui. + Ego Siweardus archiepiscopus triumphalem agiae crucis trophaeum huic regio muneri gaudenter impressi. + Ego Aelfricus archipraesul hanc territoriam scedulam signo sanctae crucis diligenter adsignare curaui. + Ego Aelfwinus

Wintoniensis episcopus consolidaui. + Ego Hermannus Wiltoniensis episcopus confirmaui. + Ego Godwinus dux. + Ego Leofric dux. + Ego Ordgar minister. + Ego Osgod minister.

XXVII

EADWEARD, 1049

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo ! Dum archirectoris prouidentia omnes creaturae in principio formatae formeseque creatae sunt, ac multis modis ac diuersis speciebus Olymphum cum sideribus rotari suo, perficiens nutu quique frugiferis seminibus terram, oceanique maris abyssos, ex omni parte, supra simul et infra, ut uoluerit sua multimoda potentia gubernat ; sicque ab initio mundi triumphalia temperamenta usque ad diffinitionem cessantis saeculi statuta praecepta conditoris custodiunt ; et tamen inprouida fragilitas hominum omnibus creaturis praelatior, propter praeuaricationem corruens in caecitatem caliginosae mortis et primam immortalitatis stolam lugubriter amisit ; idcirco meritam incurrit iram omne genus humanum, regnumque post regnum mobiliter manens et perniciter recedens. Quo de re, ego Eadweardus, diuina adridenti gratia, Angol-Saxonum et aeque totius Albionis rex, dedi quandam partem terrae, id est, unam perticam et dimidiam meo fideli ministro uocitato nomine Eadulf, illic ubi ruricoli aet Trefhrigoni and aet Trefhryt uocitant, animo libenti concedo, nisi tantum expeditione si necessitas exigat, et pontis instructione arcisue ; ea autem conditione, ut ipse habeat utensque foeliciter fruendo possideat quamdiu uiuat ; et si de hoc migrante saeculo cuicumque placabile sit libenter dei hominumque in perpetuum in eadem libertate relinquendi licentiam habeat. Si quis uero non perhorrescat machinari nostrum decretum, sciat se corruentem in profundum barathrum aeterni orci, et aeternaliter laetali laquei [post termin]um uitae suae diris flammis cruciaturum. Acta est autem haec mea donatio, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .M.XLVIIII. indictione .II. epacteque .XIII. concurrente .VI. etc.

+ Ego Eadweardus rex totius Anglicae gentis huius donationis libertatem hilari animo fieri concessi. + Ego Eadsinus Christi

aecclesiae archipraesul corroboraui. + Ego Aelfricus archipraesul Eboracensis aecclesiae corroboraui. + Ego Leofricus episcopus dictando titulaui. + Ego Stigandus episcopus assensum praebui. + Ego Heremann episcopus dignum duxi. + Ego Dodica episcopus non rennui. + Ego Aelfwoldus episcopus adquieui. + Ego Aegelwerdus abbas adiuui. + Ego Aelfwinus abbas adiuui. + Ego Sintricus abbas adiuui. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Siwerd dux. + Ego Harald dux. + Ego Beorn dux. + Ego Tosti nobilis. + Ego Leowine nobilis. + Ego Ordgar nobilis. + Ego Odda nobilis. + Ego Aelfgar nobilis. + Ego Dodda minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Ordulf minister. + Ego Aelfric minister. + Ego Aelfwerd minister. + Ego Osmaer minister. + Ego Ecgulf minister. + Ego Aegelmaer minister. + Ego Osulf minister. + Ego Godwine minister. + Ego Osulf minister. + Ego Ordlaf minister.

XXVII *bis*

EADWEARD, 1050

+ Igitur cum uniuersa in sapientia a deo bene condita sunt, uidelicet, coelum, aruum, et quae in eis continentur, dignum quippe aequumque dinoscitur fore quamquam impossibilitas aegrae humanitatis humanos actus pluris calamitatibus conturbet, quo nos qui rectores hominum a deo constituti dicimur instinctu supernae clementiae iuxta modulum nostrae censurae prudenter aequitatem ciuilis exquirere studeamus scientiae, et praecipue res aecclesiasticae denique discutiendo tractare ea quae cernuntur nostris non aequa optutibus rectius constituere, sicque sancita ad profectum innocentiae siue utriusque uice corroborando gubernare. Equidem gloriosum est nimiumque laudabile destructas aedes sanctorum locorum ad diuinum adminiculum inposcendum reaedificare, sacraque altaria uenustis uelis cum nitore pii cordis uelare, et unamquamque nocturnam siue diurnam sinaxim armoniacis modulis resonare. Quapropter ego Eadwardus dei gratia Anglorum rex consilio imbutus bonae uoluntatis quum prouisum est mihi, secundum quod praecipitur in diuinis decretis cathedram pontificalem consolidare Exoniae ciuitatis in monasterio beati Petri apostolorum

principis quod est situm infra moenia eiusdem urbis, auctoritate superni regis meaque meaeque coniugis Eadgythae, uniuersorum episcoporum ducumque meorum, per hoc priuilegium testamenti atque cautionem cyrographi in perpetuo tempore constituto Leofricum, ut sit ibi pontifex, et post illum caeteri affuturi ad laudem et gloriam sanctae et indiuiduae trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, et ad honorem sancti Petri apostoli Dono etiam possessiones omnes ad eundem locum pertinentes quaecumque sint, tam in ruribus, quam in pascuis, pratis, siluis, aquis, liberis, seruis, ancillis, legibus, censu, pagis, deo sanctoque Petro fratribusque canonicis ibi famulantibus ut habeant iugiter subsidium hubesum corporis quo ualeant Christo militare sine ulla molestia animi. Hoc tamen notum papae domino in primis Leoni facio ipsiusque attestatione confirmo, deincepsque cunctis Anglorum magnatibus quod Cornubiensem diocesim, quae olim in beati Germani memoria atque Petroci ueneratione episcopali solio assignata fuerat, ipsam cum omnibus sibi adiacentibus parochiis, terris, uillis, opibus, beneficiis, sancto Petro in Exonia ciuitate trado, scilicet, ut una sit sedes episcopalis unumque pontificium et una aecclesiastica regula propter paucitatem atque deuastationem bonorum et populorum quoniam pyratici Cornubiensem ac Cryditonensem aecclesias deuastare poterant, ac per hoc in ciuitate Exoniae tutiorem munitionem aduersus hostes habere uisum est et ideo ibi sedem esse uolo. Hoc est ut Cornubia cum suis aecclesiis et Deuonia cum suis simul in uno episcopatu sint et ab uno episcopo regantur. Itaque hoc priuilegium ego Eadwardus rex manu mea super altare sancti Petri pono et praesulem Leofricum per dexterum brachium ducens, meaque regina Eadgytha per sinistrum, in cathedra episcopali consisto praesentibus meis ducibus et consanguineis, nobilibus necnon capellanis, et affirmantibus laudantibusque archiepiscopis Eadsino, et Aelfrico, cum caeteris aliis quorum nomina describuntur in meta huius cautionis. Enimuero si quis hoc testamentum priuilegii affirmare post meum uitae transitum et bona aecclesiae augere tuendo uoluerit, adaugeat omnipotens deus dies uitae eius, atque centuplo fructu nono decimo coronet eum aeterno praemio in gaudio aethereo. Si autem, quod absit, aliquis compilator fraudis uel cauillator fautoris naeuo fomitatis iniquae cupidinis hanc cautionem seu decretum huius episcopi destituere aut permutare contempnendo praesumpserit, uel eiusdem minuere et subtrahere substantiam temp-

tauerit, aeternis mancipatus habenis cum diabolo eiusque ministris sit separatus a Christo ipsiusque sanctis dissegregatione perpetuae anathematis fiat. Anno igitur incarnationis dominicae .M.L.mo. indictione tertia, epactaeque .xxv. et concurrentes .vii. haec cautio scripta est edictione solida karecterata karecteribus testium iubente piissimo rege Anglorum Eadwardo gubernante eodem foeliciter totius monarchiam maioris Britanniae.

+ Ego Eadwardus rex hoc donum cautione hac affirmo. + Ego Eadsinus archiepiscopus Christi aecclesiae manu mea subscripsi. + Ego Elericus archiepiscopus Eboracensis aecclesiae confirmaui. + Ego Stigandus episcopus signum duxi. + Ego Herimanus episcopus corroboraui. + Ego Rodbertus episcopus testis fui. + Ego Ealdredus consolidaui. + Ego Doduca episcopus consensi. + Ego Godwinus dux. + Ego Leofricus dux. + Ego Siwerdus dux. + Ego Haraldus dux. + Ego Radulfus dux. + Ego Tosti nobilis. + Ego Aegelwerdus abbas adiuui. + Ego Aelfuuinus abbas assensi. + Ego Raeinbaldus presbyter commendaui. + Ego Godwinus presbyter aspiraui. + Ego Godmannus presbyter interfui. + Ego Petrus presbyter laudaui. + Ego Odda nobilis. + Ego Rymhtricus nobilis. + Ego Ordsanus minister. + Ego Celericus minister. + Ego Touinus minister. + Ego Radulphus minister. + Ego Dodda minister. + Ego Eadulfus minister. + Ego Ordulfus minister. + Ego Ecgulfus minister. + Ego Eabpisus minister. + Ego Celfpendus minister.

XXVIII

EADWEARD, 1050

+ Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura, dicens, 'Nudus egressus sum ex utero matris meae, et nudus reuertar illuc;' et iterum, 'Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus!' Quarepropter lubrici potentatus non immemor, ego Eadruard, Christo conferente, rex et primicerius totius Albionis regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam .viii. mansas iuxta flumen quod Cynete uocitatur, illud, uidelicet, rus, quod Eadric quidam rusticus habuisse cognoscitur, largiendo libenter concedens

perdonabo ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi, in loco qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi ut nemo successorum nostrorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu disrumpat. Sit autem praedicta tellus, quam ego cum consensu optimatum meorum praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem laruarico instinctus spiritu hoc donum uiolare immutareue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur.... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu .M.L.

+ Ego Eadwardus rex Anglorum praefatam donationem sub sigillo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadsinus Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donum sigillo sanctae crucis subscripsi. + Ego Stigandus Uuintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis confirmaui. + Ego Hermannus episcopus subscripsi et conclusi. + Ego Ulfo episcopus consensi. + Ego Hoica episcopus consignaui. + Ego Dodica episcopus confirmaui. + Ego Leofricus episcopus corroboraui. + Ego Aelfuuoldus episcopus conclusi. + Ego Ealdredus episcopus consensi. + Ego Rodbeardus episcopus consignaui. + Ego Aetheluueardus abbas stabiliui. + Ego Ordricus abbas quieui. + Ego Wulfuuardus abbas confirmaui. + Ego Goduuine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Harold dux. + Ego Sihroth dux. + Ego Raulf dux. + Ego Tosti minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Tofi minister. + Ego Aelfuui praepositus. + Ego Leofuuine minister. + Ego Rodbriht presbyter. + Ego Goduuine presbyter. + Ego Regnbold presbyter. + Ego Lifing presbyter. + Ego Uuilhelm presbyter. + Ego Brihtric presbyter. + Ego Unsige presbyter. + Ego Uuinsige presbyter. + Ego Nefetofi minister. + Ego Aelfweard minister. + Ego Kyneward praepositus.

XXIX

EADWEARD, 1050

+ Regnante ac gubernante omnia uisibilia et inuisibilia domino nostro Ihesu Christo ! Ego Eadwardus basileus totius gentis Anglo-Saxonum caeterorumque populorum in circuitu habitantium gratia dei gubernator et rector, operae pretium arbitror propter diuersas praesentis uitae per temporum cursum uicissitudines meum inexsiccabile ponum indissolubilibus litteris roborare ; quia uero ad memoriam illud crebro reuoco quod secundum euangelicae astipulationis experimentum prouulgatum est, ' Date et dabitur uobis,' idcirco uni meo fideli duci nuncupato uocamine Godwino .III. mansas perenniter tribuo illic in communi terra ubi uulgus prisca relatione uocitat aet Landforda, cum omnibus ad se iure pertinentibus, campis, pascuis, pratis, quatenus secure uita comite possideat et bene perfruatur ; et haeredi cuicumque sibi placuerit post se derelinquat, ut ante taxatum est, in aeternam possessionem. Maneat autem praefatum rus immune a cunctis mundialibus seruitiis, tamen exceptis tribus, expeditione, pontis arcisus constructione. Si quis autem huius nostrae donationis quid aut cum antiquo libello uel cum aliquo falsae subuersionis obstaculo interrumpere uoluerit, sit autem ipse sub Stigii fluminis unda praeceps in ima Tartara trusus, nisi hic prius ad satisfactionem uenire maluerit. Istis terminis praedicta terra circumgyrata esse uidetur.... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo .L.

+ Ego Eadwardus rex Anglorum praefatam donationem sub signo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadsius Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donum sigillo sanctae crucis subscripsi. + Ego Stigandus Wintoniensis aecclesiae episcopus testudinem sanctae crucis confirmaui. + Ego Ulfo episcopus subscripsi et conclusi. + Ego Hoica episcopus consensi. + Ego Dudica episcopus consignaui. + Ego Leofricus episcopus confirmaui. + Ego Heremannus episcopus corroboraui. + Ego Aelfwoldus episcopus conclusi. + Ego Ealdredus episcopus consensi. + Ego Rodbeardus episcopus consi-

gnaui. + Ego Aethelweardus abbas stabiliui. + Ego Sperhafocus abbas quieui. + Ego Wlfwardus abbas confirmaui. + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Harold dux. + Ego Sihroth dux. + Ego Raulf dux. + Ego Tosti minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Aelfwig praepositus. + Ego Leofwine minister. + Ego Rodbriht presbyter. + Ego Godwine presbyter. + Ego Regnbold presbyter. + Ego Lyfing presbyter. + Ego Wilhelm presbyter. + Ego Brihtric presbyter. + Ego Kinsige minister. + Ego Uuihtsi minister. + Ego Aethelric minister. + Ego Nefetofi minister. + Ego Aelfuueard minister. + Ego Godwine praepositus ciuitatis.

XXX

EADWEARD, 1052

+ Confirmat nos sacrae auctoritatis scriptura dicens, 'Nudus egressus sum ex utero matris meae, et nudus reuertar illuc;' et iterum, 'Nichil intulimus in hunc mundum, uerum nec ab eo auferre quid poterimus.' Quapropter lubrici potentatus non inmemor, ego Eaduuard, Christo conferente, rex et primicerius totius Albionis, regni fastigium humili praesidens animo, ob remunerationem maioris praemii, aliquantulam ruris particulam .v. comparatam cassatis [in loco] cui uocabulum certa astipulatione Cildatun profertur, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi, in loco qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi ut nemo successorum meorum superioris uel inferioris gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu dirumpat. Sit autem praedicta tellus, quam ego cum consensu optimatum meorum praefato largitus sum coenobio, ab omni terrenae seruitutis iugo libera, tribus his exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis arcisue restauratione. Si quis autem laruarico instinctus spiritu hoc donum uiolare immutareue praesumptuosus temptauerit, nisi digna satisfactione ante obitum suum reus poenituerit, aeternis barathri prostratus incendiis cum Iuda Christi proditore aeternaliter lugubris puniatur. His metis praefatum rus hinc inde gyratur.... Acta est haec praefata

donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .M.L.II.

+ Ego Eadwardus rex Anglorum praefatam donationem sub signo sanctae crucis indeclinabiliter concessi atque roboraui. + Ego Eadsius archiepiscopus eiusdem regis donum sigillo sanctae crucis subscripsi. + Ego Stigandus episcopus. + Ego Hermannus episcopus. + Ego Ulfo episcopus. + Ego Leofricus episcopus. + Ego Ordricus abbas. + Ego Aetheluuardus abbas. + Ego Alfuuinus abbas. + Ego Goduuine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Harald dux. + Ego Siuuard dux. + Ego Raulf dux. + Ego Tostig minister. + Ego Kineward praepositus. + Ego Regenbold presbyter. + Ego Rodbriht presbyter. + Ego Kinsig presbyter. + Ego Aethelwig presbyter. + Ego Brihtheh minister. + Ego Aethelmaer minister. + Ego Eadwine minister.

XXXI

EADWEARD, 1052-1053

+ Regnante domino nostro Ihesu Christo imperpetuum! Siquidem sacris insertum uoluminibus legitur quorum praeclaris satisque salutaribus cotidie instruimur oraculis, hoc solum superesse homini in omni labore suo quod laborat sub sole, et in cunctis quae possidet diebus uitae suae, si quid in eleemosinarum largitate piis intentus operibus expenderet, proximorumque communicanda necessitatibus pro possibilitate uirium, faciat sibi, secundum saluatoris praeceptum, amicos de mammona iniquitatis, qui eum recipiant in aeterna tabernacula. Quamobrem ego Eadwardus, diuina collubescente gratia, Albionis rex primiceriusque, quandam ruris particulam .v. scilicet cassatorum, loco qui uulgari [uocitamine] Lench dicitur, meo fideli mihi oppido qui ab huiusce insulae gnosticis noto Osferth nuncupatur onomate, in aeternam largior haereditatem, ut ipse, uita comite, cum omnibus utensilibus, pratis, uidelicet, pascuis, siluis, uoti compos habeat; et post uitae suae terminum quibuscunque uoluerit immunem derelinquat, Sit autem praedictum rus omni terrenae seruitutis iugo liberum, tribus exceptis, rata uidelicet expeditione, pontis, arcisue restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre

uoluerit, priuatus consortio sanctae dei aecclesiae aeternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicitur puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. His metis praefatum rus hinc inde gyratur....

+ Ego Eadwardus rex totius Britanniae praefatam donationem cum sigillo sanctae crucis confirmaui. + Ego Aelfricus archiepiscopus consensi. + Ego Stigandus episcopus consensi. + Ego Aethelstanus episcopus consensi. + Ego Wulsinus episcopus consensi. + Ego Godwine dux consensi. + Ego Leofricus dux consensi. + Ego Siuuardus dux consensi. + Ego Thuri dux consensi. + Ego Manni abbas consensi. + Ego Aelfricus abbas consensi. + Ego Goduuinus abbas consensi. + Ego Earwini abbas consensi. + Ego Aethelwinus decanus consensi. + Ego Wulfwius monachus consensi. + Ego Wilstanus monachus consensi. + Ego Wulstanus monachus consensi. + Ego Aelfstanus monachus consensi. + Ego Odda monachus consensi. + Ego Aelfricus monachus consensi.

XXXI *bis*

EADWEARD, 1054

+ Cuncta saeculorum patrimonia incertis nepotum haeredibus relinquuntur, et omnis mundi gloria adpropinquante debitae mortis termino ad nichilum reducta fatescit! Huius rei gratia terrenis caducarum rerum possessionibus semper mansura supernae patriae emolumenta adipiscentes domino iuuante lucremur! Quapropter lubrici potentatus non inmemor, ego Eadwardus, Christo conferente rex et primicerius Anglorum, ob remunerationem coelestis praemii aliquantulam ruris particulam .III. mansas in communi terra, loco qui celebri aet Sandfordan profertur, ad aecclesiam beatae Mariae genitricis dei ac domini nostri Ihesu Christi, illo in locello qui dicitur Abbandun, ad usus ibidem fratrum deo seruientium libenter concedo, obsecrans et praecipiens in nomine Christi, ut nemo successorum nostrorum superioris inferiorisue gradus hoc nostrae deuotionis donum aliquo temeritatis aliquatenus instinctu dirumpat. Si quis ergo alium libellulum falsae cupiditatis attra-

mento praetitulatum contra istum in palam protulerit, nec sibi nec suae proficiat auaritiae, sed a diuino sit in perpetuum perforatus graphiolo, et ipse meo atque meorum interdictu pontificum permaneat anathematizatus, et a christianorum consortio alienatus, insuper a corpore et sanguine domini sequestratus, et in poenis infernalibus post obitum miserabiliter dampnatus. Et ut praefatae telluris ruricolae inuiolabile robur libertatis semper obtinere ualeant regali libertate sunt praesepti ab omni saeculari iugo, exceptis trium rerum obsequiis, expeditione scilicet populari uiatici, fundatione pontis, arcisue conditione regalis. Nunc uero dicendum est qualibus uidetur terminis praedicta adesse terra circumcincta determinata... Acta est haec praefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi .M⁰.LIIII⁰. his subscribentibus testibus.

+ Ego Eaduuardus rex Anglorum praefatam donationem sub signo sanctae crucis indeclinabiliter consensi atque roboraui. + Ego Eadsius Dorobornensis aecclesiae archiepiscopus eiusdem regis donum sigillo sanctae crucis subscripsi. + Ego Stigandus episcopus. + Ego Ulfo episcopus. + Ego Dudoca episcopus. + Ego Heremannus episcopus. + Ego Leofricus episcopus + Ego Ealdredus episcopus. + Ego Rodberdus episcopus. + Ego Leofsige abbas. + Ego Ordricus abbas. + Ego Wulfwardus abbas. + Ego Aelfwinus abbas + Ego Godwine dux. + Ego Leofric dux. + Ego Siuuard dux. + Ego Harold dux. + Ego Ranulf dux. + Ego Tosti minister. + Ego Aelfstan minister. + Ego Brihtric minister. + Ego Tofig minister. + Ego Kyneuueard praepositus. + Ego Aelfuuig praepositus. + Ego Rodbriht presbyter. + Ego Regnbold presbyter. + Ego Goduuine presbyter. + Ego Uuilhelm presbyter. + Ego Kinsige presbyter. + Ego Brihtric presbyter. + Ego Leofuuine minister. + Ego Uuihtsige minister + Ego Neuetofig minister. + Ego Aelfuuerd minister. + Ego Uulfstan minister. + Ego Aethelric minister.

XXXII

EADWEARD, 1055

+ Anno dominicae incarnationis .M.LV. ego Eadwardus tocius Angliae basileus, pro remedio animae meae et successorum meorum, concessi aecclesiae sanctae Mariae et sancti Ecguuini de Eouesham aliquam telluris partem, trium, scilicet, cassatorum in loco qui dicitur aet Suuelle, quae mihi per iudicium nobilium et principum meorum euenit ab Erusio nomine Oce filio, pro suo commisso, et eam libens abbati Mannio in ius aecclesiasticum ad uictum monachorum praefatae aecclesiae perpetuo iure donaui, et sex marcas auri ab eo accepi, et regina uxor mea inde habuit unam marcam auri Uolo autem et praecipio istam terram funditus secerni ab omni mole seruitii, tribus solitis causis exceptis, uidelicet, expeditione, arcis necnon pontis reformatione. Si qui ergo daemonis instinctu hanc meam donationem effringere temptauerit, aut aliquo modo reprobare uoluerit, maledictionis gladio transfixus anathema sit, et sulphureis laticibus in inferno demersus perpetualiter maneat condempnatus cum eis qui dixerunt domino deo, 'Recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus,' et cum Iuda traditore, et Pilato, et Herode, cum Beelzebub et omnibus inferni principibus.

+ Ego rex Eadwardus Anglorum hanc meae donationis cartulam propria manu subscripsi et signo crucis corroboraui. + Ego Eadgith regina mihi placere professa sum. + Ego Stigandus archiepiscopus donum regis confirmaui. + [Ego] Ealdredus archiepiscopus consensi. + Ego Aegelmerus [episcopus] consensi. + Ego Hermannus episcopus consensi. + Ego Wlfwi episcopus consensi. + Ego Leofricus episcopus consensi. + Ego Aelfwoldus episcopus consensi. + Ego Wlstanus episcopus consensi. + Ego Haraldus dux consensi. + Ego Tostinus dux consensi. + Ego Girth comes consensi. + Ego Eadwynus comes consensi. + Ego Leofsinus abbas consensi. + Ego Aelfsinus abbas consensi. + [Ego] Aegelnoth abbas consensi. + Ego Godricus abbas consensi. + Ego Ranulf minister. + Ego Ingold minister. + Ego Wlford minister. + Ego Lafinc minister. + Ego Aelwoldus minister. + Ego Esgar minister. Est autem haec praefata terra his terminis circumsepta.

XXXIV

EALDRED, 1046—1060

+ Regnante in perpetuum rege regum domino nostro Ihesu Christo ! Ego Ealdredus Wigornensis aecclesiae episcopus, quandam telluris partem, scilicet rus quod ab incolis Theotinctun uocatur cum alio uiculo ad illud pertinente qui Aelfsiges tun nominatur, tres, uidelicet, hidas terrarum in duabus, ut praedixi, uillulis, cum licentia domini mei regis Eaduuardi, pro remedio animae meae et ipsius domini mei, deo et sanctae dei genitrici Mariae condono ad usus fratrum deo seruientium in aecclesiae ipsius sanctae et perpetuae uirginis Mariae in Uuigornaceastre ; ut habeant et possideant iure aecclesiastico perpetua haereditate, cum saca et socne, tolle et teame, reditibus et campis, pascuis et pratis, et cunctis utilitatibus ad praenotatam uillam pertinentibus. In ciuitate etiam Uuigorna curtem unam ad eam pertinentem, ut habeant et pacifice utantur, et quamdiu fides christiana in Anglia permanserit, his donationibus minime careant. Hanc terram Toki praepotens et diues minister regis, iure haereditariae successionis, liberam ab omni seruitio humano, praeter regale, quod dumtaxat toti patriae commune est, quamdiu uixerit, tenens, mihi, ob amicitiam inter nos confirmatam, et pro animae suae remedio moriens testamento donauit. Sed cum filius suus Aki nomine, potens et ipse minister regis, patris testamentum irritum facere uolens, eam parentum successione ad suum ius reclamasset, fauente et consentiente ipso domino meo rege, et Leofrico comite, et caeteris optimatibus huius prouinciae attestantibus, datis sibi .VIII. marcis auri purissimi, liberam a sua et ab omni parentelae suae haereditaria proclamatione, eam mihi reddidit, et scripto coram testibus firmato reconsignauit, ut libere eam possem dare seu uendere cuicumque uellem absque ullius contradictione. Unde et ego cum licentia ipsius domini mei regis, deo et sanctae dei genitrici, ad aecclesiam quae sita est, ut praediximus, in Uuigornaceastre, ita eam liberam trado sicut ipse eam liberam ipse tenebat et ego eam liberam ab eo accepi, tam a seruitio uillae episcopalis Breodune, ad quam dicebatur antiquis temporibus pertinere debuisse, licet hoc nullius iam uiuentis

hominis memoria posset recolere, quam a caeteris cuiuscumque hominis seruitiis, praeter, ut diximus, regis iuxta morem patriae. Sit autem, ut praediximus, haec terra libera a Breodune, ab omni seruitio tam aecclesiastico quam saeculari et episcopali etiam, cum saka et socne, tolle et teame, ciricsceatte, et decimis, et omnibus reditibus, ita ut nullus successorum meorum, aut eorum praepositi, ad Breodune quicquam seruitii de hac terra, nec de pertinentibus ad eam, habeant reclamare, quia inuistum est.

+ Ego Eaduuardus rex Anglorum donationem hanc mea licentia factam signo crucis munio. + Ego Eadgith regina Anglorum consensi. + Ego Ealdredus episcopus consensi. + Ego Leofricus dux. consensi. + Ego Aelfgarus dux consensi. + Ego Odda dux consensi. + Ego Owine minister. + Ego Wagen minister. + Ego Berhtric Aelfgares sunu. + Ego Atsor minister. + Ego Osgod apud Heailea.

XXXV

EADWEARD, 1051—1060

+ Propter breuitatem et uarias mutationes mortalium rerum cartae scribuntur in testimonium, ut quod mors et obliuio delent litterae superstites repraesentent. Ego itaque Eaduuardus dei munificentia rex Anglorum sciendum omnibus pertendo, quod meus optimas Askyllus Roman pergens dedit sancto Petro in Burch terram suam Walecote quae est iuxta fluuium Humbrae, et rogauit me tam ipse quam abbas euisdem monasterii Leofricus, ut regiam libertatem ipsius concederem illi sancto loco ; et ego pro redemptione animae meae ita concedo, praesentique descriptione in aeternum constituo, quatinus ipsa terra sancti Petri in usus seruientium sibi semper sit libera, sicut omnes aliae quae sunt ipsius liberrimae, et nichil inde requiratur ab ullo rege praeter publica iura, hoc est arcis, pontis, et expeditionis obsequia. Quicumque autem haec decreta nostra transgredi praesumpserit, deo et sanctis eius regique suo reus habeatur, et si digne non emendauerit in infernum inferiorem cum diabolo semper arsurus dimergatur. Huius assertionis hi testes idonei comprobantur.

+ Ego Eaduuardus rex praefatam donationem concessi. + Ego

Stigandus Cantuariensis aecclesiae archiepiscopus consignaui. + Ego Kynsinus Eboracensis archiepiscopus subscripsi. + Ego Wulfuuinus Lincolniensis episcopus corroboraui. + Ego Ealdredus Uuigornensis episcopus confirmaui. + Ego Haroldus comes non renui. + Ego Tostinus comes adquieui. + Ego Ascarus minister regis consensi + Ego Marlesuuein uicecomes. + Ego Ulf filius Tofi minister. + Ego Ulf de Lincolnia minister. + Ego Iaulf Maltesune minister. + Ego Aelfnothus minister.

XXXVI

AEGELWINE, 1051-1060

+ Hac declaratur inscriptione Aegelwinum decanum Wigornensis aecclesiae fratremque illius Ordricum nomine, terram trium cassatorum apud Cundicotan, cum eiusdem monasterii pecunia emisse, et illam postmodum ad usus fratrum deo ibidem seruientium reddidisse. In quo, uidelicet, monasterio filium ipsius Ordrici, pro remedio animarum suarum, deo commendauere, et monachilem suscipere habitum fecere. Nec multo post, idem Ordricus, diuina sibi inspirante gratia, relictis quae in mundo possidebat, sanctae monachorum regulae se totum mente deuota subiiciebat.

+ Ego Eadwardus rex Anglorum ad confirmationem sermonum istorum signum sanctae crucis impono. + Ego Eadgith regina consentio. + Ego Kynsi archiepiscopus. + Ego Ealdredus episcopus. + Ego Duduc episcopus. + Ego Manni abbas. + Ego Aelfricus abbas. + Ego Godwinus dux. + Ego Leofricus dux. + Ego Aegeluuinus decanus. + Ego Wilstanus monachus. + Ego Wulstanus monachus. + Ego Britricus minister. + Ego Osegod minister. + Ego Orduuius minister. + Ego Azor minister. + Ego Kyneward minister.

XXXVI *bis*

EADWEARD, 1060

+ Oportet nos quos deus praefecit temporaliter rectores populo suo ad omnes facere iusticiam, maxime autem ad matrem nostrae salutis aecclesiam per quam christiani facti perueniamus ad aeternam domini misericordiam qui uidicabit reges terrae, et secundum opera sua reddet unicuique ! Quapropter ego Eaduuardus rex Anglorum pro uilla Fiskertuna data in Burch sancto Petro, iubeo fieri nostrae confirmationis testamentum contra omnem, scilicet, calumniam iniquorum. Hanc quippe uillam cum Leofgyua foemina Lundonica haberet omnino propriam et liberam beato Petro in praedictum locum post obitum suum donauit eam, sicut fideli testimonio nobis probatum est, perpetuo possidendam, ea scilicet plena libertate qua ipsa possidebat. Haec obiit in uia Ierosolymae, quod ubi Leofricus abbas de Burch cognouit, ad nos causam suam retulit, et per idoneos testes iustam comprobauit, nostrumque assensum inde postulauit. At regina mea Eadgyth cum terram uendicasset, dicendo quod hanc sibi eadem foemina decruisset, idem abbas per me et principes meos reginae fratres Haroldum et Tostinum ipsius potentiam flexit, datisque ei in gratiam .xx. marcis auri et ornamentis aecclesiae quae ad alias .xx. marcas apportiantur, terram monasterio suo liberrimam et integerrimam restituit. Hanc igitur donationem ego rex Eaduuardus cum ipsa regina, ita annuo, concedo et confirmo, quatinus tota illa possessio Fiskertuna in aeternum sit propria et dominica ipsius sancti Petri in Burch ad usus sibi seruientium, atque ita maneat libera in terris, aquis, siluis, pratis, pascuis, cunctisque rebus et iustitiis pertinentibus, cum saca et socna, ut nullus inde quicquam repeta praeter arcis et expeditionis subsidium. Hinc ergo contestor omnes posteros meos reges et iudices per dominum omnium iudicem, iustitiae amatorem et totius inuiustitiae uindicem, ne quis unquam audeat quicquam tam ex his quam de omni iure sancti Petri detrahere aut diminuere, quia re uera sicut illi consequuntur aeternam uitam qui aecclesiam dei amplificant, ita illis manent sempiterna tormenta qui eam in aliquo spoliant ; qui autem haec uiolauerit, omnium sacerdotum et ministrorum dei ore

anathema sit. Anno ab incarnatione domini .M.LX°. confirmatum est hoc testamentum cui testes conspicui subscribendo annotantur.

+ Ego Eaduuardus rex constitui. + Ego Eadgyth regina concessi. + Ego Stigandus archiepiscopus collaudaui. + Ego Ealdredus archiepiscopus comprobaui. + Ego Wlfuuius Lincoliae antistes corroboraui. + Ego Haroldus dux faui. + Ego Tostinus dux testis fui. + Signum Raulfi regis dapiferi. + Signum Asgaeri regis dapiferi. + Signum Marlesuuein. + Signum Godrici filius Eadgyfe. + Signum Ulf de Lincolia. + Signum Askyl Tokes sune. + Signum Iaulf Maltes sune.

XXXVI *ter*

EADWEARD, 1060

+ In onomate summi kyrios, omnia iura regnorum gubernantis, et ab alto coeli fastigio cuncta cernentis, ego Eadowardus totius Albionis, dei moderamine et gubernatione, basileus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, centenariis, cunctisque sanctae fidelibus aecclesiae clericis et laicis, insuper et omnibus post me futuris regibus, salutem, perpetuamque pacis foelicitatem ! Summum regibus ac principibus bonum est iustitiam dei colere sanctam aecclesiam eius exaltare et honorare, quia qui eam exaltant et honorant, cum ea, et in ea, et per eam, exaltantur et honorantur. Praeuenit cor meum gratia dei, ut quod ab antecessoribus meis regibus collatum est eius eccalesiae, mea firmetur authoritate. Aecclesiae namque beatae dei genitricis semperque uirginis Mariae, sanctique Benedicti, omniumque sanctarum uirginum quae Ramsey nuncupatur, quae olim in tempore praecellentissimi regis Eadgari a quodam insigni uiro Aelwyno onomate, utpote in euisdem regis gloriosi munificentiae cartula, quam ibidem donauerat, data ac sigillo regio confirmata, legitur, almipotentis Christi mirabilis cooperante gratia, est constructa, ac terrarum copiosis ditata muneribus. Inprimis eam ita liberam et quietam, tam ab omni exactione episcopali, quam a saeculari esse uolo, ut neque nos, neque successores nostri, neque quilibet episcopus, nec quicunque de iudiciaria potestate in ipsam sanctam basilicam uel in manentes in ipsa, uel in homines qui cum suis terris, uel quibuslibetcumque substantiis, ad ipsam tradere uel

deuouere se uoluerint, nisi per uoluntatem abbatis et omnium suorum monachorum ullam unquam habeant potestatem ; sed sit haec sancta mater aecclesiae specialis dominae nostrae perpetuae uirginis Mariae, ac patroni nostri sancti Benedicti, et omnium sanctarum uirginum, libera et absoluta ab omni inuasione uel inquietudine omnium hominum cuiuscumque ordinis uel potestatis esse uideantur. Praeterea in perpetuum confirmo ut monachi eiusdem aecclesiae per successiones secundum regulam sancti Benedicti eligere sibi idoneos abbates habeant potestatem ; et quisquis fugitiorum de quocunque loco, pro quacunque causa, cuiuscunque conditionis sit, ipsum sanctum locum uel procinctum eius intrauerit fugiens, membrorum suorum ac uitae impunitatem consequatur. Possessiones uero quae ibi a quibuscunque donatas sunt, non abbas non alia quaelibet persona licentiam habeat uendendi uel extraneis dandi ; sed regum munimine deinceps locus ipse tueatur, ipseque abbas regi soli seruiens, atque ei soli os ad os respondens, commissum sibi gregem spirituali et temporali pastu abundanter foueat. Concedo et confirmo omnes donationes terrarum uel libertatum, aut aliarum rerum, quae a regibus Eadgaro, uidelicet et Hardeknut, seu aliis fidelibus ante me donatae sunt ; hoc est Upwode cum Raueleya berewico suo, et cum insula in qua praedictum stat arcisterium cum omnibus sibi pertinentibus ; Hemingeford cum omnibus ad se pertinentibus ; Walsoke cum omnibus ad se pertinentibus ; Sautrey cum omnibus ad se pertinentibus ; Hellingh cum omnibus ad se pertinentibus ; in Welles uiginti piscatores ibidem singulis annis ad usum fratrum .LX. millia anguillarum reddentes ; Brancestrei cum omnibus ad se pertinentibus, et cum omni maris proiectu, quod nos Anglice shipwrec appellamus ; Ripton cum omnibus ad se pertinentibus ; Tinell cum omnibus ad se pertinentibus ; Kingeston cum Raffleya et Byri, berewicis suis, omnibusque sibi pertinentibus ; Wardebult cum omnibus ad se pertinentibus ; Scepton cum omnibus pertinentiis suis ; Chaterith cum omnibus ad se pertinentibus, et unam mansionem orientalem de Elesworth, cum omnibus ad se pertinentibus ; Houcton cum omnibus ad se pertinentibus ; Witton cum omnibus ad se pertinentibus ; Elinton cum omnibus ad se pertinentibus ; Bitherum cum omnibus ad se pertinentibus ; Briumton cum omnibus ad se pertinentibus ; Wichinton cum omnibus ad se pertinentibus ; Ysham cum omnibus ad se pertinentibus ; Weston cum omnibus ad se pertinentibus ; Grauell cum

omnibus ad se pertinentibus ; Bilinchon cum omnibus ad se pertinentibus ; Stocton cum omnibus ad se pertinentibus ; Gillinger cum omnibus ad se pertinentibus ; necnon et illas quas optimates mei meo tempore addiderunt, scilicet Aethericus Dorcensis aecclesiae episcopus, Clinton, et Bernewell, et Hemingeton, et unam mansionem in Elesworth occidentalem, et Gretton, et Therefeld, et Sucklingdon, et Westmulne orientalem, et Offerton in Hoylandia, et tres hidas in Broucton, et tres hidas in Bodekesham, et cum omnibus ad se pertinentibus ; Aethnotus successor eius episcopus, Ouer et Barton et Snapwell, cum omnibus ad se pertinentibus . Aethnotus filius Godrici, Accleyam cum omnibus ad se pertinentibus ; Eylwynus, Swerte, Cranfeld et Kemestan, et Cloppam, cum omnibus ad se pertinentibus; Leoffius diaconus, Wipsinton, Langetehill, et Waltinworth, cum omnibus sibi pertinentibus ; Leoffius nepos eius, Meringe cum omnibus ad se pertinentibus ; Aelfsius de Lampathe, Burcwell cum omnibus ad se pertinentibus ; Iohol de Lincoln, Querinton cum omnibus ad se pertinentibus ; Hardeknut uero frater meus, Hemingeford et Gilling, cum omnibus sibi pertinentibus. Postremo ego ipse propter spem retributionis aeternae et pro remissione delictorum meorum et pro animabus patris et matris meae et omnium parentum meorum, ad laudem omnipotentis dei, ad usus fratrum ibidem deo seruientium, de meo iure quod mihi soli competebat, absque ullius reclamatione uel contradictione ista addidi. Inprimis Kingested cum omnibus ad se pertinentibus, et cum omni maris eiectu, quod shipwrec appellamus, et Wynebodesham cum hundredo et dimidio infra Bichamdich, et cum .LXIV. socmannis ad hundredum pertinentibus, et cum foro de Bunham ad Wynebodesham pertinente. Relaxamus igitur istis et omnibus supranominatis terris, consuetudines omnes et exactiones regalium et episcopalium ministrorum sicut antecessores mei reges primo fecerunt, ut nullis grauentur oneribus expeditionum nec pontium nec castrorum restructione, nec furis apprehensione et emissione, nec sanguinis effusione, et omnia quae ad locum ipsum pertinent sint omnino libera, cellae, aecclesiae, coemiteria, terrae, pascua, siluae, uenationes, aquae, piscationes, cum redditibus, seruitiis, debitis, oblationibus, luminaribus, decimis, donariis, censu morthidis, legibus, consuetudinibus, causarum discussionibus, emendationibus siue aecclesiasticis siue saecularibus, et cum omnibus quaecumque maris procellosis tempestatibus, in aquam uel in terram eorum eiecta

fuerint, quod Anglice shipwrech promulgatum est onomate, et omnibus quaecunque scriptis et testimonio bonorum hominum rememorari potuerint, quae a regibus concessa uel concedenda sunt ; et nullus ex iis subtrahere uel diminuere aut dispergere qualibet occasione iudicio uel potestate praesumat. Renouamus etiam et confirmamus priuilegia antiquorum regum atque ob reuerentiam dominae nostrae perpetuae uirginis Mariae sanctique Benedicti sanctarumque uirginum, omnibusque futuris ibidem abbatibus in tota possessione monasterii, sacham et socham theloneumque suum in terra et in aqua concedo, et consuetudines, ut ab omnibus apertius et plenius intelligantur, Anglice scriptas, scilicet, mundbriche, feardwite, fitwite, blodewite, miekeninge, frithsoke, hamsocne, forstall, forphange, thiefphang, hangwite, frithbriche, utlep, infongenthef, sypbriche, tol et tem, aliasque omnes leges et consuetudines, quae ad me pertinent, tam plene et tam libere sicut eas in manu mea habebam. Et ut omnia concludam, nullus succedentium regum episcoporum, principum, comitum, uicecomitum, procuratorum, seu aliorum regum clientium, uel alia quaelibet magna uel parua persona, per uim aut per consuetudinem, pastum censum, uel impensionem, non opera, non tributa, xenia, seu munuscula, uel aliud quilibet ab eorum possessionibus exigat ; sed omnimodam libertatem perpetualiter in terra et in aqua, in urbe et extra, in domo et extra, in uilla et extra, in uia et extra, in placito, in soco et saca, in theloneo, et in omnibus suis appendiciis habeant. Quisquis igitur fidelium hanc nostram munificentiam amplificare propriis donis satagerit, augmentet illi omnipotens deus gaudium perenne ubi perpetuitas uiget. Si quis uero, quod absit, eam destruere uolerit uel huius nostri decreti contradictor, conuulsor, et temerator exstiterit, perpetuo anathemati subiaceat, nisi deo et euis gloriosae matri digna poenitentia satisfecerit. Scripta est namque haec schedula, me iubente, et sigillata, his testibus quorum onomata infra habentur consentientibus, secundo kalendas Decembris.

+ Ego Eadwardus rex deo largiente Anglorum signum ueneranda crucis impressi. + Ego Stigandus archiepiscopus concessi et confirmando signo sanctae crucis consignaui. + Ego Aethelredus archiepiscopus gratanter corroboraui. + Ego Wlfstanus episcopus uevillo sanctae crucis praenotaui. + Ego Gyso episcopus consentaneus fui. + Ego Walterus episcopus consensum praebui. + Ego Reinbaldus cancellarius consigillando commodum duxi. + Ego

Switgarius notarius scripsi. + Ego Aelsius abbas. + Ego Eadwinus abbas. + Ego Aegelwinus abbas. + Ego Baldewinna abbas. + Ego Alwinus abbas hoc meum desiderium ad perfectum adduxi et a rege hilariter suscepi. + Ego Leofricus dux. + Ego Haroldus dux. + Ego Leofwinus dux. + Ego Eadwinus dux. + Ego Hugelinus cubicularius. + Ego Eadgarus stallere. + Ego Robertus filius Wittman. + Ego Wigodus de Lincolne.

XXXVII

EADWEARD. 1061

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo et omnia de summo coeli apice dispensante ac gubernante. Cernimus omnia temporalia et praesentia perire, labi, transire, aliquando maturius gubernantis dei dispensationibus et euidenter finibus aliquando saecularium rerum ingruentibus accessibus, id est, euidentibus cladibus bellorum, incendiis urbium et terrarum, direptionibus praedarum, auxionibus infirmitatum, et aliis innumerabilibus causis existentibus, ne obliuioni tradita quae in nostris temporibus facta sunt uidentur, litterarum apicibus euidenter commendare curauimus. Quapropter ego Eadweard, dei indulgente clementia, Angul-Saxonum rex, aliquantulam terrenae possessionis partem cuidam abbati meo Wlfwoldo libenti animo largitus sum in illa possessione quae uulgo Aescwica uocatur, ea conditione, ut habeat, uita comite, quamdiu deus uoluerit; et cum dissolutionem sui corporis imminere sentierit cui uoluerit perpetualiter tribuendam. Haec autem suprascriptorum agellorum possessio ita est ad utilitatem data a supranominato abbati Wulfwoldo ut ab omni fiscali uectigalique iure libera sit, tribus causis etiam ratis, uidelicet, expeditione, pontis arcisue aedificatione. Qui hanc donationem benigna mentis intentione custodierit, aeterna beatitudine coronetur, ornetur, glorificetur ; qui autem malefico ingenio istud auertere uoluerit, sciat se reum esse gehennae ignis coram aeterno iudice, si non ad poenitentiam reuocatus fuerit. Acta est autem haec donatio anno dominicae incarnationis .M.LXI. indictione .XIIII^a^, epactae .VI. concurrens .I. Ad confirmandum uero nostrae beneficiae

munus hi testes affuerunt quorum nomina infra sunt carraxata.

Ego Giso dei gratia episcopus hanc cartam dictaui +. Ego Eadwardus rex sigillum imposui +. Ego Stigandus archiepiscopus laudaui +. Ego Heremannus episcopus corroboraui +. Ego Leofricus episcopus affirmaui +. Ego Willelmus episcopus consolidaui + Ego Aegelnothus abbas confirmaui +. Ego Aegeluin abbas laudaui +. Ego Haroldus dux +. Ego Tostig dux +. Ego Aelfgar dux +. Ego Gyrth dux +. Ego Brihtric consiliarius +. Ego Aelfgar consiliarius +. Ego Aegeluin minister +. Ego Euerwacer minister +. Ego Esegar minister + Ego Rotberd minister. + Ego Rauf minister +. Ego Bondi minister +. Ego Aeilferth minister .+ Ego Eadmer minister +. Ego Aegelsie minister +. Ego Aelfget minister +.

XXXVIII

EADWEARD, 1062

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi saluatoris ! Ea quae secundum legem canonicam dispositionem salubriter diffiniuntur licet solus sermo sufficeret, tamen pro euitanda futuri temporis ambiguitate fidelissimis scripturis et documentis sunt commendanda. Quamobrem ego Eeduuardus rex pro aeternae retributionis spe et relaxatione peccaminum meorum, ad laudem nominis domini et ad honorem sancti Petri apostolorum principis, regali auctoritate renouaui atque restauraui libertatem ad monasterium quod Cirote-seg noto nuncupatur onomate, secundum quod prius illam rex Fritheuuoldus et Erkenuualdus episcopus constituere, qui se sub iure haereditario ad praefatum monasterium cum tota substantia ac possessione ad Christo seruiendum commendauerunt, quatinus nobis in commune misericors et clemens rerum conditor ad uicissitudinem huius munificentiae et emolumentum largitatis, errata piaculorum indulgeat, et coelestis regni beatitudinem impendat. Qui etiam praefatus abbas Erkenuualdus illud priuilegium quod hactenus in praefato habetur monasterio in Romulea urbe petebat ab Agathone papa, aliaque quamplurima priuilegia quae nostri antecessores pro redemptione animarum suarum, et pro coelestis regni desiderio cons-

tituerunt, in illo monasterio scripta continentur. Haec est interim illa libertas quam ut perpetualiter in saepedicto monasterio permaneat animo libenti constituo, hoc est .v. mansas in situ eiusdem monasterii .x. etiam aet Thorpe .xv. aet Egeham .x. et Chabbeham, quas ab omni regali tributo liberas esse concedo, et hanc priuilegii dignitatem confero, ut sine impedimento saecularium rerum et absque tributo fiscalium negotiorum, illius loci habitatores, liberis mentibus deo soli seruiant, et monasticam coenobialis uitae disciplinam Christo suffragium largiente regulariter exerceant, ac pro statu et prosperitate regni nostri et indulgentia commissorum criminum ante conspectum diuinae maiestatis preces fundere conentur, et orationum officia frequentantes in aecclesiis pro nostra fragilitate dominum interpellare nitantur. Haec est enim reliqua uillularum possessio quae ad eundem monasterium rite noscitur pertinere .x. mansas apud Piterichesham .vii. mansas aet Totinge cum Stratham .vii. mansas aet Micham, et Suthtone .xx. mansas cum Baenstede et cum Suthemeresfelda, et Hyaetedune .xx. mansas cum Cuthredesdune et cum Cealfadune .xx. apud Mestham, et Chepstede .v. mansas .xx. mansas aet Ebesham cum .vi. mansis aet Cudinthone et cum .v. mansis aet Thaeddeuurthe .xx. mansas aet Bocham cum Effingeham, et cum Oritham, et cum Piccingauurthe .xx. mansas aet Couenham cum .v. mansis aet Esshere, et cum .v. mansis aet Aepse .x mansas aet Clenedune et in altera Clenedune .ii. mansas quas Wluuoldus abbas emebat ab Haroldo comite cum duobus marcis auri ante Eaduuardum regem .iiii. mansas et Ealdeburi .vi mansas at Henlea .x. mansas at Waltham .viii mansas aet Bifleote cum Weybrigga .ii. mansas et Laelham quas abbas Wluuoldus emebat ad Eaduuardo rege cum .xv. marcis argenti . et .i. mansam aet Exforde. Hanc ergo libertatem pro petitione et ammonitione meorum optimatum meo dilectissimo abbati Wluuoldo qui tunc temporis eidem monasterio praefuit cunctisque successoribus sui placabili mentis deuotione dictare, scribere, commendare, procuraui. Hoc uero decretum a nobis libenter concessum taliter confirmari et seruari decernimus, ut tam nobis, uita comite, propicia diuinitate regni gubernacula regentibus quam futuris successoribus haereditatis iure regnandi monarchiam tenentibus inextricabile lege firmiter roboretur. Si quis uero hanc libertatem augere uoluerit, adaugeat omnipotens deus sibi longaeuam in hoc saeculo uitam, et post finem istius uitae coelestis regni iocunditatem. Si

quis uero, quod non optamus, huius decreti syngrapham infringere temptauerit, aut aliter quam a nobis statutum est mutare studuerit, sit a consortio Christi aecclesiae et a collegio sanctorum hic et in futuro segregatus, parsque eius cum auaris rapacibusque ponatur, eiusque ligamine se constrictum sciat cui Christus claues regni coelestis commendans ait, ' Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam, et tibi dabo claues regni coelorum, et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in coelis, et quodcunque solueris super terram, erit solutum et in coelis.' Namque adhuc pro ampliori firmitatis testamento omnimodo praecipimus atque praecipiendo obsecramus ut maneat ista libertas insolubiliter ab omni saeculari seruitute, ut praediximus, exinanita cum omnibus per circuitum ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, riuulis, tribus exceptis, expeditione, pontis arcisue constructione. Iccirco uero huius donationis munificentiam tam firmiter atque immobiliter imperamus quia pro hoc a domino coelestis regni beatitudinem accipere speramus, illo largiente cui est honor, potestas et imperium per infinita saeculorum saecula. Amen. Acta est autem praefata donatio anno dominicae incarnationis .M°.LX°.II°. indictione .XV. consentientibus hiis testibus quorum uocabula infra caraxata clare patescunt.

Ego Eaduuardus Anglorum monarchus hoc donum agiae crucis taumate roboraui +.

XXXIX

EADWEARD, 1062

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi, qui unus deus in trinitate ab omnibus se colentibus ueneratur, et puro cordis affectu adoratur ! Ego Eadwardus dei dono Anglorum rex in huius mundi decursu huius saeculi filiorum qui iusti inueniuntur studens exaltare cornu utpote regalis imperii iure rite roborati, accedant ad eum per callem iusticiae qui dat petentibus iuste et religiose uiuere. Haec tamen beata commutatio digne censetur in hoc saeculo ut cui foelicitas tantum deliberauerit animi quod mundialium grauedine cupidatum postposita uelut granum frumenti a spinis suffocantibus aliquando uero dumetis arescentibus, decipiat in hunc tenorem emergi ut

diuina uirtute firmatus uigeat suo creatori et domino. Istas etenim inter transitorias mundi procellas cuidam meorum comitum onomate Haroldo, quandam terram, quae antiquitus ab incolis illius loci nuncupatur Waltham, haereditario iure concessi, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis. Ex hinc sibi tantam deus suae pietatis gratiam contulit ut inter momentanea mundi desideria cogitaret foeliciter desudando coelestia ; quinetiam ille qui omnia in omnibus operatur ut uult talem diuinae pietatis dulcedinem ut supramemoraui concessit ei, ut non solum dei cultor efficiatur, uerum etiam canonicae regulae strenuus institutor fieri credatur ; nam haec diuinitus fidei declaratione et operum exhibitione caeterarumque aecclesiarum rerum plenitudine probauit euentus. Quis autem finis eius desiderii post haec euenerit, sapientia per Salomonem declarando prompsit, dum ait, ' Iustis dabitur desiderium bonum.' Enimuero rationali consilio ditatus ac suae non inmemor conditionis, in praescripto loco monasterium ad laudem domini nostri Ihesu Christi et sanctae crucis construxit. Primum concedens ei terram quae uocatur Northlande, unde aecclesiam uillae antiquitus dotatam inuenit ; post fundatum dehinc sacrae fidei monasterium ad normam sanctae dei aecclesiae dedicari fecit honorifice ob memoriam mei et coniugis meae nomine Eadithae, patris ac matris, pro se suisque omnibus uiuis et defunctis sibi consanguinitate coniunctis. Hoc enim perplurimis, sanctorum, apostolorum, martyrum, confessorum, uirginum, reliquiis; ornauit. Hoc non solum terris, quarum uocabula post haec sunt recitanda, uerum etiam libris euangelicis, uestibus, ac diuersis ornamentorum generibus, templo domini congruentibus qui diuinis cultibus clare ac dulcedine imbutus attentius sanctae celebrationis templum excolere coepit ac uenerari Quid plura ? suae denique conditionis non immemor, ibidem quorundam cateruulam fratrum secundum auctoritatem sanctorum patrum canonicae regulae subiectam constitiuit, quae deo et sanctis eius die noctuque laudes hymnizando decantet. Haec sunt uocabula praediorum ad praefatum pertinentia monasterium. Passefelda cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis ; Walde, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis ; Upminster cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis ; Walhfare cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis ; Tippedene cum omnibus ad se pertinentibus, cam-

pis, pascuis, pratis, siluis, et aquis ; Alwartune cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis siluis, et aquis ; Wodeforda, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis; Lambehithe cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis; Nesingan cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis ; Brikendune cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, siluis, et aquis ; Melnho cum omnibus ad se pertinentibus; Alriches eia cum omnibus ad se pertinentibus ; Wrmeleia cum omnibus ad se pertinentibus : Nethleswelle cum omnibus ad se pertinentibus ; Hicche cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis. pratis, siluis, et aquis ; Lukintone cum omnibus ad se pertinentibus ; Westwaltham cum omnibus ad se pertinentibus ; Has omnes supradictas terras ego Eadwardus rex pro redimendis peccatis meis et antecessorum siue etiam successorum meorum, consilio archiepiscoporum et episcoporum necnon et principum terrae meae, aecclesiae sanctae crucis et fratribus ibidem in dei nomine congregatis siue congregandis concedo, cum sacha et soche, tol et team, et infangenethof, et flemenesfyrithe, et gridbreche, forstal, hamsokne, blodwite, ordel, et oreste. Si uero aliquis successorum meorum, quod absit, de terris istis quicquam subtraxerit uel subtrahi permiserit, et inde requisitus emendare noluerit, ei deus iustus iudex regnum pariter et coronam auferat Nos autem archiepiscopi et episcopi ad hanc confirmationem congregati ex praecepto domini nostri regis, eiusdem hortatu excommunicamus et maledictione perpetua condempnamus omnes transgressores huius consularis donationis et regularis concessionis. Ego Eadwardus, nutu diuino, rex, omnia praedia quae Haroldus comes monasterio apud Waltham subiecit uel quae adhuc se daturum decernit, subleuans statuo, ut ab omni seruitutis iugo sint semper libera et a shiris et hundredis, et extra curiam sanctae crucis omnibus placitis et omnibus geldis. Scriptum est autem istud priuilegium anno dominicae incarnationis .M.LXII. indictionibus ter quinis, epactis septenis, concurrente .I. Hiis testibus consentientibus.

Ego Eadwardus Anglorum basileus hac inscriptione + salutiferae crucis deliberando assigno. + Ego Eadgytha dei munere Christi regina haec eadem confirmando testimonium do. + Ego Stigandus Dorobornensis archipraesul haec eadem affirmo. + Ego Ealdredus Eboracensis archiepiscopus hoc consolido. + Ego Aelfwoldus epis-

copus ad haec testimonium perhibeo. + Ego Heremannus episcopus testimonium exhibeo. + Ego Leofricus episcopus testimonium adhibeo. + Ego Willielmus episcopus haec affirmo. + Ego Ailmarus episcopus haec consolido. + Ego Leofwinus episcopus testimonium perhibeo. + Ego Wlfwinus episcopus haec eadem confirmo. + Ego Aelwinus episcopus testimonium exhibeo. + Ego Aelfricus episcopus haec affirmo. + Ego Walterus episcopus haec eadem corroboro. + Ego Gyso episcopus haec omnia praescripta confirmo. + Ego Aegelnothus abbas. + Ego Aelfwinus abbas. + Ego Wlffricus abbas. + Ego Leoffricus abbas. + Ego Leofstanus abbas. + Ego Aelwig abbas. + Ego Hordricus abbas. + Ego Aegelsinus abbas. + Ego Leofstanus abbas. + Ego Eadmundus abbas. + Ego Sichtricus abbas. + Ego Haroldus comes operando consolido. + Ego Aelfgarus comes. + Ego Tostinus comes. + Ego Leofwinus comes. + Ego Gyrth comes. + Ego Esgarus regiae procurator aulae. + Ego Rodbertus regis consanguineus. + Ego Radulphus regis aulicus. + Ego Bundinus regis palatinus. + Ego Hesbernus regis consanguineus. + Ego Regenbaldus regis cancellarius. + Ego Petrus regis capellanus. + Ego Baldewinus regis capellanus. + Ego Brihtricus princeps. + Ego Aelfstanus princeps. + Ego Wigodus regis pincerna. + Ego Herdingus reginae pincerna. + Ego Adzurus regis dapifer. + Ego Yfingus regis dapifer. + Ego Godwinus reginaê dapifer. + Ego Doddo princeps. + Ego Aelfgarus princeps. + Ego Brixinus princeps. + Ego Aegelnothus princeps. + Ego Esbernus princeps. + Ego Eadwig princeps. + Ego Eadricus princeps. + Ego Aegelmundus princeps. + Ego Siwardus princeps. + Ego Alwoldus princeps. + Ego Aelphig princeps. Haec ego subscripsi Swidar sub nomine Christi +.

XL

EADWEARD, 1063

+ Diuinae prospectionis qua reguntur omnia confluentia, ego Eadwardus Anglicis finibus rex ac defensor constitutus, insommi animo deum inuoco, non solum regiae protectionis nomen ut non habeam, uerum etiam diuino circumuentus auxilio in dei inimicis

consilio et actibus praeualeam, regnumque meum pacis quiete merear producere. Saepius enim mundi uarietas mentem meam inquietat, mouet et conturbat ; en instat undique depositio legis et iustitiae; undique feruet lis et seditio ; undique furit iniqua praesumptio ; ius et iustitiam postponit pecunia, et haec omnia omnium nutrix malorum conflat auaritia. At nostrum est his uiriliter malis resistere ; exemplum sumere de bonis ; hoc est aecclesias dei ditare, iniquis oppressos iudicibus releuare, inter potentem et humilem aequum iudicare ; haec sunt in quibus delectatur deus. Hoc inspirante etiam, rogante quodam presbytero nomine Scepio, pro remedio animae meae donaui sanctae Mariae et sancto Thomae apostolo, ac sancto Olauo regi ac martyri, cui aecclesia quam terra dotaui constructa est, particulam praedii, hoc est, dimidiam uirgam et dimidium quatrentem terrae in loco Kenebiri et Lan... dicto, eo tenore, ut amodo idem rus praedictae aecclesiae liberum ab omni censu et seruitio subiaceat, ac presbytero qui eidem praesit aecclesiae, seruiat. Hanc uero donationem ac sanctae basilicae dotationem, si quis, quod absit, infoelix praesumat euertere, sit socius Iudae, mortuus cum Annania, sepultus cum Saphira, et in bonorum resurrectione dampnatus existat, nisi in hac uita conuersus resipiscat. Anno dominicae incarnationis .M.LXIII°. indictione secunda, epactaque .XVIII. et concurrente secunda. Istis terminis praedicta terra circumgyratur, etc.

XLI

EADWEARD, 1065

+ ' Quaecunque scripta sunt,' dicit apostolus, ' ad nostram doctrinam scripta sunt, scilicet, ut per patientiam et consolationem scripturaram spem habeamus ; ' iccircò terrenis et caducis aeterna et mansura mercanda sunt, et cum spe bona perquirenda, ipse enim deus retributionem omnium actuum nostrorum in die examinationis iuxta uniuscuiusque meritum reddet ; ideoque subtilissima mentis certatione et ardenti inquisitione illum imitari sataganus, licet mortalis uitae pondere pressi et labentis huius saeculi possessionibus miserabiliter sumus infoecati ; tamen miserationis eius largitate,

caducis opibus aeterna coelestis uitae praemia mercari quaeramus. Quapropter ego Eadwardus suprema gratia largiente Anglorum regalia sceptra gubernans, rogatus a Brihtrico abbate Meldunensis coenobii cum consensu episcoporum, optimatumque meorum, ob honorem sanctae dei genitricis Mariae perpetuae uirginis, et ob reuerentiam sancti Aldhelmi eiusdem coenobii quondam abbatis, deinde Schiraburnensis praesulis, cuius corpus gloriosum in eadem aecclesia uenerabiliter requiescit, et multis patratis miraculis elucescit, concedo et regali auctoritate praecipio quatinus eadem aecclesia omnes terras et possessiones suas quas hodierne die tenet et possidet uel in futuro largitione quorumlibet fidelium tenenda est uel possidenda, perpetuo iure et perpetua pace teneat atque possideat. Subscribimus enim nomina terrarum et nomina eorum qui eas aecclesiae fideli deuotione contulerunt. Inprimis Newentuna ex dono Aethelredi regis, terra est .xxx. hydarum sita ab occidentali parte stratae publicae quae Fossa nominatur. Item Kemele, terra est .xxx. hydarum, quarum .iii^or^ sunt in Chellewrtha, hanc terram dedit Aldhelmo abbati Ceadwalla rex ; sita est in orientali plaga stratae publicae supranominatae. Item Pirituna, terra est .xxxv hidarum de orientali parte siluae quae dicitur Bradon, hanc dedit Chedwalla rex Aldhelmo abbati. Item Creddewilla, terra est .xl. hidarum, de ista terra est Easteotun, Honekynton, Morcotun, terram istam dedit Aethelwlfus rex christianissimus. Item eadem aecclesia tenet Cheorletuna, terra est .xx. hidarum, hanc dedit idem rex Aethelwlfus. Item Dometesig, terra est .x. hidarum, hanc dedit idem rex Aethelwlfus. Item eadem aecclesia tenet Wdetun, terra est .x. hidarum sita intra siluam Bradon, hanc dedit Aethelstanus rex uenerabilis aecclesiae Maldunensi. Item Bremela, terra est .xxxviii. hidarum, de ista terra est Ywerig, Speerful, Chedecotun, Foxham, Auene, terram istam dedit rex Aethelstanus. Item ex donatione eiusdem regis Athelstani ipsa aecclesia tenet Nortuna pro .v. hidis, et Sumerford pro .v. hidis. Item eadem aecclesia tenet Brokeneberge, terra est .l. hidarum, hanc dedit rex Eadwy ; de hac eadem terra Grutenham pro .i. hida. Et ex occidentali parte fluminis quod Auena nominatur et Suttuna pro .x. hidis, Rodburna pro .x. Corstuna pro .x. Cusfalde pro .iii. Bremelham pro .ii. hidis. Item Brinkewrtha, terra est .v. hidarum, hanc dedit quidam uir nobilis Leofsi nomine. Item Hewy, terra est .xi. hidarum, hanc dedit Aethelred rex. Item ipsa aecclesia tenet Litletun terra est .v. hidarum, hanc

dedit Uuenothus Aethelredo rege suo annuente. Ego igitur Eadwardus dei misericordia Anglorum rex, concedo atque praecipio quatinus aecclesia ista sit libera et quieta ab omni mundiali iugo, scilicet, de schiris et hundredis, et placitis et quaerelis, et omnibus geldis et consuetudinibus ; concedo etiam ei libertatem plenariam, id est sacam et socam, tol et tem, et infangenethef, monbriche, hamsokne, forstell. Quicumque ergo hanc nostram donationem seu libertatem seruauerit, perducat eum dominus ad gaudia Paradisi. Qui uero contempserit, ligatis manibus et pedibus mergatur in profundum inferni. Acta est haec praefata libertas anno dominicae incarnationis millesimo .LXV. indictione .IIII. hiis testibus consentientibus quorum inferius recitantur nomina.

+ Ego Eadwardus rex Anglorum praefatam donationem cum titulo sanctae crucis confirmaui et inpressione sigilli mei consolidaui. + Ego Eadgith regina consensi et laudaui. + Ego Stigand archiepiscopus subscripsi. + Ego Ealdsith archiepiscopus roboraui. + Ego Hereman episcopus adquieui. + Ego Leofric episcopus impressi + Ego Wyllelm episcopus faui. + Ego Harold dux confirmaui. + Ego Tosti dux carraxaui + Ego Gyrth dux praetitulaui. + Ego Leofwine dux subarraui. + Ego Aethelnothus abbas subscripsi. + Ego Alwy abbas subscripsi. + Ego Ordrich abbas subscripsi. + Ego Aethelsige abbas subscripsi. + Ego Wlfric abbas subscripsi. + Ego Brihtricus abbas supranominati coenobii lectis et diligenter perscrutatis aecclesiae nostrae cartis hanc scedulam dictaui et propria manu conscripsi et cum titulo uenerandae crucis confirmaui coadunaui et conclusi.

XLII

EADWEARD, 1060-1066

+ Cum uniuersorum dominus et iudex dicit, ' Iudicate pupillo, defendite uiduam, ' quanto magis nos oportet iudicare aecclesiae suae et in omnibus eius causas et iudicia adiuuare et ipsi testes adesse sine qua nec christiani esse nec ad deum possumus pertinere ! Inter uarias etiam rerum mutationes necessaria sunt litterarum testimonia quae fideliter confirmant et repraesentant praeterita. Qua-

propter ego totius Albionis rex Eaduuardus rogatus a uenerabili Leofrico abbate de Burch de quadam commodatione et conuentione terrarum quae coram me facta est, annui ut huiusmodi carta fieret in testimonium et possessionem aeternam aecclesiae suae. Igitur monachus Brand tres terras suas quas sub abbate Leofrico in propriam haereditatem monasterii sui acquisierat fratri suo Askytelo per conuentionem interim commendauerat, unam Scottun quam de sua proprietate emerat, alteram Scottere quam ei frater suus Siric donauerat, tertiam Malmetun quam ei pater suus uiua uoce concesserat. Conuentio autem talis fuit, ut pro duabus prioribus pecuniam singulis annis quamdiu teneret persolueret, pro Malmetun uero aliam terram nomine Thorp post obitum fratris simul et suas recipere deberet. Hanc conuentionem sic coram me et optimatibus meis approbatam, ita cartae testimonio tam praesentibus quam posteris iussimus demonstrari, ea uidelicet animaduersione, ut nulla occasio mali ingenii post haec interueniat quo sancta aecclesia quicquid ad se uel ad suos pertinet, quod absit, perdat ; sed nunc praedictas terras secundum praedictam conuentionem integre recipiat et in perpetuum ea libertate qua dominicas et liberrimas terras tenet, dei nutu et nostro assensu possideat. Huius rei testes hic subnotantur.

+ Ego Eaduuardus rex praescriptum testamentum sancto Petro in Burch confirmaui. + Ego Eadgith regina eodem tenore faui. + Ego Stigandus archiepiscopus interfui. + Ego Ealdredus archiepiscopus landaui. + Ego Wulfuui episcopus approbaui. + Ego dux Haroldus assensi. Cum his quoque testes assunt regii optimates, Aethelstanus, Iaulfus, Agamundus, Ulf, Wegga, Aelfnoth, Locar, Hacun.

Si quis uero inimicus haec auferre aecclesiae dei conatus fuerit, auferat dominus partem suam de medio omnium electorum suorum. Ego quoque Brand cum abbate nostro Leofrico cunctisque fratribus nostrae congregationis aeternam maledictionem imprecor huius descriptionis aduersariis, quicumque sancto Petro praescriptas terras abstulerit.

XLIII

EALDRED, 1062-1066

+ Hoc indiculo declaratur quod Ealdredus archiepiscopus terram .x. cassatorum quae Heamtun uocatur in uicecomitatu Gloecestre emit .x. marcis auri de pecunia monasterii, ipsamque terram ad uictum monachorum in Wigornensi ciuitate et monasterio sanctae dei genitricis Mariae deo seruientium tradidit, obtestans et adiurans sub anathematis districtione ne quis eam ab ipsius monasterii siue fratrum in ipso degentium auderet diripere possessione. Quod si quis daemonis instinctu eam ab ipsorum utilitatibus ui aut aliquo ingenio diriperet, sciret se aeterno anathematis uinculo ligatum, et cum Dathan et Abiron in inferno damnatum aeternaliter luiturum, nisi digna satisfactione emendauerit, et a tam impiis conatibus poenitendo cessauerit. Haec autem definitio confirmata atque conscripta est coram testibus quorum hic infra nomina notantur.

+ Ego Eaduuardus Anglorum basileus hanc donationem consensi. + Ego Eadgytha regina consensi. + Ego Ealdredus archiepiscopus hanc meam donationem confirmo. + Ego Wulstanus episcopus. + Ego Walterus episcopus. + Ego Leofwinus episcopus. + Ego Aegelwinus abbas. + Ego Wilstanus abbas. + Ego Godricus abbas. + Ego Harold dux. + Ego Leofricus dux. + Ego Huhgelin minister. + Signum Aeluuoldi. + Signum Wynsii. + Signum Esegarii. + Signum Brihtrici. + Signum Siuuardi. + Signum Osegodi. + Signum Azori. + Signum Berhtuuini. + Signum Earngeati. + Signum Orduui. + Cum licentia Eaduuardi regis et Haroldi ducis.

XLIII *bis*

EADWEARD, 1066

+ In nomine sanctae et indiuuiduae trinitatis! Ego Eadwardus Aethelredi regis filius, gratia dei Anglorum rex, futuris post me regibus et omnium dignitatum gradibus omniumque aetatum homi-

nibus, salutem et huius rei notitiam. Scire uos uolo quoniam tempore auorum meorum patrisque mei multa et grauia bellorum pericula afflixerunt gentem Anglorum et ipsos, tam a suis quam a extraneis concitata, adeo ut pene periclitata sit haereditaria regum successio, magnumque interstitium inter fratrem meum Eadmundum qui patri meo mortuo successit meque habitum sit, inuadentibus regnum Suuegeno et Cnuto filio regis, regibus Danorum, ac filiis ipsius Chnuti Haroldo et Hardechnuto ; a quibus etiam alter meus frater Aelfredus crudeliter occisus est, solusque sicut Ioas occisionem Otholiae sic ego illorum cru delitatem euasi. Tandem respectu misericordiae dei post plures annos ego Eadwardus ad paternum regnum reaccessi, et eo potitus sine ullo bellorum labore, sicut amabilis deo Salomon tanta pace et rerum opulentia abundaui ut nullus antecedencium regum similis mei fuerit in gloria et diuitiis. Sed gratia dei non me, ut assolet, ex opulencia superbia et contemptus inuasit; immo coepi recogitare cuius dono et auxillo ad regni culmen euasi, quoniam ' Dei est regnum et cui uult dat illud,' et, ' Quia mundus transit et concupiscentia eius,' qui autem totum se subdit deo foeliciter regnat et perpetualiter diues est. Itaque deliberaui ire ad limina sublimium apostolorum Petri et Pauli, et ibi gracias agere pro collatis beneficiis, et exorare ut eam pacem firmaret deus perpetuam mihi et posteris meis. Praeparaui ergo et dinumeraui expensas necessarias itineri et honorabilia dona quae ferrem sanctis apostolis ; sed grauis super hac re moeror habebat optimates meos, utpote memores malorum quae sub aliis regibus pertulerant, ne tanto domino et pio patre rege absente, regnum nouiter sedatum aliqua turbaretur hostilitate, et metuentes id quod et sanctus Ezechias, ne si forte in uia aut aegritudine aut alio incommodo deficerem haereditariis regibus carerent maxime quod nullum habebam filium. Itaque communi habito consilio, rogabant me ut ab hac intentione desisterem, pollicentes se satisfacturos deo pro uoto meo tam in missarum et orationum oblatione quam in elemosinarum larga distributione. Sed cum obnixe contradicerem tandem utrisque placuit ut mitterentur legati duo ab utraque parte Ealdredus et Heremannus episcopi, et abbates Wulfricus et Aelfwinus, qui apostolico meam uoluntatem et uotum et illorum petitionem indicarent, et secundum eius sententiam quam mihi mandaret promisi me omnino facturum. Factum est ergo quod uoluimus et uenientes Romam legati nostri, ex uoluntate dei, inuenerunt collectam synodum in eadem urbe.

Cumque exposuissent meam uoluntatem et suam petitionem coram .CC.L. episcopis et alia multitudine sanctorum patrum, tunc apostolicus ex consultu sanctae synodi hanc epistolam mihi scripsit. ' Leo episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Eaduuardo Anglorum regi, salutem et apostolicam benedictionem! Quoniam uoluntatem tuam laudabilem et deo gratam agnouimus, gratias agimus ei per quem reges regnant et principes iusta decernunt. Sed quia prope est dominus in omni loco omnibus inuocantibus eum in ueritate, et sancti apostoli cum suo capite coniuncti unus spiritus sunt, et pias preces aequaliter audiunt, et quia constat periclitari regionem Anglicam ex tua discessione qui freno iustitiae sediciosos eius motus cohibes, ex auctoritate dei et sanctorum apostolorum et sanctae synodi absoluimus te a peccato illius uoti pro quo dei offensam times et ab omnibus negligentiis et iniquitatibus tuis, ea nimirum potestate usi, quam dominus in beato Petro concessit nobis, dicens, ' Quaecunque solueritis super terram, soluta erunt et in coelis.' Deinde praecipimus tibi sub nomine sanctae obedientiae et poenitentiae, ut expensas quas ad iter istud paraueras pauperibus eroges, et coenobium monachorum in honore sancti Petri apostolorum principis aut nouum construas, aut uetustum emendes et augeas, et sufficientiam uictualium fratribus de tuis redditibus constituas, quatinus dum illi assidue inibi deum laudauerint, et sanctis augeatur gloria et tibi indulgentia. Cui loco quicquid contuleris, uel collatum est uel conferetur, ut ratum sit apostolica auctoritate praecipimus, et ut semper habitatio monachorum sit et nulli laicae personae nisi regi subdatur; et quaecunque priuilegia inibi instituere uolueris ad honorem dei pertinentia concedimus et robustissima auctoritate confirmamus, et infractores eorum aeterna maledictione damnamus.' Haec et alia apostolici mandata cum referrent nobis legati, interea reuelauit beatus Petrus cuidam probabilis uitae monacho incluso nomine Wlfsino uoluntatem suam esse ut restruerem locum qui dicitur Westmonasterium quod a tempore sancti Augustini primi Anglorum episcopi institutum multaque ueterum regum munificentia honoratum, propter uetustatem et frequentes bellorum tumultus pene uidebatur destructum. Cumque hanc uisionem mihi meisque retulisset, et apostolicae literae aequalia praecepta detulissent, contuli uoluntatem meam cum uoluntate dei et cum tocius regni electione dedidi me ad restructionem eiusdem loci. Itaque decimari praecepi omnem substantiam meam tam in auro et

argento quam in pecudibus et omni genere possessionum, et destruens ueterem nouam a fundamentis basilicam construxi et constructam dedicari feci .v. kalendarum Ianuarii; in qua collocauai ipsa die reliquias quas Martinus papa, et Leo qui eum consecrauit dederunt Aelfredo regi, et quas ipse a Carlomanno rege Francorum dari sibi impetrauit, cuius filiam pater eius Aethelwlfus rex post mortem primae coniugis duxerat uxorem, quaeque ab ipso ad successorem eius Aethelstanum deinde ad Eadgarum ad ultimatum ad nos peruenerunt, scilicet, duas partes crucis domini, et partem unius claui, partemque tunicae eius inconsutilis, et de uestimentis sanctae Mariae, et reliquias apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Bartholomei, Barnabae, et aliorum plurimorum sanctorum, et quinque capsas aliis sanctorum reliquiis plenas; et statui ut quicunque reus maiestatis regiae uel cuiuslibet alterius offensae ad locum in quo pausant istae reliquiae confugerit, eius rei et membrorum ac uitae impunitatem consequatur. Eodem die renouaui, confirmaui, et emendaui priuilegia quae famosissimus auus meus Eadgarus, patruusque meus deo amabilis rex et martyr gloriosus Eaduuardus eiusdem Eadgari filius, et sanctissimus pater Dunstanus Cantuariensis archiepiscopus, ac piissimus rex Aethelredus pater meus, illi loco contulerunt; meam quoque auctoritatem adieci augmentans decreta utilia admonitione uenerabilium archiepiscoporum Stigandi et Ealdredi et aliorum optimatum meorum, uidelicet, ut ille locus in perpetuum ab omni saeculari seruitio sit liber, et secundum beati Benedicti traditionem post obitum abbatis, ex eadem congregatione eligatur alter qui dignus sit, aliorsum uero nullus, nisi culpis promerentibus inibi inueniri nequiuerit qui dignus sit tali officio fungi; quod si euenerit, quod absit, potestatem habeant de alio noto et familiari loco abbatem eligendi, cuius uita sapientia et religione clarescat; laicorum autem uel clericorum nemo ipsius loco dominium usurpare praesumat Possessiones uero quae ibi a quibuscunque donatae sunt non abbas nec alia quaelibet persona licentiam habeat uendendi uel extraneis dandi, sed regum munimine deinceps locus ipse tueatur, ipseque abbas regi soli seruiens commissum sibi gregem spirituali et temporali pastu abundanter foueat. Concessi etiam et confirmaui donationes quae ab eisdem regibus ante me donatae sunt, hoc est circa ipsum monasterium .XVII. hidas et dimidiam, in Heandune .XX. in Heamstede .V. in Greneford .XII. et unam uirgam, in Hanewelle .VIII. in Scepertune .VIII. in Sunnabyri .VII.

in Ealdenham .x. in Deccewyrthe .iiii. et unam uirgam, in Wattune .iiii. et dimidiam, in Holewelle .vi. et dimidiam, in Hamme .ii. in Wintune .iiii. in Kynleuedene .v. in Fentune .iiii. in Mordune .x. in Aewelle .ii. in Pereham .vii. in Collingtune .iii. in Cillingtune .iiii. necnon et illas quas optimates mei meo tempore addiderunt, scilicet Leofcild, Mulesham cum omnibus ad se pertinentibus, Aegelricus, Kylewendun cum omnibus ad se pertinentibus, Wlfwinus, Mapulderstede cum omnibus ad se pertinentibus, Guthmundus, Kynleuedene et Raeine Laecedune cum omnibus ad se pertinentibus, Aelfricus, Waenstede cum omnibus ad se pertinentibus, Atsere Swerte, Lygetun cum omnibus ad se pertinentibus, Ingulf, Paclesham cum omnibus ad se pertinentibus, Atsere, Leosne cum omnibus ad se pertinentibus, Tostig, Cleigate cum omnibus ad se pertinentibus, Aelfwine, Gottune-Aegete cum omnibus ad se pertinentibus, Wlstanus, Deneham cum omnibus ad se pertinentibus, Siwardus, dimidiam hydam in Agmodesham et unam in Weodune, Leofsi de Lundonia .ii. hydas et dimidiam in Wurmelea. Postremo ego ipse pro spe retributionis aeternae, et pro remissione delictorum meorum, et pro animabus patris mei et matris meae et omnium parentum meorum, ad laudem omnipotentis dei posui in dotalicium et in perpetuam haereditatem super altare uaria ornamentorum genera quibus aecclesiae seruiretur, uel in quotidianis uel solennibus ministeriis; et ad usus fratrum inibi deo seruientium de meo iure quod mihi soli competebat absque ullius reclamatione uel contradictione ista, inprimis Langtun cum omnibus ad se pertinentibus, Gibeslewe cum omnibus ad se pertinentibus, Stana cum omnibus ad se pertinentibus, Windlesoran cum omnibus ad se pertinentibus, Huuaethampstede cu m omnibus ad se pertinentibus, Stichenaece cum omnibus ad se pertinentibus, Aescewelle cum omnibus ad se pertinentibus, Dene cum omnibus ad se pertinentibus, Suthburhte cum omnibus ad se pertinentibus, Pertun cum omnibus ad se pertinentibus, Roteland cum omnibus ad se pertinentibus; post mortem Eadgithae reginae coniugis meae, Perscoran cum omnibus ad se pertinentibus, Deorhyrste cum omnibus ad se pertinentibus. Relaxaui igitur istis et omnibus supra-nominatis terris consuetudines omnes et exactiones regalium et episcopalium ministrorum sicut antecessores mei reges prius fecerunt, ut nullis grauentur oneribus expeditionum, nec pontium uel castrorum restructione, nec furis apprehensione. Et omnia quae ad locum ipsum

pertinent sint omnino libera, cellae, aecclesiae, cimiteria, terrae, pascua, siluae, uenationes, aquae, piscationes, cum redditibus, seruitiis, debitis, oblationibus, luminaribus, decimis, donariis, censu, morthidis, legibus, consuetudinibus, causarum discussionibus, emendationibus siue aecclesiasticis siue saecularibus, et omnibus quaecunque scriptis et testimonio bonorum hominum rememorari potuerunt, quae a regibus concessa uel concedenda sunt, ut nullus ex his subtrahere uel diminuere aut disperdere qualibet occasione, iudicio uel potestate praesumat. Donaui etiam religioso abbati Eadwino, qui tunc illi loco prae-erat, et omnibus futuris post eum ibidem abbatibus in tota possessione monasterii sacam et socam, theloneumque suum in terra et in aqua, et consuetudinem quae dicitur teames, latrones, latronumque captiones uel emissiones, et pacis fracturam, et pugnam in domo factam, et domus inuasionem, et omnes assultus in suo iure, in uia et extra, in festo et extra, in urbe et extra, et omnes leges et consuetudines tam plene et tam libere sicut eas habebam in manu mea. Et ut omnia concludam, nullus succedentium regum per uim aut per consuetudinem pastum ab eorum possessionibus exigat, sed omnimodam libertatem perpetualiter habeant. Post hanc donationem excommunicauerunt omnes episcopi et abbates tocius Angliae et monachi ac clerici, secundum apostolici Leonis praeceptum, eos qui hoc constitutum infringerent uel infringi permitterent, quantum in ipsis esset. Si quis uero hanc nostram donationem augere et amplificare uoluerit, augeat deus dies eius prosperos hic et in futuro; si autem euenerit ut aliquis aut regum succedentium uel alicuius personae homo, quod non optamus, diabolica temeritate fuerit elatus uel seductus, quatenus hoc nostrum statutum infringere uel minuere aut in aliud mutare uelit, sciat se perpetuo anathemate damnatum, nisi tamen digna satisfactione emendauerit; sin autem emendatione fuerit indignus ipse quidem cum Iuda traditore gehennae ignibus cremabitur. Sed haec carta nichilominus in sua libertate permanebit quamdiu Christiani nominis timor et amor hac nostra gente perseuerauerit. Ad ultimum, cartam istam conscribi et sigillari iussi, et ipse manu mea signum sanctae crucis impressi, et idoneos testes annotari praecepi. Ad corroborandam itaque propriam donationis libertatem.

Ego Eadwardus domino largiente Anglorum rex signum uenerandae crucis impressi +. Ego Eadgitha regina huic donationi regis

consentiens subscripsi +. Ego Stigandus archiepiscopus consensi et subscripsi +. Ego Ealdredus archiepiscopus consensi et subscripsi +. Ego Walterus episcopus consensi et subscripsi + Ego Leofricus episcopus consensi et subscripsi +. Ego Willielmus episcopus consensi et subscripsi +. Ego Heremannus episcopus consensi et subscripsi +. Ego Wulstanus episcopus consensi et subscripsi +. Ego Siwardus episcopus consensi et subscripsi +. Ego Wulfwinus episcopus consensi et subscripsi +. Ego Giso episcopus consensi et subscripsi +. Ego Aelfwinus abbas consensi et subscripsi +. Ego Leofricus abbas consensi et subscripsi + Ego Eadwinus abbas consensi et subscripsi +. Ego Aegelsius abbas consensi et subscripsi +. Ego Wulfwoldus abbas +. Ego Reinbaldus cancellarius. + Ego Aegelwinus abbas consensi et subscripsi +. Ego Baldwinus abbas consensi et subscripsi +. Ego Leofwinus dux +. Ego Gyrth dux +. Ego Haroldus dux +. Ego Eadwinus dux +. Ego Raulfus minister +. Ego Rotbertus minister +. Ego Aesgarus minister +. Ego Eadnothus minister +. Ego Bondius minister +. Ego Wigodus minister. + Aegelnothus +. Wulfricus +. Siwardus +. Godricus +.

Acta apud Westmonasterium .v. kalendarum Ianuarii die sanctorum innocentium anno dominicae incarnationis .M.LXVI. indictione tertia, anno regni serenissimi Eaduuardi regis uigesimo quinto. Swithgarus notarius ad uicem Reinbaldi regiae dignitatis cancellarii hanc cartam scripsi et subscripsi in dei nomine foeliciter. Amen.

XLIII *ter*

EADWEARD, 1066

+ In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis! Propter eos qui iusticiam dei contemnunt et suam uolunt constituere, quoniam iusticae dei non sunt obiecti, procurandum est hiis qui aecclesiarum dei priuilegia constituunt ut multiplices cartas et multitudinem testium atque maledictionem congerant, quibus, etsi non semper tamen aliquotiens, pessimorum hominum impia, proteruia, et perniciosa praesumptio tutius proteratur, retundatur, ac reuerberetur, necnon fortissimo defensionis robore funditus eradicetur. Quapropter ego Eadwardus gratia dei Anglorum rex, notum facio

omnibus futuris post me saeculi generationibus quoniam praecepto Leonis papae pro poenitentia et remissione peccatorum meorum, renouaui et melioraui basilicam sancti Petri, quae sita est prope moenia principalis Anglorum urbis Londoniae et ab occidentali ora eiusdem urbis dicitur Westmonasterium, quae aedificata quidem fuerat antiquitus sub Melito Londoniae primo episcopo socio et contemporaneo sancti Augustini primi Cantuariensis archiepiscopi et per ipsum beatum Petrum angelico famulante seruitio, sanctae crucis impressione et sacri crismatis perunctione dedicata ; sed per frequentes incursiones barbarorum et maxime Danorum, qui patre meo Aethelredo uiuente irruptionem in Angliam fecerant, et eo mortuo, cum fratre meo Eadmundo dimidium regnum sub amicitiarum pactione tenuerant, fratremque meum alium Aelfredum miserabiliter interemptum enecauerant, neglecta et penitus destructa uidebatur. Cum ergo renouassem eam et multa priuilegia regiae potestatis et apostolicae auctoritatis per beatum Leonem papam in ea constituissem, defuncto ipso Leone et confirmato in eius loco Nicholao, placuit mihi renouare, meliorare, et confirmare consuetudines et donationes pecuniarum quas antecessores mei reges sancto Petro instituerant propter summam deuotionem quam habuit semper Anglorum gens erga eum et eius uicarios. Itaque propter hoc negotium et alia quamplura legatos misi Romam, episcopum unum Ealdredum et duos electos ad ordinandos episcopos Ghysonem scilicet et Walterum, ut a domino papa sacrarentur. Uenientes autem Romam ab apostolico Nicholao honore quo decebat sunt suscepti, inuenerunt ibi ad synodum congregatam multitudinem magnam episcoporum, abbatum, monachorum, clericorum, caeterorumque fidelium ; cumque audiente synodo suae legationis causam perorarent, huius summam epistolae domino papae obtulerunt. ‘ Summo uniuersalis aecclesiae patri Nicholao, Eadwardus gratia dei Anglorum rex debitam subiectionem et omnimodum seruitium. Glorificamus deum quia curam habet suae electae aecclesiae quoniam in loco boni praedecessoris uos optimum successorem constituit, quapropter iustum iudicamus apud uos uelut ad solidam petram acuere et probare omnes bonas intentiones nostras, et uestram notitiam atque societatem in bono habere, quatinus eas donationes et priuilegia quae obtinuimus apud praedecessorem uestrum renouetis et augetis nobis, uidelicet ut quod ille iniunxit nobis sub nomine obedientiae ac poenitenciae propter uotum quod

uoueram ire Romam, et in remissionem omnium peccatorum meorum construere coenobium monachorum in honore apostoli Petri, ratum faciatis, et priuilegia possessionum et dignitatum eiusdem loci confirmetis, renouetis, atque augeatis, et imperpetuum immutabilia stare decernatis. Ego quoque pro modulo meo augeo et confirmo donationes et consuetudines pecuniarum quas habet sanctus Petrus in Anglia, et ipsas pecunias collectas cum regalibus donis mitto uobis ut oretis pro me et pro pace regni mei, et continuam ac sollempnem memoriam haberi instituatis tocius gentis Anglorum coram corporibus sanctorum apostolorum. Ualete.' Hiis igitur litteris a summo pontifice susceptis, cum foeliciter ad uotum suum omnibus pactis a Roma redirent, consulente sancta synodo, transmissam a domino papa mihi detulerunt epistolam. ' Nicholaus episcopus, seruus seruorum dei, gloriosissimo ac piissimo omnique honore dignissimo spirituali quoque filio nostro Eadwardo Anglorum regi uisitationem omnimodam, salutem mellifluam, et benedictionem apostolicam. Omnipotenti deo referimus grates qui uestram prudentissimam excellentiam in omnibus ornauit ac decorauit erga beatum Petrum apostolorum principem et nobiscum habere dilectionem et in omnibus apostolicis consentire censuris, literas igitur uestrae nobilitati transmittimus et per eas societatem sanctorum apostolorum et nostram uobis damus, orantes misericordiam illius qui est dominus omnium et rex super omnia solus, ut ipse uos participem faciat ex omnibus si qua sunt coram deo bonis operibus nostris, et fratres nos ac socios in sua dilectione constituat in omni tempore amplius, ac non minorem partem nostri obsequii uobis reconsignet in suo regno quam nobismet ipsis prouenire optamus. Erimus etiam deinceps pro uobis sine dubio orantes assidue ut ipse deus uobis subiiciat hostes et inimicos qui contra uos uoluerint surgere, et confirmet uos in paterno solio et propria haereditate, ac beatus Petrus sit uobis custos et adiutor semper in omni tribulatione. Claret enim Anglorum reges pro reuerentia et deuotione quam exhibuerunt beato Petro gloria et honore floruisse, ac ipsius patrocinio famosos triumphos obtinuisse, cuius beati apostoli meritis uestro desiderio et uoluntati omnipotens deus praestet effectum, et confirmet uobis paterni regni imperium, et tribuat pacis incrementum, et post praesentis uitae decursum perducat ad aeternum permanentis gloriae imperium. Renouamus ergo et confirmamus et augemus uobis priuilegia uestra ; scilicet ut absoluti sitis ab illo

uoto quod timebatis, et ab omnibus aliis peccatis et iniquitatibus uestris, auctoritate illius qui me licet indignum suae sanctae sedi prae-esse uoluit. Praeterea illi loco quem sub nomine sanctae poenitentiae construendum et meliorandum suscepistis, quoniam ut fertur primam antiquitus consecrationem a beato Petro accepit, cuius licet indigni uicarii simus, et quia regia antiquitus sedes est, ex auctoritate dei et sanctorum apostolorum atque huius Romanae sedis et nostra concedimus, permittimus, et solidissime confirmamus ut amplius imperpetuum regiae constitutionis et consecrationis locus sit, atque repositorium regalium insignium, et habitatio perpetua monachorum, qui nulli omnino personae nisi regi subdantur, habeantque potestatem secundum regulam sancti Benedicti per successiones eligere ex se idoneos abbates, neque introducatur per uiolentiam extranea persona nisi quem concors congregatio sibi prae-esse elegerit. Absoluimus etiam illum locum ab omni seruitio et dominatione episcopali, ut nullus episcopus illuc introeat ordinaturus aut praecepturus aliquid nisi ex petitione et consensu abbatis et monachorum, et habeat idem locus liberum praecinctum id est ambitum et coemeterium mortuorum circa se absque-episcopali uel cuiuscunque respectu uel exactione, et omnia quae ad libertatem et exaltationem illius loci ad honorem dei pertinentia per nostram auctoritatem accedere possunt hilari et promptissima uoluntate concedimus. Possessiones autem quas antiqui reges seu quicunque alii homines uos quoque ac uestri barones ad eundem locum contulistis, et cartas quae ex eis factae sunt, diuina et nostra auctoritate roboramus et ratas ac stabiles esse decernimus, et infractores earum uel inuasores aut diminutores aut dispersores, uenditores etiam, aeterna maledictione cum Iuda proditore dampnamus, ut non habeant partem in beata resurrectione, sed a beato Petro se iudicandos sciant quando sedebit cum suis coapostolis iudicans .XII. tribus Israel. Uobis uero et posteris uestris regibus committimus aduocationem et tuitionem eiusdem loci et omnium tocius Angliae aecclesiarum, ut uice nostra cum consilio episcoporum et abbatum constituatis ubique quae iusta sunt, scientes pro hoc uos recepturos dignam mercedem ab eo cuius regnum et imperium nec desinet nec minuetur in saeculum. Valete.' Hanc igitur epistolam apostolici priuilegii placuit inserere huic nostrae confirmationi ut secundum quod sancto Leoni prius placuerat michique praeceperat, concordante ad hoc successore eius

Nicholao et eadem aut maiora mihi praecipiente, sciant omnes futurae generationes, me uoti praedicti absolutione, peccatorumque meorum omnium remissione, et aeternae uitae remuneratione, pro animabus regum tam successorum quam praedecessorum meorum et omnium parentum meorum, et pro pace et stabilitate regni mei et prosperitate totius Anglorum populi, loco illi omnimodam libertatem quantum ad potestatem terrenam concessisse et quod illi de aecclesiastica hoc de regia libertate statuo. Eius igitur amoris stimulo et fide plenissima ac deuotissima suffultus, cuius largiflua miseratione in cathedra regali promotus sum, cum consilio et decreto archiepiscoporum, episcoporum, comitum, aliorumque omnium meorum optimatum, prospiciens hoc ipsum. aecclesiae et habitantibus in ea siue pertinentibus ad eam, utile fore, non solum in praesenti sed etiam in futuro elegi sanctiendum atque perpeti stabilimento ab omnibus confirmandum, ut pro Christi honore et amore et pro reuerentia summi apostolorum principis Petri cuius patrocinio meipsum commisi et pro deuotione et ueneratione sanctarum reliquiarum quas eidem loco contuli, beatorum uidelicet apostolorum, martyrum, confessorum, et uirginum, ut omnipotens dominus per istorum suffragia sanctorum depulsis cunctis aduersitatibus, cum pacis et honoris sui stabilitate ac perpetuae tranquillitatis sullimatione locum illum custodiat, disponat, et protegat, et pro magnifica dignitate siue regali excellentia ipsius aecclesiae et pro quiete monachorum ibidem deo famulantium tantus hooor eidem aecclesiae habeatur imperpetuum et obseruetur ut neque nos neque successores nostri neque quilibet episcopus nec quicunque de iudiciaria potestate in ipsam sanctam basilicam uel in manentes in ipsa, uel in homines qui cum suis terris uel substanciis qualibetcunque ad ipsam tradere uel deuouere se uoluerint nisi per uoluntatem abbatis et suorum monachorum ullam unquam habeant potestatem. Sed sit haec sancta mater aecclesia peculiaris patroni et nostri domini et magni apostoli ter beati Petri libera et absoluta ab omni inuasione uel inquietudine omnium cuiuscunque ordinis uel potestatis esse uideantur. Praeterea aliud constituo atque imperpetuo confirmo, ut quisque fugitiuorum de quocumque loco, pro quacumque causa, cuiuscunque conditionis sit, ipsum sanctum locum uel praecinctum fugiens eius intrauerit, immunis sit omnino ac plenam libertatem consequatur. Placuit etiam mihi hanc optionis electionem et libertatis donum gratissimo

animo et integra uoluntate augere, et priuilegio isto corroborare, et insuper dono meo inuiolabiliter confirmare omnes donationes terrarum uel aecclesiarum aut aliarum rerum quae ibi ab antecessoribus meis regibus seu a quibuscunque ante me donatae sunt, necnon et illas quas uel ego uel optimates mei uel etiam quilibet de ciuibus intra Londoniam donauerant, tam terras quam consuetudines, et omnia iura qualiumcunque causarum in omnibus terris quae uel in Londonia uel in aliis quibuscunque locis praedicto monasterio adiacent uel adiiciendae sunt per gratiam dei. Huic libertati concedo additamentum in qua ut ab omnibus apertius et plenius intelligatur nomina consuetudinum Anglice praecepi ponere, scilicet mundbryche, burthbryce, miskenninge, scewinge, lastinge, fyrdsocne, flimenafirmthe, wergelwef, uthlep, forfange, fyhfange, firdwite, fyhtwite, wardwite, hangwite, hamsocne, forstal, intangenethef, saka, socna, toll et team, aliasque omnes leges et consuetudines quae ad me pertinent. Renouaui etiam priuilegia antiquorum regum et ex nomine sanctae trinitatis et omnium sanctorum nostra etiam regia auctoritate, cum consensu atque consultu primatum meorum, interdixi et cartam in praesentia mea fieri iussi, ut nullus unquam succedentium regum, episcoporum, principum, comitum, uicecomitum, procuratorum, seu aliorum regum clientium, uel alia quaelibet magna uel parua persona, pastum, censum, uel impensionem, castrorum uel pontium re-aedificationem, xennia, seu munuscula, uel aliud quidlibet ab aecclesia illa uel a terris ad eandem pertinentibus, per uim aut per consuetudinem exigat, non opera, non tributa, uel expeditiones, ad se trahat, sed exclusa penitus exactione uel angaria cunctarum consuetudinum omnia sicut in manu mea habueram, melius, plenius, et liberius, ita cum omnimoda libertate sint concessa eidem aecclesiae, in terra et in aqua, in urbe et extra, in doma et extra, in uilla et extra, in uia et extra, in placito, in soka et saka, in theloneo, in furis apprehensione et emissione, in sanguinis effusione, in campis et siluis, in pratis, in pascuis, in aquis, in piscariis, in molendinis, in omnibus suis appendiciis, quatinus ipsa religiosa concio pro remedio animae meae et omnium benefactorum eiusdem aecclesiae peruigiles persoluat deprecationes, et more sapientium uirginum oleum bonae actionis seruans, sub habitu religionis Christo domino et eius beato apostolo Petro indefesse deseruiat. Si quis autem contra hanc praeceptionis et auctoritatis nostrae paginam senserit, quicunque ille

fuerit, cuiuscunque nominis et honoris, aetatis et potestatis, gradus et ordinis, et eam uel in magno uel in minimo infringere uoluerit, et alios ad hoc condixerit, unusquisque pro se libras quinque partibus sancti Petri persoluat, et quicquid exinde fiscus noster ad partem nostram separare poterat in luminaribus uel stipendiis monachorum seu et elemosinas pauperum ipsius monasterii perenniter per nostra oracula ad integrum sit concessum atque indultum. Hanc igitur cartam meae donationis et libertatis in die dedicationis praedictae aecclesiae recitari iussi coram episcopis, abbatibus, comitibus, et omnibus optimatibus Angliae, omnique populo audiente et uidente, et secundum apostolici Leonis eiusque successoris Nicholai constitutum, excommunicari feci eos qui decretum nostrum infringeret uel infringi permitterent, quantum in ipsis esset. Quisquis autem successorum meorum hanc donationis libertatem firmiter atque inuiolabiliter custodierit, aeterna coronetur claritate, coelestisque regni plena perfruatur foelicitate. Si quis uero, quod absit, eam destruere uoluerit, uel huius nostri decreti contradictor, conuulsor, et temerator extiterit, cum Iuda proditore aeterno anathemati subiaceat, nisi deo et beato suo apostolo Petro digna poenitentia satisfecerit. Ut ergo haec auctoritas nostris et futuris tempo-[ribus] circa ipsum sanctum locum perenniter firma et inuiolata permaneat, uel per omnia tempora illaesa custodiatur atque conseruetur et ab omnibus optimatibus nostris et iudicibus publicis et priuatis melius ac certius credatur, manus nostrae superscriptionibus subter eam decreuimus roborare, et idoneos testes annotare, atque sigillo nostro iussimus sigillare.

+ Ego Eadwardus dei gratia Anglorum rex hoc priuilegium iussi componere et compositum cum signo dominicae crucis confirmando impressi. + Ego Eadgytha regina omni alacritate mentis hoc corroboraui. + Ego Stigandus sanctae metropolis aecclesiae Cantuariensis episcopus confirmaui. + Ego Ealdredus archiepiscopus Eboracensis aecclesiae consignaui. + Ego Willielmus episcopus Londoniensis aecclesiae ad omnia suprascripta consentiens subscripsi. + Ego Heremannus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wlfwinus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Walterus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Leofricus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Giso episcopus consensi et subscripsi. + Ego Wlstanus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Siwardus episcopus consensi et subscripsi. + Ego Godwinus episcopus consensi

et subscripsi. + Ego Aegelsius abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadwinus abbas consensi et subscripsi. + Ego Aegelwius abbas consensi et subscripsi. + Ego Leofricus abbas consensi et subscripsi. + Ego Baldewinus abbas consensi et subscripsi + Ego Wlfwoldus abbas consensi et subscripsi. + Ego Eadmundus abbas. + Ego Reinbaldus regis cancellarius relegi et sigillaui. + Ego Osbernus regis capellanus. + Ego Petrus regis capellanus. + Ego Rodbertus regis capellanus. + Ego Haroldus dux. + Ego Eadwinus comes. + Ego Girth comes. + Ego Leoffwinus comes + Ego Markerus comes. + Ego Esgarus minister. + Ego Bondius minister. + Ego Radulphus minister. + Ego Rodbertus minister. + Ego Eadnothus minister. + Ego Aegelnothus minister. + Ego Wygodus minister. + Ego Wlfricus miles. + Ego Siwardus miles. + Ego Godricus miles. + Ego Colo miles + Ego Wlfwardus miles. Omnes consentientes subscripsimus. Stabilita apud Westmonasterium .v. kalendarum Ianuarii die sanctorum innocentium anno dominicae incarnationis .M°.LXVI. indictione III. anno regni Eadwardi, nobilissimi et clementissimi regis, uigesimo quinto. + Ego Aelfgeatus notarius ad uicem Reinbaldi regiae dignitatis cancellarii hoc priuilegium scripsi et subscripsi in dei nomine foeliciter. Amen.

XLIV

EADWEARD

+ Eadwardus rex saluto Haroldum comitem, et Oscbarnum, et omnes meos ministros in Herefordensi comitatu amicabiliter. Et ego notifico uobis quod ego concessi Waltero episcopo istum episcopatum hic uobiscum et omnia uniuersa illa quae ad ipsum cum iusticia pertinent infra portum et extra, cum saka et cum socna, tam plene et tam plane sicut ipsum aliquis episcopus ante ipsum prius habuit in omnibus rebus. Et si illic sit aliqua terra extra dimissa quae illuc intus cum iusticia pertinet, ego uolo quod ipsa reueniat in ipsum episcopatum, uel ille homo ipsam dimittat eidem in suo precio, si quis ipsam cum eo inuenire possit. Et ego nolo ullum hominem licenciare quod ei de manibus rapiat aliquam suam rem quam ipse iuste habere debet ; et ego ei sic concessi.

Haec est translatio cartae regis Eadwardi in lingua Saxonica translata in Latinum de collatione episcopatus Herefordensis cuidam Waltero facta, et de diuersis priuilegiis et libertatibus, scilicet sok et sak, et aliis libertatibus, eidem Waltero et episcopatui Herefordensi concessi.

XLV

EADWEARD

+ Eadwardus rex Haroldo comiti, Ealnodo abbati, et omnibus balliuis suis Sumersetae, salutem! Sciatis me dedisse Gisoni episcopo ad sustentationem cleri, aecclesiam beati Andreae in Wellis terram de Wedmore, cum omnibus pertinentiis suis, adeo plene et libere sicut unquam plenius mihi manu stetit aut alicui praedecessorum meorum per omnia, pro anima patris mei et animabus antecessorum meorum qui dictam sedem episcopi statuerunt. Si quis autem hanc meam donationem praesumpserit euertere, auertat eum dominus a conspectu suo et a conspectu omnium fidelium. Uolo etiam quod idem episcopus isto gaudeat priuilegio, et uos amici mei ipsius sitis coadiutores.

XLVI

EADWEARD

+ Eadwardus rex Haroldo comiti, Ailnodo abbati, Godwino, et omnibus balliuis suis Sumersetae, salutem! Significamus uobis nos uelle quod episcopus Giso episcopatum apud uos possideat cum omnibus dictum episcopatum in uillis et extra de iure contingentibus, cum saca et socna, adeo plene et libere per omnia sicut ullus episcoporum praedecessorum suorum unquam habebat. Rogamus etiam uos ut coadiutores ipsius esse uelitis ad fidem praedicandam et christianitatem sustinendam pro loco et tempore, sicut et uobis fideliter confidimus uos uelle id ipsum. Et si quid de dicto episcopatu siue in terris siue in aliis rebus contra iustitiam fuerit sublatum, adiuuetis eum pro amore nostro ad restitutionem prout iustum fuerit habendam. Conseruet uos dominus.

XLVII

EADWEARD

+ Eadwardus rex Haroldo comiti, Touid uicecomiti, et omnibus balliuis suis Sumersaetae, salutem ! Sciatis quod Aeluredus uendidit Gisoni episcopo terram suam de Lutton pacifice et quiete ; teste meipso coram uobis apud Perret, et testibus Eaditha coniuge nostra, Haroldo comite, et multis aliis qui una nobiscum illic aderant. Uolumus quoque quod idem episcopus terram illam cum omnibus pertinentiis habeat cum episcopatu quem possidet, et saca et socna, ita plene sicut unquam aliquis episcoporum praedecessorum suorum in omnibus habuit. Et si quid inde contra iustitiam fuerit sublatum, rogamus ut reuertetur ; nec aliter fiat.

XLVIII

EADWEARD

+ Eadwardus rex salutat Hermannum episcopum, et Haroldum comitem, et Godricum, et omnes suos barones de Bearruescira amicabiliter ; et ego ostendo uobis quod Ordricus abbas et omnis congregatio Abbendonensis monasterii meo concessu et dono libere habeant et possideant hundredum de Hornemere in sua propria potestate in sempiterna saecula, et sic ut nullus uicecomes uel praepositus ibi habeant aliquam appropriationem seu placitum sine abbatis proprio iussu et concessu.

XLIX

EADWEARD

+ Ego Eadwardus rex Rodberdo episcopo, et Osgod clapae, et Ulfo uicecomiti, et omnibus meis thanis et fidelibus amicis in Mid-

delsexia beneuole salutem dico ! Uobis notum facio me uelle et consentire ut sanctus Petrus et fratres Westmonasterienses in eorum conuictum habeant praedium istud quod est in Cealchylle omniaque iure ad illud pertinentia, cum terra et cum aqua, cum sylua et cum agro, cum prato et cum pâscus, cum porcorum esca et cum fructibus, et cum omnibus emolumentis, tam plene et libere quam praefectus meus palatinus Thurstanus ea primo ex me tenuit, et sacro dein loco donauit. Quod quidem donum ego plane corroboro, iis iterum etiam concedens ut insuper habeant priuilegium tenendi curiam ad causas cognoscendas et dirimendas lites inter uassalos et colonos suos ortas, cum potestate transgressores et calumniae reos mulctis afficiendi easque leuandi, porro etiam ut ibi habeant in uendendis et emendis uercibus a tolneto immunitatem, cum priuilegio habendi totam suorum seruorum propaginem ; potestatem etiam fures in terra sua cum re furtiua deprehensos in ius uocandi et puniendi, cum priuilegio fugitiuos suspiciendi, et omnia alia iura quae omnimodo exinde oritura sunt. Praeterea quoque una cum hoc praedio liberrime dono tertiam quamque arborem et tertiam quamque sarcinam iumentariam fructuum qui nascuntur in sylua proxime ad Kyngesbyrig sita, quae sicut antiquis temporibus lege cautum erat est communis. Quamobrem omnino nolo permittere ut quis siue ex agro quae is Thurstanus illi loco dedit, unum iugerum auferat uel excludat, uel ut qui ius habeat eo proficiscendi ad sumendam rem ullam uel ullo tempore, praeter abbatem et fratres quibus indultum est eo proficisci ad sumenda quae monasterio opus sunt. Uolo igitur et firmiter mando sub poena grauissima ut haec confirmatio nostra in loco illo sancto aeternae haereditatis uim et firmitatem semper obtineat. Amen.

L

EADWEARD

+ Eadwardus rex Anglorum Stigando archiepiscopo, Ailmaro episcopo, Girth comiti, Toli uicecomiti, et omnibus ministris suis de Northfolke et Suthfolke et uniuersis aliis fidelibus suis per totam Angliam constitutis tam clericis quam laicis, salutem ! Notifico uobis me concessisse deo et sanctae Mariae et sancto Benedicto et Aelfwino

abbati de Ramesia sacam et socam, tol et team, et infangenethef, fihtwite et ferdwite, forestall, et hamsokne, grithbriche, et schipbriche, et se upwarp, in omnibus rebus apud Bramcestre et apud Kingstede ita bene et libere sicut ipse ea melius et liberius habeo in littore marino alicubi in Anglia, omnesque rectitudines et iura quae ibi ego ipse unquam habui ; uolo etiam ut soca quae est infra Bichamdich in omnibus ad sanctum Benedictum Ramesiensem pertineat ita plene et perfecte sicut eam ipse habui, et omnes rectitudines quas rex ibi potest habere ; uolo praetera ut sancta Maria et sanctus Benedictus et abbas et fratres Ramesiae habeant socam in omnibus super omnes homines qui sunt motwrthi, ferdwrthi et faldwrthi in illo hundredo et dimidio, cuiuscunque homines sint. Concedo eis etiam mercatum de Dunham per aquam et terram, cum inductione, et eductione, et cum omnibus rectitudinibus quae ad illud pertinent, ita bene et libere sicut illud ipse unquam melius habui ; et nolo pati ut aliquis hoc in aliquo imminuat. In omni quoque comitatu ubi sanctus Benedictus habet terram concedo eis sacam et socam suam, tol et team, et infangenethef, infra burgum uel ciuitatem et extra, ubique in terra et aqua, in bosco et plano, cuiuscunque fuerit soca, habeat sanctus Benedictus libertatem suam in omnibus ita bene et plene sicut ego ipse alicubi habeo in tota Anglia ; habeant et omnes forisfacturas quae pertinent ad regiam coronam meam in natali dominico, in pascha, et in sancta ebdomada regationum, in omnibus rebus sicut ipse habeo, et per totam Angliam infra ciuitatem et extra, in omni foro et annuis nundinis et in omnibus omnino locis per aquam et terram, ab omni telonii exactione liberi sint. Prohibeo itaque dei prohibitione et mea ne aliquis hanc concessionem meam mutet aut minuat. Si quis uero aliquid horum quae in hoc scripto continentur temerare praesumpserit, segregatus sit ille a Christo et ab omni sanctorum eius consortio. Haec carta facta fuit apud Windleshoram in .IV. die ebdomadae paschalis sub testimonio Eadgithae reginae, Godwini et Haroldi comitum.

LI

EADWEARD

+ Eadwardus rex saluto Ealdredum episcopum, et Haroldum comitem, et omnes meos ministros in Herefordensi comitatu amicabiliter ; et ego notifico uobis quod ego uolo quod presbyteri Herefordenses apud sancti Aethelberti monasterium quod ipsi sint de eorum sacha et eorum socha liberi supra eorum terras et supra eorum homines, infra burgum et extra, tam plene et tam plane sicut ipsi prius habuerunt in omnibus rebus. Et ego praecipio uobis omnibus quod uos sitis eis in adiutorium ubicunque sicubi ipsi depaupe rantur pro dei amore et pro meo.

LII

EADWEARD

+ Eadwardus rex salutat suos episcopos, et suos abbates, et suos comites et barones qui in illis uicecomitatibus sunt ubi Ordricus abbas habet terram infra ; et ego ostendo uobis quod ego habeo permissum sibi ad sanctae Mariae monasterium litigirium, exquisitionem, teloneum, et appropriationem, et infracaptum latronem infra burgum et extra burgum, domus assultum, et pacis infractionem, et obuiationem, super suam propriam terram. Et ego nolo ulli homini permittere ut ei aliqua harum rerum auferat quae ego sibi concessi habere.

LIII

EADWEARD

+ Conditor coeli terraeque deus, uniuersitate totius creaturae de nichilo perfecta, primum hominem de limo formauit eumque ad

imaginem suam configurauit, cui dominium operum suorum donari praecepit, ea uidelicet ratione, ut homo rationabilis irrationabili uteretur creatura per quam ipse deo seruiens obediret et obediendo creatorem honoraret. Deinde succedente generatione in generationem templa et aecclesias fieri constituens, de primitiis et decimis ac de substantia suae largitionis eas in nomine suo honorari praecepit; insuper et per euangelium nos instruens et ait, ' Thesaurizate uobis thesauros in coelo, ' et reliqua. Quapropter ego Eadwardus regis regum gratia rex et Anglorum princeps post longam exiliationem solius miserentis dei nutu in regno meo rəuersus et in solio patrum meorum residens, aecclesiam quam hortatu beati Augustini rex Aethelberht in honore apostolorum Petri et Pauli a fundamento constituit diuersisque donis ditauit, in qua ipsius regis et omnium episcoporum Cantiae ac regum corpora poni possent, cum omnibus appendiciis uel adiacentiis suis liberam esse annuo et statuo. Quum quidem in eadem aecclesia supradictus rex conditus iacet eiusque stirpis progenita deo dilecta requiescit uirgo Mildreda; ego etiam eiusdem regis stemate ortus et regno eius deo iuuante potitus Tanatos insulam trado, quam Hegbertus rex iure haereditario concessit uenerabili reginae Domneuae, matri scilicet sanctae Mildrethae, quantum cerua cursu suo lustrauerat pro interemptione duorum fratrum eius Aethelredi atque Aethelberti, quos iussu eiusdem principis deo odibilis Thunur iniqua strauit morte, quem mox coelestis ulcio terribiliter subsecuta est ipsum perimendo; sed et omnes donationes possessionum uel facultatum quas prisco siue moderno tempore praedecessores mei reges eidem aecclesiae contulerunt, et ego regia potestate contrado, atque firma astipulatione cum consensu et testimonio episcoporum, ducum, principum et satellitum meorum, abbati Aelfstano ac monachis ibidem sub regula beati Benedicti abbatis deo militantibus ad habenda et perfruenda sibi perpetua libertate constituens attribuo. Si cui uero haec largitio displicet, uel si quis, quod absit, hanc donationem zelo ductus diaboli quoquo ingenio infringere temptauerit, iram dei et omnium sanctorum maledicta incurrat et subita morte intereat, sicut praedictus dei inimicus Thunur interiit, percutiatque eum deus amentia et coecitate ac furore mentis, omnique tempore calumpniam maledictionis dei sustineat, nec sit qui eum liberet nisi poenitens resipiscat et digna emendatione satisfaciat. Haec autem traditio regalis in eodem loco seruetur inconuulsa et incontaminata, deo teste, qui

dixit, ' Michi uindictam, ego retribuam ; ' contradicentibus uero ad ruinam et ad condempnationem in die furoris domini cum eis qui dixerunt domino deo ' Recede a nobis scientiam uiarum tuarum nolumus.'

LIV

EADWEARD

+ Eadwardo Angol-Saxonum gloriosissimo regi consentienti, necnon et eius optimatibus qui ei in praesentia tunc aderant, quorum hic nomina subtus notantur, familia deo famulantium aecclesiae sanctae saluatoris quae sita in loco antiquo uocabulo nuncupato Maildeburi, opere cymentario pulcherrime composita cernitur, uenerabili comiti Ordlafo aliquantulum terrae, id est .v. manentium, suae propriae possessionis in loco qui dicitur Mehhandun largiens concedit, pro commutatione alterius terrae, id est .IIII^or^. manentium in loco ubi ruricolae Coellewrthe uocitant ; finitis autem diebus .IIII^or^. haeredum, praedicta terra in Mehhandun fratribus supramemoratis absque omni contradictione reddatur in seruitium pristinum, necnon et dominus uel gubernator supradictae aecclesiae illas .IIII^or^. manentes in Choellewrthe sibi in usum pristinum suscipiat.

LV

EADWEARD

+ Ego Eadwardus dei gratia rex Anglorum Eadsio archiepiscopo, et Godwino comiti, et omnibus suis baronibus Cantiae salutem ! Sciatis me dedisse deo ac sancto Augustino et fratribus ut habeant eorum saca et socna, et pacis fracturam, et pugnam in domo factam, et uiae assultus, et latrones in terra sua captos, latronumque susceptionem uel pastionem super illorum proprios homines, infra ciuitatem et extra, theloneumque suum in terra et in aqua, atque consuetudinem quae dicitur teames, et super omnes allodiarios quos eis habeo datos. Nec uolo consentire ut aliquis in aliqua re de hiis

se intromittat nisi eorum praepositi quibus ipsi haec commendauerint, quia habeo has consuetudines deo datas et sancto Augustino pro redemptione animae meae, ita pleniter et libere sicut melius habuerunt tempore praedecessoris mei Knuti regis ; et nolo consentire ut aliquis haec infringat sicuti meam amicitiam uult habere.

LVI

EADWEARD

+ Eadwardus rex Ulfsio episcopo, Siwardo comiti, Aelfrico uicecomiti, et omnibus ministris suis de Huntingdoniensi scira, salutem ! Notum uobis sit me dedisse deo et sancto Benedicto et Aelfwino abbati de Ramesia terram de Brocton quam egomet ibi habui, cum saca et soca in omnibus ; et nulli hominum hanc donationem immutare permitto. Quod si quis post dies meos hoc minuere uel mutare ausus fuerit siue clericus sit siue laicus segregetur ille a Christo et a sancti Benedicti et omnium sanctorum consortio, et nisi hic emendauerit quod temere deliquit, poenas infernales cum daemonibus sortiatur.

LVII

EADWEARD

+ Eadwardus rex Wlfwio episcopo, Tosti comiti, Normanno uicecomiti, et omnibus fidelibus suis et ministris, clericis et laicis, de comitatu Hamptoniae, salutem ! Notum uobis facio quod Aelfwinus abbas de Ramesia et Leofricus abbas de Burgo notificauerunt mihi pactionem et commutationem quam habita collocutione inter se fecerunt. Uolo itaque ut uos intelligatis quod Aelfwinus abbas de Ramesia hoc modo accepit de Leofrico abbate Burgi nouem uirgatas Godrici Dani, uirgatam Brandi, uirgatam Leofgari et uirgatam Aelfwini nigri, in plenam commutationem contra omnes homines nunc et perpetuo liberas et quietas. Et pro his dedit praefato abbati de

Burch totam terram quam sanctus Benedictus habuit apud Marham liberam ab omni calumnia et quietam in plenam commutationem. Ipse insuper abbas et fratres Ramesienses singulis annis dabunt de charitate abbati et fratribus Burgi quatuor millia anguillarum in quadragesima sub tali uidelicet conditione quod abbas et fratres de Ramesia habebunt in territorio sancti Petri de Burch quantum sibi opus fuerit de lapidibus quadratilibus apud Bernech et de petris muralibus apud Burch in plena cambitione; erunt quoque omni tempore liberi a telonii et omnium exactionum uexatione per aquam et per terram. Notificauerunt quoque mihi quod haec compositio facta fuit inter eos sub testimonio Leofsii abbatis de Ely et Wlfgeti abbatis Croilandiae et eorum qui cum ipsis praesentes affuerunt. Itaque uolo uos scire quod Aelfwinus abbas ita mecum locutus est et tantum mihi de suo dedit quod ego hanc conuentionem concessi; et uolo ut firmiter stet semper sicut inter se prolocuti sunt ad laudem et honorem dei et sanctae Mariae sanctique Benedicti tam moderno tempore quam futuro Mando igitur et praecipio ut nullus omnino nec clericus nec laicus hanc commutationem et pactionem infringere audeat. Prohibeo quoque super plenam forisfacturam meam ne ullus homo tam audax sit ut aliquod grauamen aut iniuriam inferat hominibus sancti Benedicti neque rebus eorum, sed pacem dei et meam habeant ipsi et omnia quae ipsorum sunt aut erunt ubique in aqua et terra. Mando praeterea et praecipio per hoc scriptum meum ut termini et metae in kinges delfe ita permaneant sicut abbas Aelfwinus Ramesiae eas dirationauit contra Siwardum abbatem Thorniensem sub testimonio Leofsii abbatis de Ely et Leofrici abbatis de Burch et Wlfgeti abbatis Croilandiae et eorum qui cum ipsis placito interfuerunt: ex parte scilicet orientali ipsius nauigii uel ladae usque ad locum qui dicitur Gangestede, et exinde in parte occidentali ab Hundeslake usque ad Wenlesmere et medietas de Kanhereholt. Quicunque ergo hanc conuentionem eorum in aliqua re temerare uel imminuere praesumpserit separatus sit ille a gaudio coelesti, nisi antequam hic moriens recedat, delictum suum congrue emendauerit. Amen. Haec carta facta fuit apud Westminster in festo sancti Petri, teste Stigando archiepiscopo, Eadwino abbate, Haroldo comite, Esgaro stalere, et Hugelino cubiculario.

LVIII

EADWEARD

+ Ego Eadwardus rex saluto Aylmerum episcopum, et Aelgarum comitem, et Toli, et omnes barones de Suffolc amicabiliter. Notifico uobis quod ego uolo ut octo hundredorum et dimidii soka, quam deo et sancto Eadmundo meo cognato dedi, adiacent monasterio praedicti martyris ita plene et perfecte sicuti mea mater primitus ea habuit, et sicuti Aelfricus Withagari filius, ad manum matris meae custodiuit, et sicut ea postea mihimet in manus fuerunt Nec ego cognosco me dedisse nisi praedicto monasterio istas rectitudines, uidelicet, hamsokne, et grīthbreche, et forstal, et ferdwyte, et hebberthef, et fihtwyte, nec aliquam rectitudinem quam sancto Eadmundo prius dederam.

LIX

EADWEARD

+ Eadwardus rex Aethnotho episcopo, Tuli comiti, Kinrico [uicecomiti] et omnibus ministris suis de comitatu Huntingtoniae, salutem ! Notum uobis sit quod ego uolo ut sanctus Benedictus de Ramesia habeat terram de Hemmingford cum omnibus pertinentiis suis ita plene et perfecte sicut rex Harnecnut frater meus et Aelfgiua mater mea eam eidem aecclesiae concesserunt et nullum omnino nec Anglorum nec Danorum hanc donationem mutare permitto.

LX

EADWEARD

+ Eadwardus dei gratia rex Anglorum cunctis Christi fidelibus perpetuam in domino salutem ! Cum rex et dominus rerum omnium

deus, nullo indigens cuncta possideat, agit ineffabili qua hominem dilexit caritate ut ex his quae usui humano creata largiter ministrat, ipse aliqua quasi donaria gratanter recipiat, quo se colentes ad suae seruitutis intentionem deuotiores reddat, quos postmodum perpetua secum libertate regnare concedat. Qua seruitutis intentione antiqui patres succensi, sua primum domino studuerunt impendere, postmodum se mutuantes terrenis coelestia temporalibus sempiterna. Quorum uestigia Eadgarus auus meus ac praedecessor sceptrigerae potestatis diligenter subsequens et exemplar perfectius implens, Elyense coenobium et alia, illud tamen egregie praeter caetera restaurauit, restaurans ditauit, ditans omnimoda libertate quietauit, consultus adiutusque sedula sancti Aethelwoldi summonitione uel copiosa praediorum augmentatione; quod et sancto Dunstano alacriter collaudante cunctisque primatibus regni priuilegio firmatum est; Aethelredus quoque pater meus sua gubernationis tempore quaedam praedia eidem loco contulit prioremque libertatem suae suorumque concessionis priuilegio solidauit. Horum ego Eadwardus dei gratia successor licet indignus, cum in his deuotam circa dei aecclesiam religionem uel religiosae deuotionis operationem longe dispar conspicio, ueneranda eorum statuta nequaquam infringere praesumo, sed fortiter quantum in mea efficacia est defensare et utcumque augere desidero; unde et praefato coenobio uillam nomine Lachingehei firme et haereditarie subiicio quo illorum aliquo modo subiungar consortio, et sanctorum inibi multiplici meritorum laude quiescentium amplificer suffragio, libertatem ab eisdem ut diximus restitutam, ab ipsa autem regina uirgine sanctissima prius habitatione possessam, possessione sanctificatam, sanctificatione uenerabilem factam, inuiolatam manere et omnimodo prouehendam censeo, quod et priuilegii attestatione meorumque consensu fidelium stabile praesentibus et futuris pronuntio; summam ergo eorum quae illi loco hoc nostro adiacent tempore uel legum consuetudine nominatim subiecta monstrabimus descriptione. In comitatu Grantecestriae ipsa insula cum duobus centuriatibus et omnibus appendiciis : Extra Suafham, Horninggeseie, Dittune, Hauekestune, Neutune, Staplesford, Scelford, Tripelan, Meldeburne, Erningeford, Grentedene, Steuicheswrthe, Belesham, Fuulburne, Teuresham, Westlai, Trumpintune, Wratinge, Sneillewelle, Dittune, Hardwic, Midettune, Impintune, Cotenham, Uuinlingeham, omnisque quartus nummus reipublicae in prouincia Grantecestriae

et aliquae terrae in ipsa villa. In comitatu Sudfolc, Hertest, Glemesford, Hecham, Rattesdene, Drincestune, Neddinge, Berchinges, Bercheham, Wederingesete, Leuuremer, Acholt, ad Wichelau quinque et dimidium centuriatum, Sutborne, Meltune, Kingestun, Ho, Stoke, Debham, Brithwelle, Oddebruge, Brandune. In comitatu Northfolc, Feltwelle, Brugeham, Medelwolde, Crochestune, Watinge, Mundefort, Berc, Westfeld, Uingeham, Northwelle, Walepol cum appendiciis, Merham, Derham, Thorp, Polleham. In comitatu Essexiae, Hadestoc, Littelbirig, Stratlai, duae Rodinges, Ratendune, Amerdene, Brocheseued, Estre, Fanbruge, Terlinges. In comitatu Hertford, Hadham, Hatfeld, Keleshelle. In comitatu Huntendune, Spaldwic cum appendiciis, Sumeresham, Colne, Bluntesham. Haec et horum appendicia siue maiora siue minora insuper omnia a quocumque adiecta uel adiicienda bonorum testimonio possessa, cum omni saca et soca sine aliqua exceptione saecularis uel aecclesiasticae iusticiae illi monasterio damus, data quieta clamamus, eadem qua sancti uiri illud glorificauerunt libertate, quo neque episcopus neque comes neque alicuius exactionis minister sine licentia uel aduocatione abbatis et fratrum ullo modo se praesumat intromittere uel rem sanctae aliquo modo inquietare. Sitque in eorum ut semper fuit arbitrio a quocunque potissimum elegerint ordinari uel sua sanctificari episcopo, conuenienti equidem dispositione regina hac utitur libertate quae regem et regnum mundumque florentem deserens insulam pro dotalitio possedit ubi sponso suo Christo integerrime seruiuit, quod et caro florens in tumulo ueste etiam incorrupta ostendit. Haec quemcunque uoluit episcopum asciuit sed sanctus Wilfredus Eboracensis archiepiscopus familiarior extitit qui eam cum suo coetu uirginum consecrauit. Cum autem multo posteriori tempore seruitio dei pene deficiente Eadgarus restauraret coenobium, posito ibi grege monachorum quibus abbates praefecit quos sanctus Aetheluuoldus et sanctus Dunstanus sanctusque Oswaldus ordinauerunt, et quamdiu uixerunt quasi suis consuluerunt. Post hos quosque meliores uinculo charitatis sibi adtrahebant e quibus aliquos secum in monasterio retinebant. Harum ergo consuetudinum cum non fuissem constitutor malo esse testis et fidelis conseruator quam perfidus et detestabilis euersor, deum summum seruatorem inuocans, ut qui haec constituta sanctorum nostrumque infregerit testamentum sanctorum et omnipotentis, nisi poeniteat, incurrat

odium, induens maledictionem sicut uestimentum dum Iudae aemulatur opprobrium.

LXI

EADWEARD

+ Ego Eadwardus dei gratia rex Anglorum hoc testimonium antecessorum meorum postulante abbate Leofrico comprobaui, et uillam Fiskertune quam regina mea ipso abbate Leofrico instante per me dedit uel potius reddidit iuri sancti Petri in Burch concedo liberam cum terris, siluis et aquis, et omnibus rebus pertinentibus, similiter de aliis terris, id est, Astune, Flectune Ouertune, Alwaltune, Osgotbi, et caeteris quae in eo tempore adiectae sunt; concedo eidem loco, saca et socne, et tol et team. Testibus, regina Eadgitha, Stigando et Ealdredo archiepiscopis, Haraldo et Tostino, cum caeteris optimatibus meis,

LXII

EADWEARD

+ Ego Eadwardus gratia dei rex Anglorum omnibus episcopis, ducibus, comitibus, proceribus, uicecomitibus, caeterisque suis fidelibus in omnibus comitatibus in quibus Stigandus archiepiscopus et monachi aecclesiae Christi Cantuariae terras habent, amicabiliter salutem ! Notum uobis facio me concessisse Stigando archiepiscopo et monachis aecclesiae Christi Cantuariae omnes terras quas habuerunt tempore patris mei et omnium antecessorum meorum, et saca et socne, on stronde et streame, on wode, on felde, tolles et teames, grithbreche, et hamsocne, et forstalles, et infangenetheff et flemenesfremthe, supra suos homines, infra urbes et extra, in tantum et tam plenarie sicuti proprii ministri mei exquirere deberent et etiam super tot thegnes quot habent. Et nolo ut aliquis hominum se intromittat nisi ipsi et ministri eorum quibus ipsi committere uoluerunt; propterea que ego concessi has consuetudines Christo pro aeterna redemptione animae meae; et nolo pati ut aliquis frangat eas si non

uult perdere amicitiam meam. Si quis autem huius donationis aliquid fregerit temerario ausu faciendo aut consentiendo socius sit Iudae qui tradidit Christum et ab omnipotenti deo in perpetuum dampnetur.

LXIII

EADWEARD

+ Ego Eadwardus rex Anglorum notifico in his literis omnibus dei fidelibus quod consiliatus sum cum meis archiepiscopis et episcopis et abbatibus et comitibus, et cum omnibus meis baronibus, uidelicet, uolo et praecipio quod monasterium cognati mei sancti Eadmundi et uilla in qua situm est illud monasterium sit perpetualiter in eadem libertate quam Cnut rex et Hardecnut rex meus frater ei concesserunt, et quod ille locus nunquam sit locatus cum aliis personis quam cum monachis; nec aliquis episcopus qui est, uel unquam erit, in Norfolc uel Suffolc, habeat unquam potestatem aliquam in eodem monasterio nec infra fines eiusdem uillae crucibus designatos Et monachi qui ibi degunt eligant sibi abbatem de seipsis sicuti eidem monasterio et eaedem uillae concessi Permaneat in perpetuum, ubicunque habent monachi terras siue homines, seu in futurum acquirent per dei auxilium et bonorum hominum. Nunc igitur rogo omnes dei amicos qui nunc uiuunt seu futuri sunt, quod pro timore dei nunquam sint in loco seu in concilio ubi praedicta libertas sit mutata uel adnichillata, quam antecessores nostri et nos sancto Eadmundo et monasterio suo concessimus. Quod si aliquis fuerit ita uesanus per incitamenta diaboli quod uelit hanc libertatem mutare siue in aliquo adnichillare uel deprauare sit ille anathematizatus et in gehennam ignis demersus nisi in uita sua resipuerit.

LXIV

EADWEARD

+ Ego Eadwardus rex manifesto in isto breui omnibus dei amicis cum testimonio Liuingi episcopi quod Leofricus comes habet dona-

tam illam terram de Heamtun in monasterio de Eouesham, et ego uolo ut illa terra iaceat in illo monasterio, hoc sunt quinque hydae tam plene et tam firme sicut aliqua terra quae melius iacet in illo monasterio. Ego uolo etiam ut ille sanctus locus qui diu stetit desertus habeat suam libertatem sicuti melius et plenius habuit.

LXV

EADWEARD

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Ego Eadwardus rex sum testis quod Mannig abbas et Aethelwius monachus emerunt ab Eammero terram quae ab incolis uocitatur Eunelade, et ego concedo ex mea parte ut semper sit ad mensam fratribus. Et si aliquis foras miserit, deus mittat eum foras de Paradiso. His testibus consentientibus quorum hic inferius nomina carraxari uidentur.

+ Ego Eadwardus rex Anglorum subscripsi. + Ego Eadsinus Dorobernensis aecclesiae archipraesul consensi. + Ego Aelfricus Eboracensis aecclesiae archipraesul consensi. + Ego Lifing episcopus consensi. + Ego Ealdred episcopus consensi. + Ego Wulfsig episcopus consensi. + Ego Aethelstan episcopus consensi. + Ego Dodeca episcopus consensi. + Ego Stigand episcopus consensi. + Ego Eadnoth episcopus consensi. + Ego Willelm episcopus consensi. + Ego Leofric dux consensi. + Ego Godwine dux consensi. + Ego Siward dux consensi. + Ego Swegn dux consensi. + Ego Beorn dux consensi. + Ego Aelfgar minister consensi. + Ego Aelfstan minister consensi. + Ego Mergeat minister consensi. + Ego Owine minister consensi. + Ego Aelfnoth minister consensi. + Ego Mannig abbas consensi. + Ego Godwine abbas consensi. + Ego Aelfric abbas consensi. + Ego Aeglwine decanus consensi. + Ego Wulmer minister consensi.

LXVI

EADWEARD

+ In nomine domini nostri Ihesu saluatoris ! Ea quae legaliter salubriterque determinantur, licet solus sufficeret sermo, ad euitandum tamen temporis futuri ambiguitatem, fidelissimis scripturis et documentis sacris sunt commendanda. Quamobrem ego Eadwardus rex Anglorum pro aeternae retributionis spe et relaxatione peccaminum meorum ad laudem regis aeterni et ad honorem sancti Pauli apostoli gentium doctoris, regali auctoritate renouaui atque restauraui libertatem ad monasterium ipsis statutum in Lundonia ciuitate ubi diu sanctus Erkenwaldus episcopatum tenuit. Haec est enim libertas illa quam ut aeternaliter in supradicto monasterio permaneat animo libenti constituo, id est octo mansas ad Berlings et quinque ad Cingeford. Hanc ego libertatem pro petitione et ammonitione uenerabilis episcopi Erkenwaldi qui tunc temporis eidem monasterio praefuit placabili mentis deuotione dictare, scribere, commendare, procuraui. Denique adhuc pro ampliori firmitatis testamento omnimodo praecipimus atque praecipiendo obsecramus ut maneat ista libertas quam praefatus Erkenwaldus episcopus in Romulea urbe a uenerabili papa Agathone petebat, insolubiliter ab omni humanae seruitutis iugo cum omnibus per circuitum ad illud monasterium rite pertinentibus, tribus solummodo exceptis, expeditione, pontis arcisque constructione, et exercitu. Si quis uero, quod non optamus, huius decreti animaduersitatem infringere temptauerit aut aliter quam a nobis statutum est mutare praesumpserit, sit a consortio domini nostri Ihesu Christi segregatus, et cum rapacibus ponatur, et cum nefandissimo Iuda qui Christum tradidit infernales imperpetuum luat poenas si ad satisfactionem et emendationem non uenerit.

LXVII

EADWEARD

+ In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ! Ego Eadwardus dei gratia Anglorum rex dare uolens pretium redemptionis animae meae uel parentum meorum sub consensu et testimonio bonorum uirorum tradidi, sancto Michaeli archangelo in usum fratrum deo seruintium in eodem loco, sanctum Michaelem qui est iuxta mare cum omnibus appendiciis, uillis scilicet, castellis, agris, et caeteris attinentibus. Addidi etiam totam terram de Uennefire cum oppidis, uillis, agris, pratis, terris, cultis et incultis, et cum horum redditibus adiunxi quoque datis portum addere qui uocatur Ruminella cum omnibus quae ad eum pertinent, hoc est, molendinis et piscatoriis et cum omni territorio illius culto et inculto, et eorum redditibus. Si quis autem his donis conatus fuerit ponere calumpniam anathema factus iram dei incurrat perpetuam. Utque nostrae donationis auctoritas uerius firmiusque teneatur imposterum manu mea firmando subterscripsi quod et plures fecere testium.

Signum regis Eadwardi +. Signum Roberti archiepiscopi Rothomagensis +. Hereberti episcopi Lexouiensis +. Roberti episcopi Constantiensis +. Signum Radulphi +. Signum Uinfredi + Nigelli uicecomitis. Anschitilli Choschet. Turstini.

LXVIII

EADWEARD

+ In omnipotentis dei nomine ! Ego Eadwardus rex indico omnibus hominibus de consilio quod consiliatus sum cum omnibus consiliariis meis pro remedio animae meae et pro incolumitate tocius gentis meae ; hoc est, quod annuo aeternam libertatem sancto regi Eadmundo in loco in quo requiescit ita pleniter sicut unquam plenius habui, et hoc uolo ut libertas ita stet in eius potestate, ut quotiens homines censum persoluerint exercitui uel nauibus tociens

uilae eius habitatores censum persoluant uelut alii homines ad necessitatem abbatis et monachorum qui ibi debent pro nobis seruire. Et abbatiam quam Cnut rex ibi elegit, ac postea frater meus Hardecnut rex simili modo stabiliuit, pignore meo et omnium episcoporum meorum cunctorumque procerum necnon comitatum eiusdem episcopi consilio corroboraui, ut nunquam aliquis debeat transmutare ad alterius ordinis uiros, nisi uelit separari a communione dei et omnium sanctorum eius. Annuo etiam sancto regi Eadmundo terram ad Myldenhale cum uictu et hominibus ; et iura regalia VIII. et dimidiam placitorum ad Thynghowe quod Anglice dicitur nygend half hundred ; et omnium uillarum suarum iura regalia annuo in omnibus terris quas modo habent et quas adhuc adquisituri sunt in dei amore ac mei et tocius populi.

LXIX

EADWEARD, 1043

+ Pace regnante, largiflua Christi omnipotentis bonitas semper ab omnibus est laudanda omnique laude praeferenda, quia nullo bonitatis termino ualet concludi in saeculorum saecula, utpote quia idem deus ipse sit suae propriae bonitatis bonitas, distribuens gratis non tantum dignis uerum etiam indignis partem suae bonitatis ; est quippe rex regum et dominus dominantium omniumque subsistentium uisibilium atque inuisibilium creator, et suae creationis discretissimus dispositor, attingens a fine usque ad finem suauiterque disponens omnem creaturam ut competit diuinae dominationi eius. Nam quosdam libero arbitrio quibusdam praefecit dignitate huius saeculi et operibus diuiersis, quibus rursum mandat ut ipsi sua sufficientia et bonorum habundantia illorum releuare et sustentare debeant inopiniam qui minus saecularibus habundant negotiis, ut pro hoc maiori possint mercede ab eo donari. Unde ego Eadwardus Anglorum rex omnibus post me futuris regibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, omnibusque Christi fidelibus notum fieri uolo quod uenerabilis dux Leofricus, diuina inspirante gratia monitisque gloriosi ac deo dilecti summi pontificis Alexandri, monasterium sanctae dei genitricis Mariae sanctique Petri et omnium sanc-

torum in uilla quae dicitur Couentre extruxit largisque muneribus adornauit, atque subscripta maneria ad uictuale subsidium abbatis et monachorum in eodem loco deo perpetue seruientium mea larga donatione et concessione ibidem contulit; uidelicet medietatem eiusdem uillae in qua fundata est ipsa aecclesia, deinde Southam, Greneburgan, Icketonam, Hunitonam, Neowenham, Hulhtune, Chadeleshunte, Herdewyk, Cestretune, Waspertune, Suobham, Byrtingabirig iuxta Auen, Merston, item Merstuna, in Gloecestria, medietatem uillae de Lintune, Sowe, Salewarp, Eatuna iuxta fluuium Dee, Kildesbig, Winewican, Burhbeca, Barwalle, Scrapetoft, Pakinton, pro reuerentia itaque et honore sanctae dei genitricis Mariae sanctique aduocati mei apostoli Petri, do et concedo abbati Leofwino, et omnibus futuris ibidem post eum abbatibus, in tota possessione monasterii, sakam et socnam, et theloneum suum in terra et in aqua, in urbe et extra, et omnes leges et consuetudines tam plene et tam libere sicut eas praefatus dux honorificentius et liberius de me tenuit. Praecipio itaque ut omnia quae ad ipsam aecclesiam pertinent sint omnino libera, terrae cultae et incultae, cum exitibus atque redditibus praedictorum necnon maneria et aecclesiae, cimiteria, decimae, redditus, et seruitia debita, oblationes, luminaria, causarum discussiones, emendationes aecclesiasticae uel saeculares, et quicquid illi loco collatum est sub integra inmunitate concedimus et perpetuo firmamus. Et ne quis praesentium uel magis futurorum ambiget quae sit illa libertas quam amabiliter et firmiter concedo, omnimodis cuncta illius aecclesiae possessio nullis sit unquam grauata oneribus nec expeditionis nec pontis et arcis aedificatione, nec iuris regalis fragimine nec furis apprehensione. Et ut omnia simul comprehendam, nil debet exsolui nec regi nec regis praeposito uel episcopo uel ulli homini, sed omnia debita exsoluantur iugiter quae in ipsa ditione fuerint ad supradictum sanctum locum secundum quod ordinauerint fratres eiusdem coenobii. Ut autem cunctis haec transgredientibus ad damnationem suam euidenter possit ostendit literas summi pontificis papae Alexandri quas ab eo suscepimus, directas tam posteris quam praesentibus hic manifestari curauimus.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Eadwardo regi Anglorum salutem et apostolicam benedictionem. Scriptorum uestrorum eloquia incolumitatem uestram significantia laeti suscepimus, gratias itaque omnipotenti deo retulimus qui cordis uestri

sinceritatem ad omnia utilia sanctae matris aecclesiae compungit. Proinde iuxta scripta uestra monasterio sanctae Mariae de Couentria ubi seruorum dei constituta est congregatio a reuerendae memoriae Leofrico duce nuper exstructo, huiusmodi priuilegia praesentis authoritatis nostrae indulgemus, concedimus, atque confirmamus, statuentes ut ipse locus regiis praeceptis et priuilegiis apostolicis fultus per omnia tempora sine conuexatione cuiuscumque diocesani episcopi, aut alicuius iudiciariae potestatis cuiuscumque ordinis uel dignitatis sit sed semper sicut praeoptat et expetit beneuolentia tua regalis futuro tempore permaneat. Fratres igitur eiusdem loci idoneos ex se uel ex qua uoluerint congregatione abbates siue decanos sibi per successiones eligendi habeant potestatem, et ne impediantur auctoritate apostolica prohibemus. Praeterea quicquid illi loco contuleris, uel collatum est, uel conferetur, diuina et nostra auctoritate roboramus; necnon priuilegia uestra ad honorem dei pertinentia quae ibi instituere uolueris gratanti affectu annuimus, confirmamus, et confirmando imperpetuum stare decreuimus; et infractores eorum aeterna maledictione damnamus.

Anno incarnationis dominicae .M°.XLIII°. scripta est haec syngrapha, hiis consentientibus ierarchis qui subter notati : uidelicet,

+ Ego Eadwardus rex hanc meam libertatem regali stabilimento affirmaui. + Ego Aelgyfa mater eiusdem regis assensum accommodaui. + Ego Eadgith regina eiusdem collateralis regis eiusdem donationi regali consensi. + Ego Eadsinus Dorobernensis aecclesiae archiepiscopus adquieui. + Ego Aelfricus Eboracensis aecclesiae archipraesul corroboraui. + Ego Aelfwoldus Londoniensis episcopus subposui. + Ego Ealdredus episcopus Wygornensis impressi. + Ego Duduco episcopus Willensis adnotaui. + Ego Wlffinus episcopus Lichesfeldensis consolidaui. + Ego Aethelstanus episcopus Herfordensis stabiliui. + Ego Luingus episcopus Cridiensis adposui. + Ego Eadnothus episcopus Dorcensis consensum praebui. + Ego Brihtwinus episcopus Scirbernensis confirmaui. + Ego Berhtwold episcopus Wiltuniensis conclusi. + Ego Manni abbas. + Ego Siward abbas. + Ego Aelfwinus abbas. + Ego Godwinus abbas. + Ego Aelfstanus abbas. + Ego Godwinus dux. + Ego Haroldus dux. + Ego Leofricus dux. + Ego Siward dux. + Ego Sweyn dux. + Ego Tostig dux. + Ego Radulphus More. + Ego Esgar + Ego Rodbord minister. + Ego Hulfketel minister. + Ego Godwine minister. + Ego Frewine minister. + Ego

Leofric minister. + Ego Morcere minister. + Ego Aelfgar minister. + Ego Godric minister. + Ego Leofric minister. + Ego Siwerd minister. + Ego Aethelsi minister.

LXX

EADGITHA

+ Eaditha domina Haroldo comiti fratri suo, et Touid, et omnibus baliuis Sumerset, salutem! Sciatis me uelle quod Gyso episcopus habeat terram de Miluertone ita plene et libere sicut mihi plenius modo stetit. Si qua autem terra ipsam iure contigens sublata uel quoque modo distracta fuerit, uolo quod reuocetur.

LXXI

EADNOD

+ Notum sit uniuersis hoc legentibus quod ego Eadnothus et uxor mea dedimus et concessimus deo et sancto Benedicto Ramesiae terram nostram de Acleia in perpetuam eleemosynam pro nostris et patrumque matrumque nostrarum et filiorumque nostrorum animabus. Talem autem conuentionem fecimus cum Aelfwino abbate et conuentu Ramesiae de eadem donatione. Nos quidem in uita nostra eandem terram nomine aecclesiae tenebimus, sed neuter nostrum poterit ulla ratione eam alibi dare uel distrahere, uel ingenium quaerere per quod a praefatae aecclesiae dominio alienetur, sed post mortem utriusque, meam scilicet et meae uxoris, tota simul quieta et ab omni calumpnia libera in manum abbatis et fratrum transibit. Cum autem in dominio eam habuerint, duas libras singulis annis Aethelrico monacho filio nostro inde ad uestitum procurabunt, quatinus ibidem Aethelricus huius respectu beneficii humilis et deuotus deo sit, abbati quoque et fratribus suis tractabilis. Qui si forte habitum suum et monasterium relinquens reuerti uoluerit, nihil omnino inde ulterius percipiat. Concessimus autem Leofwino

homini nostro uirgatam terrae in qua mansum suum habet in uita sua quietam ; post decessum uero ipsius in possessionem aecclesiae simul cum principali parte redibit ; dimidiam uero partem hominum qui in memorata terra sub seruitute degunt libertate donauimus. Rogamus ergo et obsecramus per dei terribile nomen ut nullus omnino hanc terram donet uel uendat uel aliquo modo ab eadem aecclesia alienet. Quod si quis fecerit, sit ille maledictus et alienatus ab omni beatitudine praesentis uitae et futurae, sitque eius commoratio cum daemonibus in inferno, ubi ignis eorum non extinguitur et uermis eorum non morietur.

LXXII

EADWINE

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Hic demonstratur quomodo Eadwinus de Cadendune suam haereditatem diuisit. Hoc est, Eadwinus inprimis do terram quae uocatur Watford pro anima mea deo et sancto Albano ; et filio meo Leofwino, Sunnandune et Cadandune et Straetlea et Haetlea et Pirian et Puttanho et Beranlea. Et post obitum filii mei Leofuuini habeat sanctus Albanus Beranlea et possideat in perpetuum ; et uolo ut de pecoribus meis melioribus eligantur .xx. boues et .xx. uaccas ad sanctum locum ubi ego iacere cupio, id est apud sanctum Albanum.

LXXIII

GYTHA

+ In nomine domini nostri Ihesu Christi ! Ego Gytha comitissa concedo aecclesiae sancti Olaui regis et martyris terram meam de Scireford, quae est de dote mea, pro anima mea et domini mei comitis Godwini ; ut ipsa aecclesia eam perpetuo iure habeat et teneat liberam et quietam ab omni terreno seruitio. Et si quis eam peruadere uel ab ipsa aecclesia auferre conatus fuerit, auferat deus

partem eius de terra uiuentium et cum Iuda proditore haereditet infernalia supplicia in saecula saeculorum. Amen. + Ego Leofricus Exoniensis episcopus nostra auctoritate confirmaui. Testes sunt Tostig dux, Gerith dux, Sawinus presbyter, et alii multi.

LXXIV

WAELTHEOF, 1066-1069

+ Godgiue uidua dedit sancto Petro in loco qui dicitur Burch duas uillas Righale et Beolmesthorp, pro redemptione animae suae per consensum regis Eaduuardi. Postea accepit eam Siuuardus comes in conuigio; post tempus non multum mortua est, et deprecatus est Siuuardus comes abbatem Leofricum et fratres ut quamdiu uiueret posset habere supradictas uillas; et post illius decessum reuerterentur ad monasterium. Mortuoque Siuuardo comite, facta est conuentio ante regem Eaduuardum inter Waltheof filium supradicti comitis et Leofricum abbatem, et accepit ipse Waltheof .v. marcas auri, tali tenore, ut ipse Waltheof haberet Righale in uita sua, et Beolmesthorp quieta remansit in monasterio sancti Petri per iussionem regis Eaduuardi. Hoc actum est ante regem publice; sed post mortem regis fracta est conuentio ab ipso Waltheofo. Sed postea, poenitentia ductus, ueniente ipso ad monasterium praefatum concessit ambas terras sancto Petro, eo tenore, ut ipse quamdiu uiueret teneret; et post obitum illius ambas simul in monasterio dimitteret; nec ipse aliquomodo istam conuentionem frangere, nec terras proprio reatu perdere, potest. Sed si quis istud instinctu diabolico euertere cupit, sciat se excommunicatum cum ipso diabolo in inferno mercedem accipere. Fiat! fiat!

LXXV

GODRIC

+ Ego Godricus concedo deo et sancto Benedicto Ramesiae post dies meos terram meam de Ticingetona, ita duntaxat ut abbas

eiusdem aecclesiae Eadnothus frater meus adquietet eam de seruitio quod heregeat Anglice, Latine releuatio haereditatis, dicitur, quae ab haeredibus liberis post mortem patrum dominis solet impendi. Concedo etiam iuniori filio meo Eadnotho terram de Acleia.

LXXVI

GODWINE

+ Ego Godwinus dedi Engelramo de Lunderfeord totam terram iungentem dominio Pantracio, isto dicto Engelramo obligato inuenire equum, bartam, ensem, et armamenta aurea quando in propria persona uel ego uel haeredes mei contra hostes ire coacti erimus ; et hoc donum testifico. Ego Aelricus + Ego Galfrides de Hedes Ego Willem Ego Aelwricus de Faleber et aliis.

+ Comes Godwinus restitit Engelramo de Lundresford terram confiscatam dumdum seiunxit Sigwerdo et Leofrico coram Iohanne de Ashbornhamo et Iosepho.

LXXVII

LEOFLAED

+ Tibi domino dilectissimo atque uenerabili dominae meae reginae omnibus modis gratias refero, quod circa me ancillam uestram benigne agere uoluistis et mihi de substantiis meis, ex quo uir meus ablatus est a me, pro libitu disponere indulsistis. Nunc igitur ostendo in hoc libello quod uillam de Belesham deo et sancto Petro et sanctae uirgini Aetheldredae cum omnibus ad eam pertinentibus post diem meum concedo, pro anima uiri mei et liberis meis seu uiuis uel defunctis. Deinde duabus filiabus meis annuo Steuecheworde dum uiuant tenere Aelfwenne et Aelfswide, et ultra dies suos in locum sanctum Ely libere dimittant. Aliae uero filiae, scilicet Leosware, uicum illud de Weddreringesete sub hac conditione permitto, ut caste se conseruet uel uirum legitime accipiat, ne

ipsa et progenies nostra lupanaris contagii notetur infamia. Haec et alia ego ancilla tua tam aecclesiis quam domesticis domine rex tuo fauore post diem meum esse dispono, et rata in aeuum consistent, nemo ea praeter te, quod absit, subtrahat uel minuat. Et quicunque aliud ex eis euellere tentauerit maledictionem habeat domini nostri Ihesu Christi et cum Iuda proditore auditionem malam audiat, ' Ite maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius.' Haec scripta tripliciter consignantur, unum est apud Ely, aliud in thesaurum regis, tertium Leofleda habet.

LXXVIII

LEOFRIC

+ Ego Leofricus comes manifesto in breui isto quod terram quae uocatur Heamtune ad monasterium de Euesham dedi et misi in illam aecclesiam quam ego et coniux mea Godgyue ibidem in honorem sanctae et indiuiduae trinitatis pro animabus nostris deuote aedificauimus et hoc cum uictu et hominibus, et omnibus rebus et consuetudinibus ad eandem pertinentibus, ita sicuti ego ipse unquam melius illam in manu mea tenui et possedi; et ego quamdiu uixero illius terrae procurator et defensor esse uolo, et consentire nolo ut aliquis iniusticiam in ea faciat plus nunc quam tunc quando in manu mea ipsam habui et in ea sedi. Istam terram ex dono regio accepi et ad eam sicut Cnut rex mihi concessit ueni, quia suae erat potestatis eam possidendam cui uellet tradi. Nam frater meus Normannus illam ante me habuit, sicut rex Aethelredus ad relinquendam post se cui haeredi uoluisset libenter ei pro suo grato seruitio eam concessit, quia ex praeuaricatione in ius eius recto nobilium suorum iudicio accepit, et ipse frater meus tamdiu sine clamore et calumpnia omnis hominis in ea sedebat et possidebat quamdiu uiuebat; et ego post eum quantum mihi placuit, et qui modo habent sicuti ego habui uolo ut ipsi habeant. Iste breuis scriptus habetur ut sit testimonium et meae elemosinae stabile firmamentum quam aecclesiae concessi seruis dei ad eorum uictum. Modo est Birtegus episcopus testis huius meae donationis, et totus comitatus Wigornensiae ciuitatis. Deus, totius mundi creator et rector, qui cuncta creauit et fecit et cunc-

torum corda scrutatur et renes, cunctos qui huic meae donationi adiuuauerint ut firma sit sua benedictione multiplicet et custodiat et accrescere qui uoluerint cunctis bonis crescant et repleantur. Et e contrario si qui sunt qui huic meae donationi nocere uolunt uel aduersari moliuntur in profundum inferni descendant uiuentes, et perpetuis poenis mancipati iudicium ultionis percipiant cum impiis, nisi ante mortem ad satisfactionem uenerint et reatum suum agnoscentes poenitentiam egerint.

LXXIX

LEOFRIC

+ Ego Leofricus comes Cestriae concilio et licentia regis Eadwardi et Alexandri papae qui mihi literas suas infra scriptas misit, cum sigillo et testimonio aliorum religiosorum uirorum tam laicorum quam clericorum, aecclesiam Couentriae dedicari feci in honorem dei et sanctae Mariae genitricis eius et sancti Petri apostoli et sanctae Osburgae uirginis et omnium sanctorum. Has igitur uiginti quatuor uillas una cum medietate uillae Couentriae, in qua fundata est ipsa aecclesia eidem aecclesiae attribui ad seruitium dei et ad uictum et uestitum abbatis et monachorum in eodem loco deo seruientium, uidelicet, Honington, Newenham, Chaddeleshunt, Ichenton, Olufton, Sutham, Graenesburgh, Burtingbury, Merston iuxta Auonam, Herdwike, Wasperton, Chesterton, Sutham, Ruyton dimidium Sow, Merston in Glocestriae schira, Salewarpe in Wigornensi prouincia, Eaton iuxta aquam quae dicitur Dee in Cestriae prouincia, Kyldesby et Wynwyke in Hamptonensi prouincia, Burbagh, Barwell, Scraptofte, et Pakyngton in Leicestrensi prouincia. Has autem uillas cum medietate praedictae uillae trado huic monasterio cum saca et socna et teloneo et themo, cum libertate, et omnibus consuetudinibus ubique, sicut eas a rege Eadwardo melius unquam tenui. Huius ergo rei testes extiterunt. Inprimis rex Eadwardus, Eadsi archiepiscopus Cantuariensis, et Aelredus episcopus Wigornensis, et Wulfyus episcopus Lichfeldensis, Manni abbas Eueshamensis, et Godwinus abbas Winchelcombensis, Aelfricus abbas Pershouerensis, Godwinus comes, Araldus comes, Siwardus

comes, Ordgarus Deuonensis, Aelfwardus de Kinfarton, Wagene de Wotton, et multi alii primates in Anglia quorum hic nomina notare fastidiosum est. Cum his ergo omnibus rex Eadwardus et ego libertatem huic monasterio dedimus ita ut abbas eiusdem loci soli regi Angliae sit subiectus ; necnon et maledictionem dei et omnium sanctorum in haereditatem illis statuimus quicunque hoc monasterium libertate sua et donatione nostra priuauerint, aut in aliud ius et ditionem contra legem dei transmutauerint ; quo statuto omnes una uoce diximus, Amen, Amen.

LXXX

LIFING

✠ Ego Liuingus episcopus manifesto in isto breui testem me esse quod Eadwardus rex consensit donationi illius terrae ad Heamtune, quam comes Leofricus principali monasterio Eoueshamio concessit cum uictu et cum hominibus, cum saca et cum socne, et cum omnibus in quibus constat mandatum regis ; et abbas ipsius monasterii nulli homini in aliqua causa de ipsa terra respondeat nisi regi suisque subsequacibus. Etiam rex uult ut sanctus locus habeat libertatem suam ita pleniter sicut scriptum est in uita sancti Ecguini, et ut nullus hominum ita sit audax, neque episcopus neque comes aut uicecomes neque alicuius personae, ut istud mandatum frangat, et si aliquis facit excommunicetur. Istud totum factum est ad uillam nomine Bedewinde in camera regis. Et ipse rex mandauit mihi ut ego firmarem istud propter testimonium cum meo breui atque sigillo ad manus domini abbatis Manni, et sic feci, testibus sapientibus hominibus qui cum rege fuerunt.

LXXXI

OSWULF ET AETHELITHA

✠ Haec est cartula quae demonstrat conuentionem illam quam fecerunt Oswulfus et Aethilitha uxor sua cum domino abbate

Leofstano et monachis aecclesiae sancti Albani, quando introierunt in fraternitatem illorum. Dederunt autem inprimis Oswulfus et Aethelitha uxor sua domino abbati Leofstano et monachis aecclesiae sancti Albani ad introitum fraternitatis eorumdem propter caritatem .xx^ti^. solidos, obtuleruntque deo ac sancto eius martyri Albano cum magna deuotione illam terram quae dicitur aet Stodham sicuti ipsi illam ea die melius possiderent. Idque factum est cum consensu ac licentia regis Eadweardi atque reginae Eadgythae, scilicet ut et ipsi participes essent istius doni et retributionis eiusdem consortes in regno coelorum. Ipsi autem, scilicet Oswulfus et Aethelitha, hoc donum deo et sancto fecerunt Albano pro animabus eorum cunctorumque consanguineorum suorum, quatinus in futuro iudicio ueniam mereantur percipere peccatorum ; specialius tamen illa nobi[li]s matrona, uidelicet Aethelitha, hanc donationem fieri obtinuit a praesente domino suo, hoc est Oswulfo, pro anima prioris domini sui Ulfi qui sibi illam tribuit uillam. Postea autem rogauerunt ambo dominum abbatem Leofstanum ut dedisset eis ligna ad aedificandam in eadem uilla aecclesiam in honore domini nostri Ihesu Christi et sancti Albani, ut et haec aecclesia sibi in specialissimum fieret proprietatis signum, et ut ex illa die ob nullius euentum causae eam ullo modo amplius sanctus perdere posse Albanus ; ea tamen conditione, ut quamdiu illi uiuerent terram illam in suum usum haberent, cum licentia domini abbatis Leofstani simul et monachorum ; et hoc tali pacto, quod ob istius rei agnitionem unoquoque anno ad uictum proprie monachorum .xx. solidos darent quamdiu superstites ipsi fuissent. Huius rei testes sunt.

Wulfwius episcopus, Bondius stabulator, Burhredus, Eadwinus eiusdem filius, Godricus tribunus, Aelfstanus uicecomes, Leofwinus de Cadendune, caeteraque innumerabilis multitudo utriusque sexus ac diuersae aetatis qui ad dedicationem supradictae aecclesiae fuerunt, coram quibus omnibus utique dixerunt : ‘ Notum uobis cunctis omnibusque hominibus esse uolumus quod nos hodie, uidelicet ego Oswulfus et Aethelitha uxor mea, deo sanctoque eius martyri Albano istam terram uidelicet Stodham, damus in perpetuam haereditatem, in praesentia domini Wulfwii episcopi et fratrum aecclesiae sancti Albani qui hic assunt modo nobiscum.’ Ad quorum uocem, imposito silentio, coram omni populo episcopus Wulfwius alta uoce respondens dixit, ‘ Quicunque hoc dono sanctum priuauerit Albanum sciat se in futuro dei iudicio cum Iuda saluatoris

